
3 1761 04131 7090



COMMENTATIONIS CRITICAE

DE

ANTHOLOGIA GRAECA

PARS PRIOR.

COMMENTATIONIS CRITICAE

DE

ANTHOLOGIA GRAECA

PARS PRIOR.

SCRIPSIT


ALPH. HECKER,

LIT. HUM. DR. PHIL. TH. MAG.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD E. J. BRILL,

MDCCCLII.




LIBRARY
JAN 18 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

IACOBO GEELIO,

VIRO SPECTATISSIMO, CLARISSIMO,

EDITOR.

Commentariorum libros, quos ante hos novem annos publici iuris feci, quibus singulorum Anthologiae Graecae carminum adiuvarem intelligentiam locosque qui quidem emendabiles videbantur, pristinae restituerem sententiae integritati et poeticae dictionis nitori, quum longe alios esse cuperem quam revera esse perspexeram, consilium cepi exemplaria libri nondum divendita redimere novisque his commentariis pro maiore parte prius editos antiquare. Quum enim Anthologiae Palatinae volumina numquam nisi per breviora intervalla de manibus deposuissem et operam

emendandae carminum lectioni iterum iterumque navassem, in plurimis sententiam quam antea tutatus eram abrogavi, in multis eidem obrogavi, in aliis vero huc transtuli. Callimachea auctiora in ipsius poetae editione daturus sum. A primitiis vero illis haec quae posterius elucubravi eodem gradu distare spero quo fructus maturi a floribus temporis lapsu marcidioribus factis. Haec eadem vero ad Te detuli Tibique dicanda putavi qui mihi prius multa quibus uterer suppeditaveras, alia de meis litura delenda demonstraveras, alibi dubium et haerentem animo confirmaras, disputando denique et dissensus argumentis aperiendis edocueras. Et eorum quae hoc consilio novarum annotationum criticarum conscribendarum, quo meae mihi inter eruditos existimationi consulere videor, ex publicis privata fieri iussi, ea maxime oblivione mergi nolebam, quae in praefatione de Tua in me benevolentia scripsi et studio. Scripsi autem fere haec: saepissime et de singulis locis mihi cum Geelio, Viro eximio et humanissimo, agendi et colloquendi potestatem cupide expetitam factam fuisse, earumque disputationum opere ad finem perducto iucundissimam animo haesisse memoriam. Quod vir ille, quem et reverentia prosequor et amore, salutari inprimis cura mea studia fovit, *μεγάλη χάρις αὐτῷ*. Si dictis eius facta exaequare vellem, profecto mellita suavitate mea verba condita esse deberent. Quare quum pectore condita verbis apte explicare non potuissem, grati animi testifica-

tionem brevissima complexus sum voce, quam idem qui me tenet affectus poetae haud ignobili dictavit, lingua quam Olympo demissam mortalibus gratificatae sunt Gratiae Musaeque. Et fateor in multis quae mihi in censura Commentariorum prius editorum abblanditus est Schneidewinus, hoc unum mihi longe gratissimum scripsit et acceptissimum, in his animi calorem cerni et micantes pectoris ignes. Neque sane etiamnunc quicquam mihi exoptatius accidere potest quam ut ex Tua videar esoterica disciplina profectus. Nam ex quo Commentationibus Callimacheis Tibi commendatus fui et interioris apud Te factus sum admissionis, sermones Tecum de nostris literis conserere solitus sum, quos etiam absens per epistolas instauravi et exinde coram renovavi. Operae autem quam Historiae Literarum Graecarum et Latinarum impendi specimen habendus est primus horum Commentariorum liber, in quo aditum ad universum Inscriptionum et Epigrammatum Graecorum corpus planiorem reddere studui idque eo reponere loco qui ei in literarum historia deberi videbatur. Quod feci interiectis notis criticis, quas hic illic conscripsi breviores nec intercuti madore diffluentes. Altero libro complexus sum emendationes in Anthologiae Palatinae libros priores. Tertio et quarto, quam maturrime fieri potest edendis, volumen alterum emendaturus lustrabo, libros exorsurus ab Hermesianactea Elegia a vitiis purganda, unde in Athenaeum digressurus ab inscriptionibus,

quae corruptissimae in eius libris servatae exstant, idoneum mihi transitum ad Anthologiam parabo. Hisce meis studiis mihique ipsi Tu, Vir Clarissime, quod facis, favere perge.

Scripsi Kalendis Iuliis 1852.

LIBER PRIMUS.

QUAESTIONES EPIGRAPHICAE.

Anthologiam Graecam si equidem edendam susciperem, quod non puto me facturum, sed si facerem, integrum carminum corpus in duas distribuerem partes maiores, *Syllogen Inscriptionum* et *Epigrammatum Florilegium*, in quo titulo diversam carminum indolem indicavi adscito significationis discrimine, quod recentiorum usu Graecum inter et Latinum nomen obtinuit et iam invaluit. Hoc dandum videtur usui, sermonis moderandi arbitro. Inscriptionum syllogen dico congeriem carminum quae in templorum parietibus, deorum simulacris, donariis diis sacratis et tabulis votivis inscripta fuerunt ('Αναθηματικά), et quae in sepulcrorum cippis incisa ('Επιτύμβια), aut in statuis, picturis, poculis caelatis

aliisque artis operibus exarata aut in fronte codicum manuscriptorum extra ordinem paginarum scripta legebantur, Graecis proprio nomine dicta Ἐπιγράμματα. Sed inscriptiones quum plerumque essent breviores neque certum versuum excederent numerum, nil mirum eodem nomine iam mature, ut Meleagri antiquissimi Anthologiae conditoris aetate, dicta esse omnia carmina parvi ambitus, cuiuscunque tandem argumenti. Exiguum enim versuum numerum et brevitatem carminum unicam esse certam et propriam notam, qua cernitur Epigramma, constat ex versibus Parmenionis, Anth. Pal. IX, cap. 342.

Φημὶ πολυστιχίην ἐπιγράμματος οὐ κατὰ Μούσας
εἶναι· μὴ ζητεῖτ' ἐν σταδίῳ δολιχόν κτέ.

et Cyrilli, qui sex versibus epigramma absolvendum esse ait, ib. c. 369.

Πάγκαλόν ἐστ' ἐπίγραμμα τὸ δίστιχον, ἢν δὲ παρέλθῃς
τοὺς τρεῖς, ῥαψῳδεῖς κοὐκ ἐπίγραμμα λέγεις.

Idem patere videtur ex Philippi versu in Prooemio Anthologiae Epigrammatum, A. P. IV, 2, 5.

ἀλλὰ παλαιοτέρων εἰδὼς κλέος, ἐσθλὲ Κάμιλλε,
γνῶθι καὶ ὁπλοτέρων τὴν ὀλιγοστιχίην.

Omnia haec carmina minoris ambitus, pro re nata scripta, altera parte complectenda et pro argumento diverso in tres libros diducenda putaverim. In primum librum cogenda videntur epigrammata *βιωφελῆ* et biologica, exinde carmina a poetis ad patronos et familiares scripta et caetera omnia carmina varii argumenti, quibus unum aptum est commune nomen ex hac ipsa varietate ductum: *Συμμικτά.* Secundi libri erunt epigrammata quibus poetae furta et amores cecinerunt aut vini conviviorumque laudes celebrarunt vitamque hilariter transigendam commendarunt: *Ἐπιγράμματα ἐρωτικά, παιδικά* et *συμποτικά.*

In ultimum denique reiiciam locum carmina quae ad lacessendos irridendosque alios scripta sunt: Σκωπτικά. Utriusque partis carminibus per libros digestis secundum diversa genera et varias generum species, singulorum librorum capita disponenda erunt ratione habita aetatis qua floruerunt poetae singularumque Anthologiarum conditores. Ex quibus mihi in epigrammatis colligendis et describendis prudentissimo consilio usus esse videtur Agathias Myrinaeus, qui aequalium poetarum carmina septem libris complexus, in tres priores ea retulit quae aut revera inscriptiones erant aut ad inscriptionum imaginem scriptae, epigrammatum vero diversa genera in quatuor posteriores distribuit. Idem consilium in digerendis carminibus fuit Constantini Cephalae, sed quanta incuria Cephalas in hac partitione in libros et capita versatus sit, patebit ex iis quae sparsim et passim ad singula epigrammata annotavimus. Antiquiores vero, Meleager et Philippus, nulla argumenti ratione habita, epigrammata secundum literarum ordinem disposuerunt, quorum rationem secutus est Iacobsius in concinnanda Appendice Epigrammatum ad Anthologiam Palatinam. Unde magis etiam quam ex maioribus fragmentis Anthologiae Meleagri et Philippi, quae in Florilegio Cephalae servata comparent, perspicitur quibus incommodis haec ratio laboret. Nam propter hoc institutum duo epigrammata in Musam, eiusdem cippi singulis lateribus insculpta, Iacobsio disiicienda fuerunt, aliis interiectis, v. c. 338 et 349. Ut tria epigrammata in Menandrum a Grutero ex uno eodemque Herma descripta diversis leguntur locis, v. c. 185, 286, 377; item duo alia in Homerum, v. c. 154 et 279. Pari modo Meleagro et Philippo plura carmina, ex eodem tumulo eiusdemque statuae basi descripta, seiungenda fuerunt, quae cri-

ticorum opera rursus in unum locum revocanda sunt, idque in nonnullis inferius feci. Quod si recte factum esse constabit et insuper luculenter demonstratum erit Cephalam arbitrio magis quam certa norma usum diversissima promiscua habuisse, neminem negaturum opinor futuro editori, qui iustam Anthologiae editionem et doctis habilem et eruditorum usui accommodatam adornaturus sit, repudiandum esse ordinem institutum ab antiquioribus, Constantino Cephala et Maximo Planude, et inter recentiores a Brunckio, qui temporum rationes secutus haud dubie aptius quam superiores epigrammata discrevit, suis cuique poetae carminibus tributis. Sed ne sic quidem satis prospectum est ne lectores novitia verborum significatione decepti et ita veterum poetarum rationem ad hodiernae consuetudinis normam exacturi aliena omnia Epigrammatum poetis Graecis tribuant. At his maxime praeiudicatis imperitorum opinionibus ab editore obviam eundum est. Nam centies licet monuerint eruditi veterum scripta neque plene intelligi neque recte diiudicari posse nisi ab eo qui aevi sui consuetudinem plane exuerit, non mirandum tamen plures inventos esse qui hoc faciendum esse monerent quam qui revera perfecerint. Est enim haec res non minimi laboris, quem paucissimi exhaurire valent. Jam vero, universa Anthologia ad eam quam modo commendavi rationem descripta, ut diversa seorsim legantur, similia vero uno tenore, primo statim adspectu discrimen manifesto cernetur et sponte in oculos incurret diversissimum fuisse Graecorum poetarum in his carminibus conscribendis institutum ab usu recentiorum. Et ipsum hoc lectorum menti in perlustranda Anthologia penitus insitum et quasi insculptum velim. Scilicet ex quo iuvenis hanc literarum Graecarum partem attigi et accuratius mihi spectandam sumsi,

animo mihi fixum haesit dicterium Voltairii, qui in convivio cibo apposito non usus fastidii causam aperuit querela eum nullo sale conditum esse ad instar Epigrammatis Graeci nullo acumine salisve lepore praestantis. Quod domo, ut videtur, allatum et a viro profectum qui in conviviis et circulis multa festive commodeque dicere solebat, mihi innotuerat ex notulis quas Bilderdykius addidit versioni Hymnorum Callimachi vernaculo sermone confectae. Idque sane vix dignum videretur cuius inter eruditos fieret mentio, nisi experientia compertum haberem, non tantum semidoctos qui vulgo elegantiores habentur, verum etiam eruditos et eruditionis laude claros viros falsissima opinione duci, poetas epigrammatarios Graecos argutiae maxime studuisse et facetiis eosque ilocalariter ludentes aut festive dicaces et ingeniose mordaces semper telum aliquod iaculatos esse cuius aculeum in lectorum animis relinqui cuperent. Quod non refugerunt quidem nec omiserunt prorsus, sed sylloge carminum, in quibus hoc egerunt, minima est Anthologiae pars, maxima vero florilegium Inscriptionum, quarum longe plurimae revera marmoribus incisae fuerunt, reliquae ita scriptae sunt ut lapidi insculptae fuisse videri possint. Iam antiquiores enim epigrammatum scriptores carminibus, quibus virorum fama nobilium sed dudùm mortuorum memoriam celebrarunt, inscriptionis formam addiderunt, qua specie in argumento diverso usus est etiam Archemelus in carmine in navem Hieronis mirae magnitudinis et magnificentiae apud Athen. V, 209 C. Plane eadem ratione ad inscriptionis normam conscripta sunt aliquot parva carmina σκωπτικὰ sive potius λοίδορα dicenda, quibus etiam antiquissimi poetae inimicos petiisse videntur. Ita Simonides Timocreontem sibi odiosum laesit disticho, A. P. VII, 348.

Πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Quod Athenaeus dixit τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπίγραμμα X, 415 F. specie deceptus non minus quam Anthologiae Palatinae conditor; scriptus enim est tamquam titulus cippo inscribendus. Pariter Theocritus Chius apud Diog. L. V, 11. ἀπέσκωψε δ' εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα καὶ Θεόκριτος ὁ Χῖος, οὑτωσὶ ποιήσας, ὥς φησιν Ἀμβρύων ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου·

Ἑρμείου εὐνούχου ἠδ' Εὐβούλου τόδε δούλου
μνῆμα κενὸν κενόφρων θῆκεν Ἀριστοτέλης,
ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν
ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Sed de his quod affirmavi, ipse nimis urgere nolo, nam fateor haud absurde quis coniicere possit Simonidem et Theocritum parodia lusisse epigrammata sepulcralia a Timocreonte sibi, ab Aristotele in Hermiam et Eubulum scripta; de aliis vero quin vera scripserim non dubitandum videtur. Ut de carmine Alcaei Messenii apud Cephalam inter inscriptiones sepulcrales A. P. VII, 247. et disticho auctius apud Plut. Flamin. c. IX.

Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Θεσσαλίης τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἄρεος ἠδὲ Λατίνων,
οὓς Τίτος εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης,
Ἠμαθίῃ μέγα πῆμα· τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
πνεῦμα θοῶν ἐλάφων ᾤχετ' ἐλαφρότερον.

Neque magis de quibusdam aliis ex Anthologia petitis dubitandum est, quae ita apponam ut singulis statim subiungam quae de verbis sive ad interpretationem sive ad emendandam lectionem spectantia mihi observanda videntur, ut quantum in me est sine offensione legi possint. Et

Leonidas quidem Tarentinus hac in re usus est forma inscriptionis donariis addi solitae, quae Cephalas inter *ἀναθηματικά* collocavit, A. P. VI, 293.

Ὁ σκήπων καὶ ταῦτα τὰ βλαυτία, πότνια Κύπρι,
ἄγκειται κυνικοῦ σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος·
ὄλπη τε ῥυπόεσσα πολυτρήτοιό τε πήρης
λείψανον ἀρχαίης πληθόμενον σοφίης·
σοὶ δὲ Ῥόδων ὁ καλὸς τὸν πάνσοφον οὔνεκα πρέσβυν
ἤγρευσεν, στεπτοῖς θῆκεν ἐπὶ προθύροις.

Vs. 5 scripsi *οὔνεκα* pro vulgato *ἡνίκα* quod ab hoc loco alienum videtur. Vs. 6 in codice legitur: *θῆκέ τ' ἐπὶ πρ.* unde caeteri *θῆκατ' ἐπί.* Equidem *θῆκεν* praetuli; de praepositione *ἐπί* dicam in notis ad Leonidae Ep. A. P. VI, 202. Praeclare vero Meinekius Delect. Epigr. p. 115. emendavit *σκῦλ' ἀπὸ Σ.* pro codicis lectione: *σκῦλα ποσωχάρεος* et hoc loco et in altero carmine, quo eundem Socharem insectatus est Leonidas, A. P. VI, 298.

Πήραν κἀδέψητον ἀπεσκληρυμμένον αἰγὸς
στέρφος καὶ βάκτρον τοῦτο καλαυροπικόν,
κὤλπαν ἀστλέγγιστον ἀχάλκωτόν τε κυνοῦχον
καὶ πῖλον κεφαλᾶς οὐχ ὁσίας σκέπανον·
ταῦτα καταφθιμένοιο μυρικίνεον περὶ θάμνον
σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος Λιμὸς ἀνεκρέμασεν.

Vs. 2 in verborum ordinem recepi quod mihi restituendum videtur pro depravatis quae codex Palatinus praebet: *τὸ λοιπόρινον.* Neque quemquam interpretum latuit adiectivum requiri quod *φιλύρινον* fuisse suspicatus est Meinekius. Hermannus coniecit: *τοῦτό σ' ὁδοιπορικόν*, idemque iam Kustero placuerat nisi quod ad hiatum explendum *τέ* inseruit, quod non magis ferri potest quam *σέ.* Neque baculum philosophorum insigne dici potest *ὁδοιπορικόν.* Est autem *καλαῦροψ* pastorum baculum manubrio superne re-

pando. Per contemtum igitur, ut et caeteris nominibus adiectiva addita, quibus cynicorum instrumenta sordidissima habuisse dicitur Sochares, baculum fingitur fuisse rude lignum quale bubulci gestant. Aliam nominis formam servavit Hesychius: *ἁ καλαυρόπις, καλλίραβδος*, ubi Lobeckius: *καλόρραπις*, Pathol. p. 260. Praestat: *ἡ καλόραβδος*, quod ex codice Parisino restituendum in Schol. Ap. Rh. IV, 974. Haec scilicet vocabuli etymologia videbatur grammaticis diu ante Lobeckium, qui eam quoque a *κᾶλον* repetiit, cuius prima syllaba producitur quae in *καλαῦροψ* corripitur. Sed apud eundem Hesychium, v. *καλαυρόφις, βακτηριοφόρος* malim: *καλόρραπις*. Apud Leonidam autem utrum *καλαυρόπινον* scribatur an *καλαυροπικόν* nihil interest. Vs. 3 parum recta est interpretatio Iacobsii: collare sine clavis, ut adeo ex hoc loco colligi possit fuisse cynicos qui quo magis canibus essent similes, collari instructi incederent. At *κυνοῦχος ἀχάλκωτος* est *marsupium nummis vacuum*, quale hominis fame enecti fuisse consentaneum est.

Tertium eiusdem Leonidae epigramma, quo in inimicum probra coniecit, legitur A. P. VI, 305.

> *Λαβροσύνᾳ τάδε δῶρα Φιλευχύλῳ τε Λαφυγμῷ*
> *θήκατο Δεισόζου Δωριέως κεφαλά,*
> *τὼς Λαρισαίως βουγάστορας ἑψητῆρας*
> *καὶ χύτρως καὶ τὰν εὐρυχαδῆ κύλικα,*
> *καὶ τὰν εὐχάλκωτον ἐΰγναμπτόν τε κρεάγραν*
> *καὶ κνῆστιν καὶ τὰν ἐτνοδόνον τορύναν·*
> *Λαβροσύνα, σὺ δὲ ταῦτα κακοῦ κακὰ δωρητῆρος*
> *δεξαμένα, νεύσαις μή ποκα σωφροσύναν.*

Helluonis nomen fuisse *Δωριεύς* sagaciter perspexit Meinekius Delect. p. 116. ante quem edebatur: *Δεισόζου Δωριέως*, quorum illud nomen, hoc gentile habebant viri do-

eti. Sed quod idem *δεισόζου* interpretatus est: *stercus olentis*, a *δεῖσα stercus*, id tum demum cuiquam probari possit, quum demonstratum fuerit Graecos dixisse *εὔοζος* pro *εὔοδμος* et *εὐώδης*. Neque hoc probatum Hermanno, qui audacius *θῆκατ' ὀνειδιστοῦ* coniecisse videtur. Hoc unum video nomini *κεφαλά* adiectivum addendum esse; quid vero reponendum sit divinatione assequi non potui. Per lusum conieci: *θῆκε δυσοδμοτάτα Δωριέως κεφαλά*. Caeterum non improbabile videtur Leonidam haec scripsisse in Dorieum poetam, cuius epigramma Milonis statuae inscriptum ex Phylarchi libris descripsit Athenaeus X, 413 A. Vs. 1 codex: *Φιλευχείλῳ τε Λαφυγμῷ*, quod in *Φιλευλείχῳ* mutavit Brunckius. At hoc *Φιλευλοίχῳ* scribendum fuisse recte monuit Lobeckius Phryn. p. 573. Sed ne sic quidem adverbium *εὖ* cum *λείχειν*, *ligurrire*, mihi bene coire videtur. Qua de causa scripsi *Φιλευχύλῳ*. Nisi malis *Φιλευχύμῳ*. Utrumque enim aptissimum quum saepe cibi laudentur *εὔχυλοι* et *εὔχυμοι*. Vs. 3 codex *κυάστορας*. Quod de Toupii sententia in *κυτογάστορας* mutatum. Sed ex ipsis iis quae ad Toupii coniecturam firmandam ad nostrum locum attulit Iacobsius Anth. Pal. p. 203 eam probari non posse liquet. Nam quum *κύτος γαστρός ventrem cavum* indicent, apertum est epitheton *κυτογάστορας* nisi plane ineptum certe valde otiosum esse, quum nemo ignoret ventrem aheni cavum esse. Ideo malui: *βουγάστορας*. Ut Anyte dixit A. P. VI, 153. 1. *βουχανδὴς ὁ λέβης* et Callimachus in Excerptis apud Gaisford. ad EM. p. 1156. B.

ἄξονται δ' οὐχ ἵππον ἀέθλιον, οὐ μὲν ἐχῖνον
βουδόκον.

Sed fortasse non deerunt quibus rectius hoc vocabulum explicari videatur ex similibus aliis, ut *βούπαις ὠπόλλων*,

Antip. A. P. IX, 238, 1. collato Philippo Anth. Plan. 52, 1.

ἴσως με λεύσσων ξεῖνε ταυρογάστορα.

Iam ut utrique cippi tumulo impositi lateri epigramma inscribere moris erat, et quidem saepissime unum elegiacum, alterum iambicis versibus conscriptum, de quo mox fusius agendum erit, ita Crinagoras in inimicum Eunicidem duo scripsit carmina, quorum alterum legitur A. P. VII c. 380.

Εἰ καὶ τὸ σῆμα λυγδίνης ἀπὸ πλακὸς
καὶ ξεστὸν ὀρθῇ λαοτέκτονος σταθμῇ,
οὐκ ἀνδρὸς ἐσθλοῦ· μὴ λίθῳ τεκμαίρεο
ὦ λῷστε τὸν θανόντα· κωφὸν ἡ λίθος,
τῇ καὶ ζοφώδης ἀμφιέννυται νέκυς·
κεῖται δὲ τῇδε τὠλιγηπελὲς ῥάκος
Εὐνικίδαο σήπεταί θ' ὑπὸ σπόδῳ.

Quod a Philippo propter literarum ordinem elementarem, secundum quem epigrammata in Anthologia digessit, seiunctum ab altero quod eadem ratione inscriptionis sepulcralis speciem refert, A. P. VII, 401.

Τήνδ' ὑπὸ δύσβωλον θλίβει χθόνα φωτὸς ἀλιτροῦ
ὀστέα, μισητῆς τύμβος ὑπὲρ κεφαλῆς,
στέρνα τ' ἐποκριόεντα καὶ οὐκ εὔοδμον ὀδόντων
πρίονα καὶ κώλων δούλιον οἰοπέδην,
ἄτριχα καὶ κόρσην, Εὐνικίδου ἡμιπύρωτα
λείψαν' ἔτι χλωρῆς ἔμπλεα τηκεδόνος·
χθὼν ὦ δυσνύμφευτε, κακοσκήνευς ἐπὶ τέφρης
τὠνδρὸς μὴ κούφη κέκλισο μηδ' ὀλίγη.

Poeta inimicum diris devovet, quem ambustum et semicrematum sepultum esse fingit. Vs. 8 scripsi τὠνδρός pro vulgato ἀνδρός. Initium autem carminis ultimis non videtur convenire. Si enim lapis sepulcralis iam graviter ossa

defuncti premit, non video quare terra roganda sit ut ne viro levis esse velit. Idcirco corrigendum puto vs. 1 θλῖβε et vs. 7 χθὼν τ' ὦ δυςνύμφευτε. Dictum autem τύμβος ὑπὲρ κεφαλῆς ut ὀστέα ὑπὸ χθόνα. Vs. 4 pro οἰοπέδην scripserim ἰχνοπέδην, *compedes*, quibuscum Eunicides contemtu et negligentia libitinariorum sepultus esse a poeta fingitur. Idem nomen de laqueis, quibus vivi capti leones, legitur A. P. VII, 626. 5. neque dissimilia λαιμοπέδα γεράνων VI, 16. 4. 109. 8. γυιοπέδη Nonn. XIII, 488. XXXVI, 365. et ἀρθροπέδη de compedibus, quibus agricultores vincti, apud Phaniam A. P. VI, 297. 3.

Ἄλκιμος ἀγρίφαν κενοδοντίδα καὶ φιλοδούπου
φάρσος ἄμας, στελεοῦ χῆρον ἐλαϊνέου
ἀρθροπέδαν στῆμόν τε κτέ.

Ubi vs. 1 dudum est ex quo monui unice verum esse ἀγρίφαν, cl. Arcad. p. 115. 12. Theognost. Can. p. 118. 8. An. Ox. II. p. 302. 9. De versu tertio Lobeckius Pathol. p. 296: » Pro ἀρθροπέδαν στῆμον quid Phanias scripserit, vereor ut demonstrari possit; ad coniecturam nihil propius est quam ἀρπεδόναν στρεπτάν." At Phanias ipsum illud, quod in codice legitur, scripsit, quod ab interpretibus non intellectum explica ex Photii glossa in Lexico: στῆμον, ὀξὺ ἢ τραχύ, quod aptissimum compedum epitheton. Ad rem confer Florum III, 19. 3. » Hic ad cultum agri frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello praebuere" et notissimos Ovidii versus, Epist. ex Ponto I, 6, 31.

Haec facit ut vivat vinctus quoque compede fossor,
liberaque a ferro crura futura putet.

His nescio an addendum sit etiam Theodoridae epigramma, quod videri possit sepulcro inscriptum fuisse, A. P. XIII, 21.

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα
τὠλεγειοποιῶ·
ἁ Μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα πλάτας
ἧς ἀποσπάραγμα,
κενά τε κλαγγὰν κἀπιλακυθίστρια
διθυραμβοχάνα·
τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόεν,
τύμπανόν κ' ἐφύση.

In cuius vs. 3 miror pro πλάτας coniectatum esse σπάθας, quum Hesychius πλάται interpretatus sit: τῶν σπαθῶν τὰ πλατέα. Recte Toupius vulgatam tuitus est cl. Ar. Thesm. 772 sqq. Libri carminum Mnasalcae dicuntur frusta fuisse tabellarum Simonidis eiusque adeo poesis ex hoc fonte rivuli ritu manasse. Hac voce usus Theodoridas in mente habuisse videtur verba πλατειάζειν, ἀλαζονεύεσθαι, φενακίζειν, Hesych. et πλατυγίζειν Arist. Eqq. 830, quod μεγαλορρημοσύνης δεῖγμα esse Scholiastes annotavit. Vs. 6. Toupius coniecit διθυραμβοχώνα, Meinekius p. 197. διθυραμβοχαύνα. Equidem antea vulgatam interpretatus sum διθυράμβους χαίνουσα, quod de poeta tumido et inflato aptissimum sane et comparavi καταχήνη. Haud dissimilia annotavit Hermannus. Nunc vero de hac interpretatione dubito, quum videam καταχήνη substantivum esse ut et alia composita, v. c. apud Phot. Lex. κυσοχήνη, εὐρυπρωκτία. Nolo uti Hesychii glossa: λᾶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου — ὅθεν καὶ Λακάνη, ἡ μεγάλως κεχηνυῖα, de qua omnia incerta. Rectius igitur verbis alio ordine iunctis: ἁ Μῶσα αὐτῶ ἧς ἀ. τ. Σ. πλ. διθυραμβοχάνα τε κενὰ καὶ ἐπιλακυθίστρια, vocabulum διθυραμβοχήνη reddi videtur διθυραμβοποιΐα, ut substantivum habeatur, neque sane adiectivum haberi potest propter asyndeton, quod orationi infertur omissa particula, quam etiam in Toupii et Meinekii coniecturis

desidero. In fine verba τύμπανον φυσᾶν corrupta habuit Piersonus, cui adversatus Toupius Addend. Theocr. p. 396. comparavit diversissima, ἀσκὸν φυσᾶν id est ἀσκὸν πληρῶσαι, et quod ipse de poeta grandiloquo dictum finxit, λήκυθον φυσᾶν, ex Schol. Ar. Ach. 589, ληκυθίζειν τὸ μεῖζον βοᾶν· ἦχον γὰρ ἀποτελεῖ καὶ ἡ λήκυθος, ἐπεὶ καὶ αὕτη πεφύσηται· πάντα γὰρ τὰ πεφυσημένα κόμπον ποιεῖ. Tympana enim inflari nequeunt. Praeterea imperfectum ἐφύση hoc loco sententiam evertere puto. Sensus enim videtur fuisse: si in vivis esset Mnasalcas, iis quae modo diximus auditis, iam eloquio elato buccas inflasset. Quare corrigo:

τύμπανόν κ' ἔκρουσεν.

Quod praeter duas literas insertas a literarum maiorum ductibus proxime abest. Ad sensum conferas Philostr. V. S. I, 21, 5. τινὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Πολέμωνα τυμπανίζειν αὐτὸν φήσαντος, λαβόμενος ὁ Σκοπελιανὸς τοῦ σκώμματος, τυμπανίζω μὲν, εἶπεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Αἴαντος ἀσπίδι. Eiusmodi quid nec iniuria Mnasalcam ad haec Theodoridae responsurum fuisse puto.

Ex hoc vero Theodoridae epigrammate, de quo in utramque partem disputari possit, opportunitas nobis nata monendi veteres non refugisse in inscriptionibus sepulcralibus mortuorum vitia et res memorare, nostro recentiorum iudicio silentio praetereundas. Compares Athen. X, 436 C: ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀρκαδίων, ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ ὅπερ ἀνέγραψε Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων·

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος
ἄστεος ὤγκωσαν τᾷδε παρ' ἀτραπιτῷ
υἱῆες Δόρκων καὶ Χαρμύλος· ἔφθιτο δ' ὠνήρ
ὤνθρωπ' ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

Ubi vs. 2 scripsi *ἄγκωσαν* pro vulgato *ἄρθωσαν*. Coniecturam quam de quarto versu feci: *ἔφθιτο δ' ὤνερ Ὤνθρωπος χάλιδος ζωροποτῶν κύλικα*, hic verbotenus memorandam alibi latius firmabo. Nihil vero habere videtur quo se commendet Lobeckii coniectura: *εὐχανδεῖς — κύλικας*, Paralip. I. p. 149 sq. Hoc quidem carmen vel ipsis defuncti filiis iubentibus tumuli cippo incisum fuit et inde a Polemone Periegeta descriptum. Pergit Athenaeus: *Ἐρασίξενον δέ τινα πεπωκέναι πλεῖστόν φησι τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα·*

> *Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς*
> *ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχεθ' ἑλοῦσα κύλιξ,*

quod est Callimachi distichon A. P. VII, 454. Addenda carmina A. P. VII, 625. 660. et IX, 82. quod inter inscriptiones sepulcrales traiiciendum. In eodem libro septimo occurrunt aliquot epigrammata sepulcralia in mulieres vinosas scripta, e. g. c. 329.

> *Μυρτάδα τὴν ἱεραῖς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς*
> *ἄφθονον ἀκρήτου σπασσαμένην κύλικα*
> *οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις, ἀλλὰ πίθος μοι,*
> *σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἔπεστι τάφος.*

Quod medium legitur inter epigrammata a Gregorio Magistro in Asia Minore ex cippis descripta et a Constantino Cephala Anthologiae inserta. Ita Alcaei sepulcro incisum fuisse putem distichon, quod inter *Ἐπιδεικτικά* retulit Cephalas, A. P. IX, 520.

> *Ἀλκαίου τάφος οὗτος, ὃν ἔκτανεν ἡ πλατύφυλλος*
> *τιμωρὸς προγόνων γῆς θυγάτηρ ῥάφανος.*

Ut Sempronius Nicocrates viatores non celavit se lenonem fuisse, App. Ep. 252.

> *ἔμπορος εὐμόρφων γενόμην*
> *φίλοι μετέπειτα γυναικῶν.*

Idem neque Marco Argentario reticendum visum in car-

mine, quod mihi videtur in ipso lenonis sepulcro lectum fuisse, A. P. VII, 403.

Ψύλλος ὁ τὰς ποθινὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
οὗτος ὁ θηρεύων ἀπαλόφρονας ἐνθάδε κεῖται
αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος·
ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον ὁδοιπόρε μήτε σὺ βάλλε
μήτ' ἄλλον πείσῃς· σῆμα λέλογχε νέκυς·
Φεῖσαι δ' οὐχ ὅτι κέρδος ἐπήνεσεν ἀλλ' ὅτι κοινὰς
θρέψας μοιχεύειν οὐκ ἐδίδαξε νέους.

Meinekius vero p. 183 Psylli lenonis nomen ex Menandro derivatum putat. Idem pro *ἀπαλόφρονας* coniecit *ἀταλόφρονας* quo iuventutis imperitia melius indicetur quam altero. Hoc sane verissimum, sed mihi hic pulcrae potissimum puellae memorandae videntur, ut Nicocrates dicitur *ἔμπορος εὐμόρφων γυναικῶν*. Malim igitur *ἁπαλόχροας*. Vs. 6 Iacobsium minus recte interpretatum esse puto: parcendum esse sepulcro, ut rei sacrae, quamvis improbum tegat virum. Respicitur potius proverbium: cum hominibus mortuis et sepultis nonnisi larvas luctari. Similiter Theodoridas A. P. XIII, 21. 7. *τέθνακε, μὴ βάλωμες*, quod de industria ambiguo sensu scripsisse videtur poeta.

Quod ex inscriptionibus sepulcralibus elucere diximus, idem ex plurimis inscriptionibus donariis additis patet, antiquitus multa quae hodie summa cum cura occultantur et ex civium oculis removentur ob id ipsum quod turpia sunt et habentur, in omnium conspectu sita fuisse, quum nec illegitima viderentur neque admodum vituperanda. Ita in templo augustissimo Apollinis Delphici inter munera Deo oblata conspiciebantur Rhodopidis meretricis obelisci et conspicua erat Phrynes effigies, Praxitelis opus, quod

Crates Cynicus, rigidus morum censor, turpissimum dixit Graecorum intemperantiae monumentum, v. Athen. XIII, 591 D., qui de donario Cottinae meretricis Spartae Polemonis verba dedit XIII, 574 C. Et donariis mulierum honestissimarum matrumque familias diis gratificantium, de quarum una in inscriptione addita dixit poetria Anyte A. P. IX, 605. 4.

χαιρέτω· οὔτινα γὰρ μέμψιν ἔχει βιοτᾶς,

ab utroque fortasse latere apposita erant munera diis oblata a mulieribus quae corpore quaestum fecerant. Ut eadem Anyte epigramma Veneris statuae ab hetaera dedicatae subscribendum composuit, aperte simul artem quam factitabat mulier professa, A. P. IX, 332. 3.

εἵσατό μιν Πολυαρχὶς ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν
κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας.

Utrumque Anytes epigramma libro Ἐπιδεικτικῶν a Cephala insertum. Consimilis argumenti plura alia in Anthologiam relata sunt epigrammata, descripta ex donariis mulierum partem decimam lucri corpore parati dedicantium deae amorum patronae aut Veneri Bacchoque valedicentium quum aetate pulcritudo defloruisset, quorum nonnulla subturpia et obscoena.

Quum semel digressus sim, his addam eandem inscriptionis formam in argumento diverso conspicuam esse in disticho Nicomachi apud Hephaest. p. 27. 1. Νικομάχου τοῦ τὴν περὶ ζωγράφων ἐλεγείαν πεποιηκότος·

Οὗτος δή σοι ὁ κλεινὸς ἀν' Ἑλλάδα πᾶσαν Ἀπολλό-
δωρος· γιγνώσκεις τοὔνομα τοῦτο κλύων,

et in Archelai versibus App. Ep. 12.

Εἰς ὑμᾶς κροκόδειλον ἀποφθίμενον διαλύει,
σκορπίοι, ἡ πάντα ζωοθετοῦσα φύσις.

et App. Ep. 13.

Ἐκ νέκυος ταύτην ἵππου γράψασθε γενέθλην
σφῆκας· ἴδ' ἐξ οἵων οἷα τίθησι Φύσις.

Sed nulla inscriptionis nota in eiusdem poetae versibus App. Ep. 14. et apud Varronem de R. R. III. 16. » Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in Epigrammate ait eas esse

βοὸς φθιμένης πεποτημένα τέκνα.

Idem:

ἵππων μὲν σφῆκες γενεὰ, μόσχων δὲ μέλισσαι."

Haec ducta videntur ex libris Archelaï Chersonesitae, quibus titulus Ἰδιοφυῆ, v. Athen. IX, 409 C. Schol. Nic. Ther. 822, quo intelligitur hanc Mirabilium congeriem unice ad historiam naturalem pertinuisse, et latius patere nomen usitatius Θαυμάσια sive Παράδοξα apud Antigon. Caryst. c. 89. *καί τινι ἐπιγραμματίῳ περιπεπτώκαμεν Ἀρχελάου, ὃς περὶ τῶν Θαυμασίων καὶ τοῦτο καταγράφει· » πάντα* — Κέκροπα" (App. Ep. 14), ubi corrige: *ὃς ἐν τῷ περὶ Θαυμασίων — ἀναγράφει*, et c. 19. *καί τις Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ.* Quem Ptolemaeum Philadelphum fuisse verosimiliter statuunt viri docti propter Diodori Siculi verba III. 36. *ὁ γὰρ δεύτερος Πτολεμαῖος περί τε τὴν τῶν ἐλεφάντων κυνηγίαν φιλοτιμηθεὶς καὶ τοῖς τὰς παραδόξους θήρας τῶν ἀλκιμωτάτων ζῴων ποιουμένοις μεγάλας ἀπονέμων δωρεὰς — καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις ἐποίησεν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησιν.* Haec mirabilia et omnino omnia animalium genera in regiae partem Alexandriae adducta fuisse et per se probabile et disertis verbis testatur Athenaeus XIV, 654 C. *Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δυοκαιδεκάτῳ τῶν Ὑπομνημάτων περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλείων λέγων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζῴων τρεφο-*

μένων. Singulis caveis, quibus bestiae inclusae erant, additae fuerunt haud dubie inscriptiones, quarum maiorem partem versibus scripsisse et postea in unum volumen coniunctas edidisse videtur Archelaus, quo usi sunt historiae naturalis scrutatores. Haec de versibus Archelai, qui in Philadelphi aulicis fuisse videtur; Nicomachi vero disticho qui fuerit locus in carmine elegiaco de Pictoribus non video. Nisi forte statuendum poetam eo complexum esse seriem epigrammatum in omnes pictores ex ordine temporum, quae statuis inscriberentur. Ut Pomponius Atticus in libro, de quo C. Nepos in Vita Attici c. 18. 5. » attigit quoque poeticam, credimus ne eius expers esset suavitatis: namque versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros populi Romani praestiterint, exposuit ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisve versibus descripserit: quod vix credendum sit tantas res tam breviter potuisse declarari." Idem esse potuit Nicomachi institutum in historia Pictorum atque adeo picturae enarranda.

Hinc redeundum nobis est ad epigrammata *σκωπτικά* ab antiquioribus scripta, ut ea quoque percenseamus in quibus nulla iam cernitur inscriptionis nota, ut in epigrammatis Daphitae et Apollonii Rhodii. De illo Strabo XIV, 1. T. III p. 185 Tauchn. *ἐν πεδίῳ καλουμένῳ Θώρακι, ἐφ' ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικὸν λοιδορήσαντα τοὺς βασιλέας διὰ στίχου·*

Πορφύρεοι μώλωπες, ἀπορρινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.

Apollonii distichon in Callimachum scriptum legitur A. P. XI, 275.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς·
αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος.

Quem pentametrum minus recte interpretatum puto Eustathium ad Hom. Od. p. 63, 21. *ἰστέον δὲ ὅτι αἴτιον ἀεὶ παρ' Ὁμήρῳ τὸ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἔχον, οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ ὑπευθύνων τὴν λέξιν τιθέασιν, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τὸ » αἴτιος — Καλλιμάχου" ἤγουν ὑπεύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος*, quam explicationem propter hunc ipsum locum, ut videtur, confictam nulloque alio loco firmatam probarunt fere recentiores. Mihi vero sensus esse videtur » huius de ingenio suo iudicii ipse auctor exstitit Callimachus, scriptis Causarum libris." Hos enim carminum libros maxime exiles et stipite dignos habuisse videtur Apollonius, ut, nisi Aetia scripsisset Callimachus, hoc de eius facultate poetica iudicium videri possit iniquum. Idem Apollonius aliis quoque epigrammatis Callimachum allatravit, ut intelligitur ex lemmate, quod Antoninus Liberalis Metamorphoseon capiti XXIII. historiaeque de Batto, qui Mercurium fraude lusit, inscripsit: *ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α' καὶ Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις καὶ Διδύμαρχος Μεταμορφώσεων γ' καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Ἐπιγράμμασιν, ὥς φησι Παμφίλη ἐν α'* (1).

---

[1]) Scripsi *Παμφίλη* pro *Πάμφιλος*. Pamphili Alexandrini, Grammatici Aristarchei, magnum Lexicon *περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων* saepius ad partes vocat Athenaeus, ex quibus excerptis ut ex ipso etiam titulo patet fabulas ex mythologia ductas in eo non perscriptas fuisse. Sed Pamphile Epidauria, mulier eruditissima, in Commentariis Historicis, de quibus Suidas, v. *Παμφίλη*, *ἱστορικὰ ὑπομνήματα ἐν βιβλίοις λγ', ἐπιτομὴν τῶν Κτησίου ἐν βιβλίοις γ', ἐπιτομὰς ἱστοριῶν τε καὶ ἑτέρων βιβλίων παμπλείστας*, plurimas fabulas et fabellas enarravit, v. Gell. N. A. XV, 17. 3. 23. 2., singulisque Variarum Historiarum capitibus indicem addidisse videtur scriptorum et librorum ex quibus sua desumserat. Quae quum Nerone imperante vixerit, aliquatenus saltem de aetate qua floruerint Didymarchus et Antigonus constat.

Historiae huic fabulari enarrandae in epigrammate nullus locus. Sed Callimachus erat Battiades, Batti filius, qua homonymia usus sive potius abusus est Apollonius ut in Callimachum maledicta ingereret eique fraudem exprobraret. Ad idem carminum genus referenda sunt Dioscoridis epigrammata A. P. XI, 363 et 195, sed aliquanto lenius est epigramma quod Sophocles in vulgus edidit, ulturus Euripidis dicteria, cui materiem iocorum praebuerat quod pallio surrepto a puero quocum rem habuerat, seminudus destitutus esset. De quo Hieronymus Rhodius apud Athen. XIII, 82. ὁ Σοφοκλῆς ἀκούσας ἐποίησεν εἰς αὐτὸν τοιοῦτον ἐπίγραμμα χρησάμενος τῷ περὶ τοῦ Ἡλίου καὶ Βορέου λόγῳ, καὶ τὸ πρὸς μοιχείαν αὐτοῦ παραινιττόμενος·

Ἥλιος ἦν, οὐ παῖς, Εὐριπίδη, ὅς με χλιαίνων
γυμνὸν ἐποίησεν· σοὶ δὲ φιλοῦνθ' ἑτέραν
Βορρᾶς ὡμίλησε· σὺ δ' οὐ σοφὸς ὃς τὸν Ἔρωτα,
ἀλλοτρίαν σπείρων, λωποδύτην ἀπάγεις.

Commentarii vicem tenent Hieronymi verba quae integra apposuit Athenaeus. Sed ne vel sic quidem verus epigrammatis sensus apertus. Vs. 4 corrigendum est: πειρῶν. Euripidem enim uxorem alienam tentasse quidem, sed voti compotem factum non esse, intelligitur ex vs. 3 ubi Euripidi amore flagranti non leniter placida Venus afflasse, sed frigidissimus ventus Boreas adversus occurrisse dicitur. Ultimorum igitur sensus: » tu stulte sane, ipse furtivam Vene-

---

Utrumque versibus Metamorphoses scripsisse coniicio, ut Nicander, Parthenius, Nestor Larandensis. Et Antigonus νικήσας ἔπος, carminum igitur heroico metro scriptorum poeta in certamine victor fuisse perhibetur in titulo Attico, C. I. c. 200, 14., haud dubie diversus ab Antigono Carystio nobili Vitarum scriptore, cuius duos versus ex carmine Antipatro ductos laudavit Athenaeus III, 82 B.

rem venatus, Amorem furti accusatum in iudicium rapis." Neque in inimicos sed in adversarios scripta duo alia epigrammata apud Athenaeum, quorum unum in philosophos, ex Hegesandri Delphi Commentariis excerptum, legitur IV, 162 A.

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι,
σακκογενειοτρόφοι καὶ λοπαδαρπαγίδαι·
εἱματανωπερίβαλλοι, ἀνηλιποκαιβλεπέλαιοι,
νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπαταιπλάγιοι,
μειρακιεξαπάται καὶ συλλαβοπευσιλαλῆται
δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι,

alterum Herodici Cratetei in Aristarcheos, V, 222 A.

Φεύγετ' Ἀριστάρχειοι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἑλλάδα, τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος,
γωνιοβόμβακες, μονοσύλλαβοι, οἷσι μέμηλεν
τὸ σφὶν καὶ σφῶιν καὶ τὸ μὶν ἠδὲ τὸ νίν·
ταῦθ' ὑμῖν εἴη, δυςπέμφελοι· Ἡροδίκῳ δὲ
Ἑλλὰς ἀεὶ μίμνοι καὶ θεόπαις Βαβυλών.

Ubi vs. 3 scripsi *γωνιοβόμβακες* pro vulgato *γωνιοβόμβυκες* ut *ἀφροσιβόμβαξ* Timon ap. Diog. L. II, 126. et *βομβαλοβόμβαξ* Ar. Thesm. 48. Quinto versu Dindorfius edidit: *τοῦθ' ὑ. ἔ. δυςπέμφελον.* Equidem scribendum putavi *ταῦτα* ideoque praetuli quod in Iacobsii editione legitur: *δυσπέμφελοι.* Ex prioris epigrammatis vs. 2. corrigendus Hesychius v. *ζακκίτροφον, τὸ σεμνόν.* Id est *σακκότροφον.* Confer A. P. XII, 174. 3.

Sed huc per vim a Cephala retractum puto Arati distichon A. P. XI, 457.

Αἰάζω Διότιμον ὃς ἐν πέτραισι κάθηται
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων,

et apud Steph. Byz. v. *Γάργαρα*, praemissis: *Διότιμος εἰς ὃν Ἄρατος εἶπεν.* Videtur enim Aratus hos versus in

convivio ex tempore iecisse, ut Diotimum obscuro loco latentem Antigono regi commendaret. Neque res certa de disticho apud Athen. X, 442 D. *Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα·*

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται· οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοίη δὴ καὶ ξυνάπασα πόλις.

Quod comparare possis cum Ep. A. P. XI, 235, 236. et App. Ep. 132.

Ἀσπίδα, Φρῦνον, ὄφιν καὶ Λαδικέας περίφευγε,
καὶ κύνα λυσσητὴν καὶ πάλι Λαδικέας.

Sed non magnopere obnitar si quis haec propter argumentum librorum Polemonis ex quibus ducta sunt, ex lapide descripta habere malit, ut ea tantum inscriptionis parte sive particula usus sit Athenaeus, qua Eleorum mores notabantur, reliqua omiserit. Et potuit iis in inscriptione non minus aptus esse locus quam his Leonidae versibus, A. P. VII, 654.

Αἰεὶ ληϊσταὶ καὶ ἁλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;

cl. ib. 275. 5. Ita unum distichon epigrammatis apposuit Athenaeus iterum XII, 544 A. *Παρράσιος ἐπέγραψε τῷ πίνακι·*

οἷος δ' ἐννύχιος φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν
Παρρασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾶν,

ut particula in initio collocata docet. Et unum tantum putem esse versum carminis Pompeii sepulcro inscripti, quod *ἐπίγραμμα* dicit Appianus de B. C. II, 86. t. II. p. 293. *τὸ δὲ λοιπὸν σῶμά τις ἔθαψεν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος καὶ τάφον ἤγειρεν εὐτελῆ· καὶ ἐπίγραμμα ἄλλος ἐπέγραψε·*

τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου,

apud Cephalam inter Ἐπιδεικτικά, A. P. IX, 402., nec

non apud Pausaniam VII, 27. 2. Θεσσαλοὶ δὲ ἡσσηθῆναι Πουλυδάμαντα οὐχ ὁμολογοῦντες παρέχονται καὶ ἄλλα ἐς πίστιν καὶ ἐλεγεῖον ἐπὶ τῷ Πουλυδάμαντι·

ὦ τρόφε Πουλυδάμαντος ἀνικάτου Σκοτόεσσα.

Haud aliter Plutarchus de Virt. Alex. II, 5. Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν ἐπιγράψας·

Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών.

Ibid. II, 2. et de Amore Prol. c. IV. ἐπαινεῖται καὶ μνημονεύεται τοῦ Εὐηνοῦ τοῦτο μόνον, ὡς ἐπέγραψεν· [1]).

ἢ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Uno tantum notissimo inscriptionis sepulcralis versu usus est Plutarchus, caeteris resectis. Ita pars inscriptionis apud Philochorum Harpocr. p. 107. 26. Φιλόχορος δὲ ἐν ς' οὕτως· »Αἰσχραῖος Ἀναγυράσιος ἀνέθηκε τὸν ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τρίποδα καταργυρώσας, νενικηκὼς τῷ πρότερον ἔτει χορηγῶν παισὶ καὶ ἐπέγραψεν »ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας.'' Nec integrum videtur epigramma apud Herodian. π. μ. λ. p. 30. 14. Ἄραρ τις λέγεται ποταμὸς, ὡς παρίστησι καὶ ἐπίγραμμα ἔχον οὕτως·

μισγόμεθ' ἀλλήλων ὡς Ἄραρος Ῥοδανός.

---

[1]) Miror Bergkium, qui hunc versum eidem tribuit Eveno cuius plura laudantur fragmenta, decipi se passum esse Hermiae verbis ad Plat. Phaedr. 267 A. θαυμαστὸς δὲ ἐγένετο Εὐηνός· καὶ ἀλλαχοῦ αὐτὸν ἐπαινεῖ, ὅς καὶ τὸν ἴαμβον τοῦτον εἶπεν·

ἢ φόβος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα βίον.

Ex verbis enim Plutarchi: *μνημονεύεται τοῦ Εὐηνοῦ τοῦτο μόνον* certum est hunc pentametrum ductum esse ex inscriptione ab Eveno maiore scripta, de quo poeta ignobiliore Harpocratio: *δύο ἀναγράφουσιν Εὐηνοὺς ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφίας, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι, γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον.* Minoris meminit Plato Ap. S. 20 A. Phaed. 60 B. Phaedr. 267 A.

Ubi pro παρίστησι apud Dindorfium legitur παρατιθέναι.

Omnia unius eiusdemque generis epigrammata adscribenda putavi, ut demonstrarem paucissima tantum huius argumenti epigrammata ab antiquioribus scripta nobis superesse, unde probabiliter efficere licet hoc genus poesis epigrammaticae citerioribus demum temporibus invaluisse. Sunt autem omnia contumeliosa magisque pugnaci Iambo affinia quam epigrammata recentiorum poetarum, in quibus nullus fere calor aut vis cernitur, animi odio vel indignatione concitati indicia, saepius vero aucupium delectationis deprehendas. Hi sane acute dictis student et aliorum exagitatores epigrammata hoc consilio scripsisse videntur ut lectoribus frontem extricarent, non ut ridendo verum dicerent aut insignia ad irridendum vitia perstringerent, unde omnia fere in maius aucta et praeter modum exaggerata. Quibus salis acumine et dicteriorum elegantia multum praestat inter Romanos Martialis, sobrio in plerisque iudicio usus. Sed vel huius paginas hominem sapere ipsi affirmanti non crediderim neque vero omnem fidem denegarim. Sed ab epigrammatis Martialis ea quae modo perlustravimus ab antiquioribus Graecis scripta distant eodem fere gradu quo comoedia vetus Atticorum, Cratini, Eupolidis et Aristophanis a comoedia nova Menandri et Philemonis. In iis neque decori neque festivae urbanitatis ullum cernitur studium nec salva personarum reverentia involucris maledicta velarunt, sed nudo, ut aiunt, capite conviciati sunt. Ita de epigrammate Theocriti Chii superius apposito aliquanto aptiore vocabulo usus videtur Plutarchus de Exsil. c. 18. Ἀριστοτέλην δὲ λελοιδόρηκε κτἑ. quam Diogenes Laërtius, qui ἀπέσκωψε scripsit V, 11. Non enim philosophum nobilissimum deridendum praebuit Theocritus sed inimicum conviciatus est.

Ita Alcaeus Messenius dicitur *ὁ τῶν λοιδόρων ἰάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητής* Eusebio Praep. Ev. X, 2. Neque putem Polybium, qui eundem Alcaeum *ἐπιδεξίως σκώπτοντα καὶ διαχλευάζοντα* dixit XXXII, 6. 5. adverbio addito indicasse poetam liberrimi oris maledicentiam conviciandique licentiam lenioribus facetiis temperasse, sed cum lepidae festivaeque dicacitatis laude magis coniuncta est *ἐπιδεξιότης* quam idem Polybius Samo, Alcaeo aequali et poetae epigrammatum tribuit V, 9. 4. Haec vero longe diversa a dexteritate Simonidis, quam laudat Pausanias VI, 9. 3. *τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους δεξιώτατον ἐπίγραμμα ἐποίησεν·*

Πατρὶς μὲν Κόρκυρα, Φίλων δ' ὄνομ'· εἰμὶ δὲ Γλαύκου
υἱὸς καὶ νικῶ πὺξ δύ' Ὀλυμπιάδας.

Dextre enim poeta disticho elegiaco omnia complexus est quae in inscriptione statuae memoranda erant. Neque ullum apud antiquiores inveni exemplum eius generis epigrammatum quae ab aequalibus Atheniensibus scripta esse tradit Plutarchus Demosth. c. 31. *ὡς δ' ὁ ἄνθρωπος ἐπανελθὼν ἀνεῦρε καὶ διεδόθη λόγος ὑπὲρ τούτου, πολλοὶ τῶν εὐφυῶν, ὑπόθεσιν λαβόντες, εἰς τὸ ἀδωροδόκητον τοῦ Δημοσθένους διημιλλῶντο τοῖς ἐπιγράμμασιν.* Quem locum mihi monstravit Cobetus. Unde in libri Anthologiae undecimi parte altera paucissima tantum occurrunt antiquiorum poetarum epigrammata, quae omnia fere a recentioribus scripta invenias, ut Ammiano, Nicarcho, Lucilio, Polliano. Ex quorum libris florilegium concinnasse Diogenianum Heraclea Pontica oriundum, quem Hadriano imperatore vixisse et *Ἐπιγραμμάτων Ἀνθολόγιον* edidisse constat ex Suida in v. *Διογενειανός*, eiusque Delectus partem in novam Anthologiam a Constantino Cephala receptam esse coniecit Fr. Passovius Script. Misc. p. 196—223. Quae coniectura

quum nullo nitatur diserto veteris scriptoris testimonio nec argumentis extrinsecus allatis firmari possit, alia circumspicienda sunt probabiliora et certiora. Haec investigasse mihi videor ex lemmate in codice adscripto ad A. P. VII, 339. t. III, p. 298. Ἄδηλον ἐπὶ τίνι τοῦτο γέγραπται· πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμμασιν εὑρέθη κείμενον· μήποτε δὲ Λουκιανοῦ. Unde G. Weigand, qui »de fontibus et ordine Anthologiae Cephalanae" diligenter egit in commentatione Museo Rhenano inserta a. 1845. p. 161—179. p. 541—572. a. 1847. p. 276—289. effecit, epigrammatum Palladii separatim editorum volumen Constantino Cephalae in conficienda Anthologia ad manus fuisse. Sed ita parum intelligitur quibus tandem rationibus ductus Cephalas de scriptore carminis quod suo loco inter Palladii epigrammata scriptum invenerat, dubitare potuerit. Interpretandum potius »in epigrammatis a Palladio collectis, in Palladii Florilegio," in quo ipso fortasse epigrammati l. c. adscriptum erat: Ἄδηλον, μήποτε δὲ Λουκιανοῦ. Cuiuscunque est poetae epigramma, insigni errore id a Cephala inter sepulcralia collocatum esse patet ex ultimo disticho, ubi poeta sodalem rogat ut sibi vinum, remedium dolorum, subministret, et vs. 4, 5.

ἤ με προςπελάσει τῷ στυγερῷ θανάτῳ·
οὐδὲν ἐὼν γενόμην· πάλιν ἔσσομαι ὡς πάρος οὐδέν.

Quae futura tempora de homine mortuo inepta. Palladium autem Alexandrinum — hoc enim genuinum esse viri nomen, aevi illius more in Παλλαδᾶς corruptum, patet ex Epigr. A. P. IX, 380. 3.

εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι —

qui imperante Arcadio vixit, Anthologiam condidisse Epigrammatum maximam partem Σκωπτικῶν etiam hoc argu-

mento est, quod eius plane ut Meleagri, Philippi, Stratonis, Agathiae, qui singuli Anthologiam condiderunt, epigrammata numero plurima ad nos pervenerunt, ad centum quinquaginta. Quae versibus satis eleganter conditis scripta, sed admodum tenui laude poeticae facultatis aut ingenii festivi ornanda vix tanto numero servata fuissent, nisi aliunde idque ipsius poetae opera iis quaesita esset commendatio. Palladius enim longe plurima carmina a se scripta Anthologiae inseruisse videtur. Octo eius epigrammata in Gessium mortuum scripta *σκωπτικά* Cephalas addidit sepulcralibus VII, 681—689.

In Epigrammatum Florilegio, altera Anthologiae parte, ultimo reponerem loco carmina huius argumenti, primo vero epigrammata *βιωφελῆ* aliaque quae superius in unum coegimus librum, qui universus uno titulo *Συμμικτῶν* insigniendus videtur. Epigrammatis autem biologicis commodus paratur transitus ab Inscriptionibus ad Epigrammata, quum hoc epigrammatum genus antiquitus ab Inscriptionibus non fuerit seiunctum, quod nonnullis comprobatur Inscriptionum, quae *βιωφελεῖς* dicendae, exemplis. Vere enim Diogenianus in Proverbiorum Prooemio: *οἱ ἄνθρωποι ὅσα κοινωφελῆ εὕρισκον, ταῦτα κατὰ λεωφόρους ὁδοὺς ἀνέγραφον. οὕτω καὶ τὰ τῶν Σοφῶν ἀποφθέγματα γνωσθῆναί φασι καὶ τὰ Πυθαγορικὰ παραγγέλματα.* Quibus Pythagorae praeceptis significari videntur plures versuum, ex quibus *χρυσᾶ* Pythagorae *ἔπη* conflata, aliique quibus Hesiodi Opera et Dies iam mature aucta sunt. Erant enim inscriptionum aliae soluta oratione scriptae, Schol. Hom. Od. VIII, 351. *τὸ ἐν Δελφοῖς ἐπίγραμμα· ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα*, et caetera praecepta septem Sapientum, v. Paus. X, 24. 1. in vestibulo templi Delphici scripta, aliae disticho inclusae ut sententia in propylaeo templi Deliaci apud Aristot.

ad Eudem. I, 1. 1. Ὁ μὲν ἐν Δήλῳ παρὰ τῷ θεῷ τὴν αὑτοῦ γνώμην ἀποφηνάμενος ἐπέγραψεν ἐπὶ τὸ προπύλαιον τοῦ Λητῴου ποιήσας·

κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν·
πάντων δ' ἥδιστον, τοῦ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

Quod τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα dicitur ad Nicom. I, 8. 14. ubi versus minor ita legitur: ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις κτέ. Ex Theogn. vs. 256 corrigendum:

πάντων δ' ἥδιστον τοῦ τις ἔραιτο τυχεῖν.

Item alia inscriptio apud Schol. Eur. Hipp. 263. τὸ δὲ μηδὲν ἄγαν οἱ μὲν Χείλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας, οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ·

τ α ῦ τ' ἔ λ ε γ ε ν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν·
μηδὲν ἄγαν· κ α ι ρ ῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Ubi vs. 1 malim: ταῦτα λέγει, quum idem qui statuam dedicavit, hoc effatus sit. Videtur autem Sodamus haec inscripsisse statuae deae Nemesis, v. Anth. Plan. c. 223. 224. A. P. XII, 193., unde sententia flagitante, scribendum vs. 2 μέτρῳ πάντα, quod et ipsa ratio oppositionis verborum μηδὲν ἄγαν postulare videtur. Si καιρῷ sanum, haec simulacro Καιροῦ inscripta fuisse statuendum. Sed statuae inscriptum non fuit Ep. App. 206.

ἦν Λακεδαιμόνιος Χείλων σοφὸς, ὃς τάδ' ἔλεξεν·
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Quo cave utaris ad defendendam vulgatam: ταῦτ' ἔλεγεν. Non enim Chilo qui hanc sententiam protulit, eandem inscripsit quod fecit Sodamus. Non dissimiles sunt inscriptiones quas Hipparchus Hermis in Attica incidi iussit, apud Plat. Hipparch. 228 D.

μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· στεῖχε δίκαια φρονῶν,

et: μ. τ. Ἱ. μὴ φίλον ἐξαπάτα. Sed imprimis his praece-

ptis locus erat in inscriptionibus monumentorum sepulcralium, quae quum saepe binae essent, in altera defuncti parentumque nomen et patriam ornate enunciabant poetae; in altera vero scribenda liberius versati modo verba quibus moribundus cognatis valedixerat, memoriae mandabant, v. A. P. VII, 513. 646. 647. 735. modo praeceptum a defuncto datum versibus enarrabant, v. A. P. VII, 648. ubi alterum epigramma legitur c. 440. Eiusmodi inscriptionem c. 735 Leonidas Tarentinus videtur scripsisse in hominem qui patria relicta mortuus erat, fortasse in se ipsum, v. c. 715. Addantur epigrammata A. P. IX, 23. 96. quae iniuria ad Ἐπιδεικτικά retulisse videtur Cephalas. His proxime subiungenda pars epigrammatum libri decimi, quae Προτρεκτικά dixit Cephalas, et post haec aptiorem locum, quam post Ἐρωτικά aut Σκωπτικά invenient omnia carmina minora varii argumenti, quae Ἐπιδεικτικά dixit Cephalas, collecta. Antiquiorum iam poetarum plurima exstant talia minoris ambitus carmina, ut Platonis, Mnasalcae IX, 70., Pamphili c. 57., Leonidae Tarentini IX, 78. 79. Ipso vero Ἐπιδεικτικῶν titulo omnia Epigrammata ab Inscriptionibus seiungere possis, utpote a foro remotiora et in umbra scripta.

Medius locus inter haec carmina et Σκωπτικά dandus videtur Epigrammatis amatoriis, sive mulieribus sive pueris scriptis, et sympoticis, quae una Παιγνίων appellatione comprehendere possis. Quo nomine non tantum cantilenas et carmina maiora argumenti amatorii dicebant, ut Gnesippus dicitur παιγνιαγράφος τῆς ἱλαρᾶς μούσης Athen. XIV. 43., Botryis Salpesque laudantur Παίγνια a Nymphodoro et Alcimo, Athen. VII, 322 A., Philetae quoque et Glauces μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων Hedyl. Ath. IV, 176 C. et Laevii Romani poetae »Erotopaegnia" Gell.

N. A. II, 24. 8., verum etiam carmina minora et epigrammata, ut Asclepiadis, de quibus Hedylus Ath. XI, 473 A.

Ἐξ ἠοῦς εἰς νύκτα καὶ ἐκ νυκτῶν πάλι Σωκλῆς
εἰς ἠοῦν πίνει τετραχόοισι κάδοις·
εἶτ' ἐξαίφνης που τυχὸν οἴχεται, ἀλλὰ παρ' οἶνον
Σικελίδου παίζει πουλὺ μελιχρότερον·
ἔστι δὲ δὴ πουλὺ στιβαρώτερος κτέ.

Eiusdem igitur argumenti scripsit carmina Socles ac ipse Hedylus, qui de se in alio epigrammate Athen. l. c.

Πίνωμεν· καὶ γάρ τι νέον καὶ γάρ τι παρ' οἶνον
εὕροιμεν λεπτὸν καί τι μελιχρὸν ἔπος·
ἀλλὰ κάδοις Χίου με κατάβρεχε καὶ λέγε » παῖζε
Ἡδύλε." μισῶ ζῆν εἰς κενὸν οὐ μεθύων.

Ubi vs. 2 scribendum esse liquet: εὑροίμην, quae aoristi forma media nemini erit offensioni: Poetam enim de se uno haec dicere ex secundo disticho intelligitur. Idem Iacobsio visum, qui εὕροιμ' ἄν coniecit. Etiam Strato epigrammata sua παίγνια dixit A. P. XII, 258. 1. Inter Συμποτικά referendum Nicaeneti epigramma ex Athen. XIV, l. 673 B. et alterum Athen. II, 39 C. Ὁ δὲ ποιήσας τὸ εἰς Κρατῖνον ἐπίγραμμά φησιν·

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοις σοφόν·
ταῦτ' ἔλεγεν Διόνυσε καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος ἀλλὰ παντὸς ὠδώδει πίθου.
τοίγαρ ὑπὸ στεφάνοις μέγαρ' ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ
μέτωπον ὥσπερ καὶ σὺ κεκροκωμένον.

Quod Nicaeneto tributum Anth. Pal. XIII, 29. unde emendandus videtur Phot. Lex. v. ὕδωρ δὲ π. χ. ὁ. ἄ. τ. τοῦτο ἐξ ἐπιγράμματος εἶναι, οἱ μὲν Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Θεαιτήτου φασίν. Malim: Νικαινέτου. Ipsum autem

epigramma multo emendatius in Anthologiae codice quam in Athenaei libris legitur. Illinc assumsi *ταχὺς ἵππος* vs. 1, vs. 2 *οὐδὲν ἂν — σοφόν* et vs. 4 *ᾠδῶδει*. Apud Athenaeum legitur *μέγας ἵππος*, vs. 2 *χρηστὸν οὐδὲν ἂν τ.* et vs. 4 *ᾠδωδώς*. Inversa vice ex Athenaeo dedi vs. 3 *ταῦτ' ἔλεγεν* pro *τοῦτ' ἔλεγεν* in Anth. et *τέκοις* vs. 2 pro *τέκοι*, quam vitiosam lectionem corrigere neglexerant viri docti. Adiectivum *σοφόν* aptissimum, ineptum vero *χρηστόν*. Vs. 5 apud Athenaeum ita scriptus est: *τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν*. Sed codices *τοιγαροῦν*. Propter *δόμος* Iacobsius scripsit *μέγαρ' ἔβρυεν* pro codicis Palatini lectione: *μέγας ἔβρυεν*, sed domum poetae hic minus apte memorari iam ab aliis monitum. Meinekius Delect. Epigr. p. 155. coniunctis Anthologiae et Athenaei lectionibus scribendum coniecit: *τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις δέμας ἔβρυεν*. Equidem redeundum puto ad sanissimam codicis lectionem: *μέγας ἔβρυεν*, reliquis ita scriptis:

> *τοίγαρ ἐπὶ στεφάνους μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ*
> *μέτωπον οἷάπερ σὺ κεκροκωμένον.*

Ita Anth. Plan. 54. 7. *πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος*. Primum enim mentio facienda erat virtutis poeticae, beatae ingenii venae, largaeque facetiarum copiae quas vino debuerit scilicet Cratinus et demum post haec memoranda victoria parta. Priora complexus est poeta verbis: *μέγας ἔβρυεν*, quae aptissima de Cratino qui mero irritatus torrentis ritu prorumpebat et vivo gurgite exundabat indeque coronam praemium retulit. Compara Aristophanis de Cratino versus Eqq. 526 sqq. et ipsius Cratini fragmentum eiusdem fabulae, ex qua versus: *ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοις σοφόν*, ductus est, apud Schol. Ar. Eqq. l. c.

> *ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων·*
> *καναχοῦσι πηγαὶ, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,*

Ἰλισσὸς ἐν τῇ Φάρυγι κτέ.

Et quod in Athenaei libris legitur: *δόμος ἔβρυεν*, corruptum puto ex: *πολὺς ἔβρυεν*, quod vulgare. Confer Herodot. VIII, 138. *ὁ ποταμὸς ἐρρύη μέγας*. Appian. t. I, p. 236. 29. *τοῦ γὰρ ἡλίου τὴν χιόνα κατατήξαντος ὁ ποταμὸς ἐρρύη μέγας*, ubi v. Schweighaeuser. t. III, p. 349. Koen. Greg. Cor. p. 468. Schaef. Verbo *ἔβρυεν* evidentius quam vulgari *ἐρρύη* significatur fervor ingenii ebullientis poetae poti. Tandem vs. 6 Athenaeus: *οἷα καὶ σύ*, Anthologia: *ὥσπερ καὶ σύ*, quibus coniunctis scripsi: *οἷάπερ σύ*. Certe *καί* mire languet.

Ante Asclepiadem et Nicaenetum non puto multa huius argumenti epigrammata scripta esse, sed iis quodammodo praelusisse dici potest Simonides, cuius *αὐτοσχεδιάσματα* leguntur apud Athenaeum III, 35 C. X, 456 C. D. qui versus quos poeta ex tempore in conviviis et festis fudit, *ἐπιγράμματα* dixit. Quorum unum quatuor hexametris scriptum hoc loco apponam propter Chamaeleontis verba addita apud Athen. X, 456 C. *γριφώδη δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα Σιμωνίδῃ πεποιημένα, ὥς φησι Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου·*

> Μιξονόμου τε πατὴρ ἐρίφου καὶ σχέτλιος ἰχθὺς
> πλησίον ἠρείσαντο καρήατα, παῖδα δὲ νυκτὸς
> δεξάμενοι βλεφάροισι Διωνύσοιο ἄνακτος
> βουφόνον οὐκ ἐθέλουσι τιθηνεῖσθαι θεράποντα.

Φασὶ δ' οἱ μὲν ἐπί τινος τῶν ἀρχαίων ἀναθημάτων ἐν Χαλκίδι ταῦτ' ἐπιγεγράφθαι, πεποιῆσθαι δ' ἐν αὐτῷ τράγον καὶ δελφῖνα, περὶ ὧν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον. Ubi notandum vocabulum *ἀρχαίων*; si enim hi versus donario inscripti fuerunt, illud satis antiquum fuisse hinc probabile quod antiquioris tantum aut multo sequioris aetatis inscriptiones heroico metro conscriptae sunt, quarum antiquiores ex

ordine apponam. Sunt autem hae: Homeri, qui dicuntur, versus Midae Phrygum regis sepulcro inscripti, Plat. Phaedr. 264 D. eamque inscriptionis sepulcralis speciem commendavit ipse Plato Legg. XII, p. 958 E. *λίθινα ἐπιστήματα μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου, μὴ πλείω τεττάρων ἡρωïκῶν στίχων*; duo hexametri in donariis in templo Apollinis Ismenii Herod. V, 60; versus quos Eumeli Corinthii suspicatus est Pausanias, in arca Cypseli Paus. V, 18. 1. 19. 1. in quorum uno:

Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον Αἴθραν δ' Ἀθέναθεν ἕλκετον,

ubi correptio plane non ferenda tollenda videtur scripto: Ἀφίδναθεν, et inscriptiones hexametris inclusae apud eundem Pausaniam, in Phytali sepulcro I, 37. 2., in Methapi statua IV, 1. 5, in Alcmenae cubiculo IX, 11. 1. ipsiusque Homeri et Hesiodi disticha, tripodi inscripta, App. Ep. 382 et A. P. VII, 53. 1. et post Archilochi aetatem in dono a Miltiade Pisistrato aequali consecrato, de quo idem Pausanias VI, 19. 3. *ἀνάθημα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος ὃς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χερρονήσῳ τῇ Θρακίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης· καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ κέρατί ἐστιν ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι·*

Ζηνί μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ ἐκ Χερονήσου
τεῖχος ἑλόντες Ἀράτου· ἐπῆρχε δὲ Μιλτιάδης σφιν.

Quibus si addideris distichon in Homeri sepulcro incisum, v. A. P. VII, 3. PseudoHerod. Vit. Hom. c. 36., scriptiones denique ad normam vetustiorum scriptas in Ereuthalionem apud Schol. Ven. Hom. Il. IV, 319. in Asbolum et Linum, App. Ep. 129. 390. omnes fere collectas habebis. Et notatu dignum ex duobus epigrammatis, quae ex vetustissimis donariis descripta libris *περὶ τῶν ἐν*

Σικελίᾳ τυράννων inseruit Phanias Eresius, v. Athen. VI, 21., alterum heroico metro inscriptum tripodi, quem Diomedes praemium tulisse fertur in ludis Patrocli funebribus, p. 232 C. A. P. VI, 49. ita comparatum esse, ut nullo idoneo argumento illud antiquissimo poetae abiudicare possis, alterum vero elegiacis versibus ligatum singulis verbis recentiorem aetatem prodere:

Θάησαί μ᾽· ἐτεὸν γὰρ ἐν Ἰλίου εὐρέϊ πύργῳ
ἦν ὅτε καλλικόμῳ μαρνάμεθ᾽ ἀμφ᾽ Ἑλένῃ·
καί μ᾽ Ἀντηνορίδης ἐφόρει κρείων Ἑλικάων·
νῦν δέ με Λητοΐδου θεῖον ἔχει δάπεδον.

Ubi vs. 2 editores vulgo post ἦν incidere commate video, hoc ut suspicari licet sensu: Troiae eram quum nos Troiani cum Graecis decertaremus de Helena. Sublata vero interpunctione verus sensus emergit: quondam enim etiam mea opera Troia defensa est. Verba ἦν ὅτε noto poetarum usu significant *ποτέ*, *olim*, et de ipso pugione dictum *μαρνάμεθα*, ut Hom. Il. VIII, 111. *δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν.* Unum tantum novi temporibus belli Peloponnesiaci scriptum epigramma sepulcrale hexametricum in Timonem *μισάνθρωπον* A. P. VII, 313., quod ex cippo descriptum esse testatur Plutarchus Anton. c. 70. *ἦν δ᾽ ἐπιγεγραμμένον·*

ἐνθάδ᾽ ἀπορρήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι,
τοὔνομα δ᾽ οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε·

καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸν ἔτι ζῶντα πεποιηκέναι λέγουσι. Neque puto multo plura monstrari posse. His autem non annumerandum epigramma in Sardanapallum, App. Ep. 97. ex maiore Choerili carmine ductum, ut Phoenix Colophonius primo Iamborum libro eandem inscriptionem ex Chaldaica lingua conversam versibus ornatius extulit. Quod a Choerilo quoque factum esse testatur Amyntas Athenaei

XII, 529 E. Ἀμύντας δ' ἐν τρίτῳ Σταθμῶν ἐν τῇ Νίνῳ φησὶν εἶναι χῶμα ὑψηλὸν, ὅπερ κατασπάσαι Κῦρον ἐν τῇ πολιορκίᾳ ἀναχωννύντα τῇ πόλει· λέγεσθαι δὲ τὸ χῶμα τοῦτ' εἶναι Σαρδαναπάλλου τοῦ βασιλεύσαντος Νίνου, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ Χαλδαϊκοῖς γράμμασιν, ὃ μετενεγκεῖν Χοιρίλον ἔμμετρον ποιήσαντα, εἶναι δὲ τοῦτο· Ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα καὶ ἄχρι ἑώρων τὸ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. Διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. Ex qua inscriptione ad verbum ut videtur ab Amynta Graece conversa patet versus Choerili plenissime appositos esse a Chrysippo Athen. VIII, 336 A. ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε·

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς σὸν θυμὸν ἄεξε
τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις·
καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας·
κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐρώτων
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις οὐδέ ποτ' αὐτῆς
λήσομαι· ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Ultimum enim versum addendum esse intelligitur ex inscriptionis verbis apud Amyntam: διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν, unde sponte sequitur ineptissimum illud λήσομαι mutandum esse in λησάμεθ'· ἐκτήσθω κτἑ. Apud Strabonem XIV, 5. t. III, p. 224. Tauchn. ultimo versu omisso versus sextus interpolatus legitur:

ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

Quod vero Augustus Naekius incertum esse scripsit utrum ipsi Choerilo tribuendi sint hi versus, propter Strabonis verba sex versibus praemissis subiuncta: μέμνηται δὲ

καὶ Χοιρίλος τούτων, id recte animadversum modo ipsa Strabonis verba sana et integra habenda sint. Videamus totum locum: εἶτ' Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, κτίσμα Σαρδαναπάλλου, φησὶν Ἀριστόβουλος· ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλλου καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα· ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φασιν Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε· Σαρδανάπαλλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια: τοῦ ἀποκροτήματος. Eodem Aristobuli testimonio usus est Athenaeus XII, 530 B. ex quo in Strabone emendandum est: ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα· ἐν ᾧ (vel ἐφ' οὗ) καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φησιν Ἀ. γ. τ. scilicet ipse Aristobulus, cui haec omnia tribuenda et una serie continuanda sunt, ut apud Athenaeum, qui ultimis addit: τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν. In his desinit Athenaeus, sed apud Strabonem sex versus statim ita superioribus subiunguntur, ut si superiora recte Aristobulo tribuimus, statuendum sit Aristobulum hos quoque versus Chaldaeorum sive Assyriorum lingua et literis Sardanapalli monumento insculptos fuisse memoriae prodidisse. Nullo enim vinculo haec cum praegressis cohaerent, ita scripta: ἐπιγραφὴν τοιάνδε· Σαρδανάπαλλος — τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια· (τοῦ ἀποκροτήματος)·

εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς κτέ.

μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος τούτων· καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί·

ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται·

Iam vide mihi quam inepte Aristobulus eiusdem inscriptionis ex Assyriaca lingua — hoc enim significatur verbis: Ἀσσυρίοις γράμμασι, ut apud Amyntam Χαλδαϊκοῖς

γράμμασι — Graece conversae priorem partem prosa oratione, alteram versibus redditurus fuisset. Quare non dubito equidem quin verbis traiectis Strabonis locus ita scribendus sit: τοῦ ἀποκροτήματος." Μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος τούτων·

εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς — ἀνθρώποισιν·
καὶ δὴ καὶ περιφέρεταί τὰ ἔπη ταυτί·
ταῦτ' ἔχω — κεῖνα λέλειπται,

vs. 4. 5. qui, caeteris omissis, leguntur A. P. VII, 325, Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη. Ex duabus autem diversis inscriptionibus, a Strabone nullo discrimine in unam coniunctis, quam negligentiam Aristobulo imputandam esse minus probabile, alteram quae in sepulcro Tarsico legebatur iam ab Ionicis historiarum scriptoribus Graece conversam et in omnium notitiam protractam esse palam fit ex dialecto Ionica, qua verba: Σαρδανάπαλλος — ἄξια apud alios scripta inveniuntur. Altera vero apud Amyntam l. c. in monumento prope urbem Ninum insculpta, Graecis demum per Alexandri Magni comites innotuisse videtur, maxime per Choerili versus, quos si quis ipsius regis iussu a poeta scriptos esse statuere malit, ut in eodem sepulcro ad Euphratem Graece quoque haec inscriptio legeretur, non refragabor, quum et hoc verosimile videri possit. Sed non dubitandum quin parti epigrammatis Simonidei apud Athen. XV, 680 D. male numeri heroici a Schneidewino et Bergkio additi sint, quum de more tunc temporis iam fere inter omnes vigenti elegiacis scriptum fuerit versibus. Et epigrammata potissimum hoc metro scripta respicere putem Horatium A. P. 75 sq.

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos.

Quorum versuum sensus mihi videtur esse: disticho ele-

giaco primum includi coeptae sunt inscriptiones sepulcrales, ad quarum exemplum sed serius demum eodem metro uti consueverunt poetae in inscriptionibus donariorum ex voto dedicatorum. Neque negandum hanc interpretationem tribus firmari momentis gravissimis, primum quod versus elegiaci queruli opponuntur epigrammatis *ἀναθηματικοῖς*, tum verbo: *inclusa est*, quo Horatius usus est, quod ad priorem quoque versum referendum de epigrammate aptissime dicitur, ut alius poeta:

quique adstricta brevi claudunt epigrammata nodo,

et maxime eo quod nullius carminis elegiaci, praeter inscriptiones sepulcrales, ad nostram aetatem propagata est memoria, quo constat etiam lugubrem antiquissimis poetis Graecis fuisse elegiam. Provocant quidem viri docti ad Archilochi carmen, de quo Plutarchus de Aud. poet. c. 6. *ὅταν δὲ* (*'Αρχίλοχος*) *τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγῃ θρηνῶν μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν*

εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
῞Ηφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη,

τὸ πῦρ οὕτως, οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσεν, et verbo *θρηνῶν* apud Plutarchum ipsum elegiae argumentum indicari censent. At vero aut ego egregie fallor aut Archilochus hoc carmine nequaquam miserationem movere studuit, neque sororis maritum elegis deflevit, quod ab eius ingenio mihi videtur alienissimum, sed eius interitus hac una de causa mentionem fecit, ne praeceptis tantum civium animos a luctu revocare videretur, quum ipse plenissime perficeret quod aliis faciendum existimabat et animo robusto perferret calamitatem domesticam. Naufragio autem perierant optimi quique et nobilissimi patriae cives, inter quos ipsius Archilochi sororis maritus, quo facto velut in malo pu-

blico totam civitatem tanta invaserat moestitia, ut neque privatim convivia et comissationes neque publice epula in deorum festis haberentur. Ab ipsis his quae fieri indignabatur poeta, carmen elegiacum exorsus est: [1]).

Κήδεα μὲν στονόεντα Περίκλεες οὔτε τις ἀστῶν
μεμφόμενος θαλίῃς τέρπεται οὔτε πόλις·
τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἔκλυσεν, οἰδαλέους δ' ἴσχομεν ἀμφ' ὀδύνῃ
πνεύμονας· ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν
ὦ φίλ' ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν
φάρμακον κτἑ.

Ubi vs. 2 scripsi *τέρπεται* pro *τέρψεται* et *μεμφόμενος* restitui, quod parum apte in *μελπόμενος* mutavit Bergkius. Deinde pluribus versibus cives adhortatus est, ut ne huic dolori indulgerent, quorum luculentissime in hanc sententiam scripti sunt hi:

ἀλλὰ τάχιστα
τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι,

et aliud fragmentum:

κρύπτωμεν δ' ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος ἄνακτος
δῶρα.

Tandem sub finem carminis suam quoque domum malis afflictam memoravit, sed paucis tantum, ut videtur, ver-

---

[1]) In Theocriti sive Leonidae Tarentini versu de Archilocho A. P. VII, 664. 5.

ὡς ἐμμελής τ' ἐγένετο κἠπιδέξιος
ἔπεά τε ποιεῖν πρὸς λύραν τ' ἀείδειν,

vocem *ἔπεα* interpretandam puto »carmina elegiaca" de quo usu iam ab aliis collati sunt Theogn. vs. 19. 22. Herod. V, 113. Athen. III, 125 D. Sed corruptum est, quod apud Plutarchum legitur de disticho elegiaco de Exsil. c. 13. *ἀκήκοας δι' ἐπῶν καὶ τουτὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον κτέ.* quo loco corrigendum videtur: *ἀκήκοας δὲ δή που κτέ.*

sibus affini parentavit, in cuius interitu hoc maxime se dolere scripsit, quod ipse corpus viri mediis fluctibus mersi rogo mandare non potuerit, sed vel sic se dolori suo non indulgere sed imperare neque propter aliorum mortem calamitosam vitae delicias omittere. Huc revocandos puto versus apud Plutarchum de Aud. poet. c. 12. *πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος οὐκ ἐπαινεῖται λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος· αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν·*

οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι οὔτε κάκιον
θήσω τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

Certe vix aptius ad carminis exordium redire potuit poeta, qui cives monuit ut idem in luctu alieno facerent, quod ipse sibi in funere domestico optimum factu habebat, ut animis a terrore receptis, sua quisque negotia obirent, vino aliisque oblectamentis et voluptatibus curas pellerent totique se ad ipsius exemplum componerent. Illis vero, qui in recenti calamitatis memoria et dilectorum capitum desiderio lacrimis sibi et dolori plane non temperare posse videbantur, omni opera annitendum esse scripsit Archilochus, ut animis refectis omnique muliebri luctu sublato, viros fortes se praestarent idque eo contentiore studio et maiori labore faciendum esse quo difficilius hoc primo videri possit obtutu. Nam ut omnia, ea quoque quae fieri posse negabas, ut ipsa haec tristissima naufragorum mors, hominibus accidant, ita ab altera parte nihil esse quod homo studio et labore consequi nequeat. Hoc enim ordine et hoc fere sensu in integro carmine se excepisse videntur duo hexametri

πάντα τύχη καὶ μοῖρα Περίκλεες ἀνδρὶ δίδωσιν,

alter vero:

πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς μελέτη τε βροτείη,
in cuius fine lectio incerta necdum emendata est.

Quodsi ipsam Archilochi mentem in hac elegia componenda indagavimus et carminis argumentum vere adumbravimus, minime interitum affinis aut omnium qui naufragium passi erant, flebiliter cecinit poeta, sed hortamenta scripsit virtutis civibusque praecepit ut forti animo essent in rebus arduis, plane ut Callinus et Tyrtaeus. Certissimum itaque a nullo poetarum, quos elegiae auctores ferunt veteres grammatici, his numeris scriptum esse carmen lacrimabile maioris ambitus iisque adeo elegiam neque flebilem neque lugubrem fuisse, sed bellicam et robustam, ut Callino, Tyrtaeo, Archilocho, in omnibus carminibus hoc metro scriptis, Soloni in elegia, cui ab argumento titulus erat Σαλαμίς, et pro parte etiam Mimnermo, qui tamen maxime inclaruit elegiaco carmine erotici argumenti suavi, tenero, molli et remisso [1]. Mimnermo aetate sup-

[1]) Imprimis hoc loco memorandum fuisset carmen elegiacum, quod mulieres Messeniae in honorem Aristomenis concinuerunt, si rem nulli dubitationi obnoxiam memoriae prodidisset Pausanias IV, 16. 4. *Ἀριστομένει δὲ, ὡς ἀνέστρεψεν ἐς τὴν Ἀνδανίαν, ταινίας αἱ γυναῖκες καὶ τὰ ὡραῖα ἐπιβάλλουσαι τῶν ἀνθῶν, ἐπέλεγον ᾆσμα τὸ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ᾀδόμενον·*

ἔς τε μέσον πεδίον Στενυκλάριον ἔς τ' ὄρος ἄκρον
εἵπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Quod est maioris carminis fragmentum. Iam enim Tyrtaei aetate bello Messeniaco altero, eadem ratione qua postea Critias Alcibiadi ab exsilio Athenas victori redeunti gratulatorium carmen elegiacum scripsit, victoris Aristomenis celebrandi gratia encomium distichis elegiacis scriptum et publice cantatum fuisse constaret. Hoc vero argumento in ipso verborum contextu uti nolui, quum huius carminis scriptorem aequalem fuisse existimem Epaminondae, cuius consiliis Messenii in li-

pares fuerunt sed ingenio diverso quatuor ex septem sapientibus, qui carmina gnomica scripserunt auctoresque exstiterunt elegiae gravis, severae, tristis et tetricae, Chilo, Pittacus, Periander Corinthius et Solon Atheniensis, qui in uno tantum alterove carmine aliquid de severitate remisisse et amores furtaque cecinisse videtur. Nullum vero ab ullo horum scriptum carmen elegiacum memoratum reperi quod contendi possit cum Phoenicis versibus, de quibus Pausanias I. 9. 8. *ὡς Φοίνικα τὸν ἰάμβων ποιητὴν θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν· Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκέτι, ἐμοὶ δοκεῖν, περιῆν· πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο.* Quamquam hinc neque de metro, quo scriptum fuerit Phoenicis carmen, liquido constat neque coniectura Pausaniae de carmine, quod Hermesianactem si in vivis fuisset scripturum fuisse opinatus est, quicquam probatur. Sed de recentioribus inferius videbimus; hoc loco unice antiquissimorum poetarum ratio habenda est propter Horatii verba: *primum querimoniam*

bertatem vindicati sunt et urbs Messene condita est, cl. Paus. IV, 27. 4. *ἐπεκαλοῦντο δὲ ἐν κοινῷ καὶ ἥρωάς σφισιν ἐπανήκειν συνοίκους — πλείστη δὲ καὶ παρὰ πάντων ἀνθρώπων ἀνάκλησις ἐγίνετο Ἀριστομένους.* Sed nil mirum posteros quorum famam scripto consignavit Pausanias, credidisse carminis cantandi morem et ritum ex prisca antiquitate repetendum esse. Ex verbis: *ᾆσμα τὸ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ᾀδόμενον* colligas licet hoc carmen elegiacum Pausaniae aetate cantilenam popularem fuisse, quod Bergkio visum Lyric. p. 882. Sed interpretari malim: carmen quod etiamnunc cantare solent Messenii in sacris quibus Aristomenis colunt memoriam: v. Paus. IV, 14. 5. *Ἀριστομένης καὶ νῦν ἔτι ὡς ἥρως ἔχει παρὰ Μεσσηνίοις τιμάς*, et paullo post: *Ἀριστομένει δὲ πατέρα Ἑλλήνων οἱ πολλοὶ Πύρρον φασὶν εἶναι, Μεσσηνίους δὲ οἶδα αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς Ἀριστομένην Νικομήδους καλοῦντας.* In hoc ipso carmine puta.

disticho elegiaco inclusam esse. Quod fecit unus tantum inter eos qui principes elegiaca carmina composuisse dicuntur, Archilochus idque nonnisi in epigrammatis sepulcralibus, quorum nobis vix unum superest, A. P. VII, 441.

Ὑψηλοὺς Μεγάτιμον Ἀριστοφόωντά τε Νάξου
κίονας, ὦ μεγάλη γαῖ' ὑπένερθεν ἔχεις.

Neque silentio premendum Archilochum esse omnium poetarum, quorum carmina Coronae suae intexuit Meleager, antiquissimum nec aliunde mihi quidem ullum innotuisse poetam, qui ante Archilochum inscriptiones complexus sit versibus alternis brevioribus, sed idem etiam ἀναθηματικὰ scripsit, quorum itidem unum servatum exstat A. P. VI, 133.

Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην
Ἥρῃ, κουριδίων εὖτ' ἐκύρησε γάμων.

Igitur iam utriusque generis inscriptiones elegiacis versibus scripsit, easque numero permultas ut docent verba Meleagri, qui epigrammata Archilochi a se in Florilegium recepta dixit: μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ, A. P. IV, 1. 38. Quod nonnulli inter interpretes de corpore omnium Archilochi carminum intellexerunt, equidem de unis epigrammatis intelligere malim. His adiiciam, hac una de causa ne praetermissa videri possint, diu post Archilochum conscripta esse epigrammata quae in Aristotelis Pepli fragmento collecta leguntur [1]), et seriore demum aetate re-

---

[1]) Ex ipsis tumulis descripta fuisse maiore pro parte patet ex Diodor. Sic. V, 79. τὸν τάφον αὐτῶν (Idomenei et Merionis) ἐν τῇ Κνωσῷ δεικνύουσιν ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε·

Κνωσίου Ἰδομενῆος ὁρᾷς τάφον, αὐτὰρ ἐγὼ τοῦ
πλησίον ἵδρυμαι Μηριόνης ὁ Μόλου.

lusto donario incisum fuisse distichon, de quo Dio Chrys. Or. 37. t. II. p. 107. Reisk. ἡ δὲ Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκέτ' ἔπλευσεν, ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα τῷ Ποσειδῶνι καὶ τὸ ἐπίγραμμα ἐπέγραψεν ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι·

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμὶ, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων
Ἰσθμιακῷ, Νεμέας στεψάμενος πίτυϊ.

Ubi scripsi Ἰσθμιακῷ pro vulgata Ἴσθμια καί; Neptuno enim dedicata erat navis. Hoc autem saepissime posterius factum esse pluribus exemplis docemur, ex quibus attulisse sufficiat epigramma in nave ab Agamemnone in Euboea posita apud Procop. B. Goth. IV, 22. quod praeter unum distichon tempus deleverat, et in columna regiae Oenomai apud Pausan. V, 20. 3.

καὶ γὰρ ἐγὼ κλεινῶν εἰμ' ὦ ξένε λείψανον οἴκων·
στυλὶς ἐν Οἰνομάου πρίν ποτ' ἐνοῦσα δόμοις κτέ.

Cuius priora disticha omisit Pausanias. Nam particulis καὶ γάρ nullus locus, nisi haec fere praegressa fuerunt: ne me praetereas, viator, sed specta me prae reliquis diligentius. Quamquam vel ita καί abesse malim, quod certa medela sanari nequit, nisi integrum epigramma omne dubium tollat. Adde Paus. V, 25. 1. τὸ μὲν δὴ ἐπίγραμμα

Pepli fragmentis addendum distichon a Millino editum ex cippo Oedipi in vase picto apud Welcker. Syll. n. 103. p. 138.

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον
κόλπῳ δ' Οἰδιπόδαν Λαΐου υἱὸν ἔχω,

ut patet ex Eustathii verbis ad Od. XI, 538. ὁ ἀσφόδελος ἢ σφόδελος ᾠκείωται νεκροῖς διὰ τὸ πρὸς τὴν σπόδον ὁμοιόφωνον και ἐφυτεύετο ἐν τοῖς τάφοις τὸ τοιοῦτον φυτὸν, ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, λέγον ὡς ἀπό τινος τάφου, ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω., cl. ad Iliad. II. p. 285. 24. Rom. ad XVII, 36.

ἀδήλου τὸ ἀρχαῖον ἀναθήματα εἶναι τῶν ἐν τῷ πορθμῷ Μεσσηνίων, χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἱππίας ὁ λεγόμενος ὑπὸ Ἑλλήνων γενέσθαι σοφὸς, τὰ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτοῖς ἐποίησεν· ἔργα δέ εἰσιν Ἠλείου Κάλλωνος αἱ εἰκόνες. VIII, 11. 5. στῆλαι δέ εἰσιν ἐπὶ τῷ μνήματι Ἐπαμεινώνδα, ἡ μὲν ἀρχαία καὶ ἐπίγραμμα ἔχουσα Βοιώτιον· τὴν δὲ αὐτήν τε ἀνέθηκεν Ἀδριανὸς βασιλεὺς καὶ ἐποίησε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῇ. Idem factum videtur in sepulcro Alcibiadis, qua de re Athen. XIII, 574 F. εἴδομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ ἐν Μελίσσῃ τοῦ Ἀλκιβιάδου μνῆμα, ἐκ Συνάδων εἰς Μητρόπολιν ἀφικνούμενοι· ἐν ᾧ καὶ κατ' ἔτος θύεται βοῦς, διακελευσαμένου τοῦτο τοῦ πάντ' ἀρίστου βασιλέως Ἀδριανοῦ· ὃς καὶ ἀνέστησεν ἐπὶ τῷ μνήματι Παρίου λίθου εἰκόνα τὸν Ἀλκιβιάδην. Et Mnasalcae epigramma in Hesiodum serius demum lapidi tumulari incisum fuit, v. A. P. VII, 54. unde posterius Orchomenii hos versus Chersiae Orchomenio antiquissimo poetae tribuerunt, v. Paus. IX, 38. 3. qui addit: ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐγέγραπτο.

Ex superioribus sponte intelligitur, quomodo dirimenda sit quaestio inter Grammaticos Graecos agitata de principe elegiacorum carminum poeta eorumque dissensus componendus. Nam metri quidem elegiaci inventorem investigare ridiculum est, sed carminibus elegiacis primus inclaruit Callinus, qui aequalis fere Tyrtaeo eadem ratione civium animos in bella erexit; utroque vero nobilior Archilochus et carminibus amplioribus elegiacis argumenti parum diversi summam meruit laudem et hoc metro ut proprio et legitimo in inscriptionibus usus est. Nec multum Callino aetate fuit inferior, unde explicandum quod Archilochus a nonnullis inter veteres in Callini locum suffectus est, de quorum sententia Plut. de Music. c. 28. πρώτῳ δὲ Ἀρχιλόχῳ τά τ' ἐπῳδὰ καὶ τὰ τετράμετρα ἀπο-

δέδοται καὶ ἡ τοῦ ἡρῴου (ita scribendum esse pro πρώτου docent verba: ἡ τοῦ ηὐξημένου ἡρῴου ἔντασις κτέ.) αὔξησις, ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλεγεῖον, πρὸς δὲ τούτοις ἥ τε τοῦ ἰαμβείου πρὸς τὸν ἐπίβατον παιῶνα ἔντασις καὶ ἡ τοῦ ηὐξημένου ἡρῴου εἴς τε τὸν προσοδιακὸν καὶ τὸν κρητικόν. Deinde Mimnermus elegiae robur inflexit, unde eum elegiae blandae, mollis et tenerae auctorem dixit Hermesianax Athenaei XIII, 598 A.

Μίμνερμον δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
 ἦχον καὶ μαλακὸν πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,

et elegiam amatoriam Μιμνέρμου ἁβρὸν ἔπος Alexander Aetolus Athen. XIV, 699 B. Tandem Solon Atheniensis nobilissimus fuit eorum, qui antiquissimis temporibus praecepta vitae utilia versibus elegiacis scripserunt.

Iam vero res ipsa postulare videtur ut ab his, quae proxime ad Horatii versus illustrandos pertinent, exorsi longius etiam progrediamur et recentiorum quoque poetarum carmina quorum servata est memoria, hoc loco componamus totamque quaestionem de argumento carminum elegiacorum apud Graecos plenissime simul quantum fieri potest et brevissime pertractemus. Uberius enim mihi edisserenda sunt argumenta quibus iam olim pro parte usus scripsi Simonidem Ceum nulla epicedia elegiaca scripsisse videri et falso certe eo relata esse epigrammata duo á fragmentorum editoribus, Anth. Pal. VII, 513.

Αἰαῖ, νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις
 ἀνθρώπων ἐρατῇ πὰρ νεότητι μένειν,
ἣ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας
 ἠΐθεον πρὶν ἰδεῖν κουριδίην ἄλοχον,

et c. 515.

Φῆ ποτε Πρωτόμαχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
 ἡνίκ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην·

ὦ Τιμηνορίδη παιδὸς φίλου οὔποτε λήξεις
οὔτ' ἀρετὴν ποθέων οὔτε σαοφροσύνην,

ubi vs. 3. scripsi λήξεις, quo sensui integritas sua conciliatur. Codex: οὔποτε λήσει, quod nimium patienter tulerunt viri docti. Eiusdem epigrammatis vs. 1 Πρωτόμαχος edendum curavi, ut metrum salvum esset; codex Πρόμαχος, quod de coniectura in Τίμαρχος mutavit Planudes. Qua cupidius arrepta haec epigrammata duo frustula esse coniecerunt eruditi eiusdem maioris elegiae funebris in Timarchum a Simonide conscriptae. Quod quum ego pridem recte factum esse negassem tam quod pluscula epigrammata simillime comparata in Anthologia occurrunt, ideoque Simonideis nihil inesse videbatur quod horum carminum indoli repugnet, quam quod nullo veterum testimonio constat Simonidem ampliores elegias funebres scripsisse, neminem eruditorum qui contrariam sententiam comprobarunt aut tuiti sunt, in assensum pertrahere potui. His nunc addo haec epigrammata non in adverso sed in altero cippi latere incisa fuisse, unde explicandum quod in iis a vulgari inscriptionum norma discessum est, et maiora carmina quibus obitum defunctorum lugebant fuisse Threnos melicos a choris decantatos, non vero carmina elegiaca. Fateor enim me non de uno tantum Simonide sed de omnibus fere ante Parthenium poetis dubitare num flebile scripserint in obitum privati hominis carmen elegiacum, saltem locupletius de hac re a me requiri veteris scriptoris testimonium. Inter quos propter Pausaniae verba quaedam primos enumerabo antiquissimos poetas, qui ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα, i. e. tibicinum cantui inservientia scripserunt, Clonas Tegeates sive Thebanus, et Sacadas Argivus, quae in certaminibus cantabant αὐλῳδοί: v. Plut. de Music. c. 8. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ

αὐλῳδοὶ ᾖδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ (corrigendum ἀναγραφή) ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. Unde efficere licet Clonam, de quo Heraclides ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ apud Plutarchum de Music. c. 3. Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον, τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν, et fortasse etiam Polymnestum Colophonium ἐλεγεῖα scripsisse μεμελοποιημένα, quum Polymnestus, de quo peculiari commentatione dicam, Sacadae aequalis fuerit, v. Plut. l. c. c. 9. et idem Plutarchus diserte testetur Sacadam hoc fecisse, ibid. c. 8. γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ αὐλητὴς [1]) ἀγαθὸς καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται, sed minus plene c. 9. ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σακάδαν ποιηταὶ ἐλεγείων. Quae ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα qualia fuerint, patet ex Athenaei verbis XIV, 632 C. Ὅμηρος διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους

---

[1]) Scripsi αὐλητής pro vulgata lectione ποιητής, quod fortasse iam ab aliis monitum, ex Paus. X, 7. 3. ἀνηγορεύθη Σακάδας ὁ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας, VI, 14. 4. II, 22. 9. τὸ αὔλημα τὸ Πυθικὸν πρῶτος ηὔλησεν ἐν Δελφοῖς. Idem IX, 30. 2. ὁ δὲ Σακάδα τοῦ Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, οὐ συνεὶς Πινδάρου τὸ ἐς αὐτὸν προοίμιον, ἐποίησεν οὐδὲν ἐς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὸν αὐλητήν. Eius μέλη Epaminondae etiam aetate, ducentis circiter et triginta annis post ipsum poetam mortuum ab Argivis cantabantur. Argivi enim et Thebani quum Messenen urbem munirent, (Paus. IV, 27. 4.) εἰργάζοντο ὑπὸ μουσικῆς ἄλλης μὲν οὐδεμιᾶς, αὐλῶν δὲ Βοιωτίων καὶ Ἀργείων, τά τε Σακάδα καὶ Προνόμου μέλη τότε δὴ προήχθησαν μάλιστα ἐς ἅμιλλαν.

ποιεῖ στίχους καὶ λαγαρεὺς, ἔτι δὲ μειούρους, Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων καὶ Θέογνις καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος ὁ Κορίνθιος ἐλεγειοποιὸς καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προςάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσται μήτε λαγαρὸς μήτε μείουρος, et Pausaniae loco X, 7. 3. προςέθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν· ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλήν τε Μελάμπους κιθαρῳδίᾳ καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· — δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι — αὐλῳδίαν κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον· ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα, καὶ ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προςᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς· μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ἐχεμβρότου τὸ ἀνάθημα, τρίπους χαλκοῦς ἀνατεθεὶς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Θήβαις, ἐπίγραμμα δὲ ὁ τρίπους εἶχεν·

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε τῷ Ἡρακλέϊ
νικήσας τόδ᾽ ἄγαλμ᾽ Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις,
Ἕλλησιν δ᾽ ᾄδων μέλεα καὶ ἐλέγους.

In quo loco quum alia nos morantur, tum ipsa inscriptionis verba, quae in distichi elegiaci formam redigere conati sunt viri docti, ut priora versuum numeris exuta sint. Mihi vero haec ipsa verba ἐλεγείων μεμελοποιημένων numeris videntur esse adstricta, ut primus tertiusque versus pentametri sonum legitimum referant non digitis sed auribus metiendum. Sed in tertio lectio vix sana est. Nam particula δέ inepta, quum dicendum fuisset: νικήσας ᾄδων, ut ἐνίκησεν ᾄδων apud Pausan. X, 7. 2. Et Echembrotus, quem poetam fuisse ex hoc loco Pausaniae non recte effecisse videtur Muellerus Hist. Lit. Gr. t. I. p. 188. cl. p. 292. elegos et cantilenas tibiis succinuerat et ex hoc auloedorum certamine praemium retulerat. Quapropter tibiarum

diserta requiritur mentio, neque multum placet otiosum Ἕλλησιν. Corrigam igitur: *αὐλοῖσι προςᾴδων μέλεα καὶ ἐλέγους*, ut *προςᾳδόμενα ἐλεγεῖα* apud Pausaniam, vel *ὑπᾴδων*, ut *αὐλοῖς ὑπᾴδειν* oppositum sit verbo *ὑπαυλεῖν*. Praevalentibus enim musicae modis ipsi versus cantui inserviebant. Sed ipsa pentametri verba non praesto, sensum quem unice idoneum puto restituisse contentus. Praeterea haereo in verbis: *μελέτη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα καὶ ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προςᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς*; non enim intelligo quaenam esse potuerint tibiae tetricae. Corrigendum videtur: *μελέτη τε ἦν αὐλῶν καὶ τὰ σκυθρωπότατα ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προςᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς*. Videntur enim intelligi carmina elegiaca antiquiorum ante Mimnermum poetarum sive bellica et Martem spirantia sive austera et gnomica, si revera Pausanias ex alio fonte quam ex hac ipsa inscriptione duxit quae de hoc auloedorum certamine in ludis Pythicis tradidit. De quo dubito propter ipsius verba: *μαρτυρεῖ δέ μοι κτέ.*, ut fere certum videatur Pausaniam verbis *τὰ σκυθρωπότατα ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι*, reddidisse inscriptionis verba: *μέλεα καὶ ἐλέγους*, quae significant *μέλη καὶ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα*. Hinc efficere licet Pausaniam ex coniectura scripsisse hoc certamen abolitum esse aut obsolevisse quod carmina cantata auditu minus essent iucunda. Quae sententia mihi pro parte tantum vera videtur, et aliud insuper respiciendum puto. Poetarum elegiacorum, Archilochi, Callini, Tyrtaei carmina segregata fuisse videntur a tibiae modis, nam Archilochi verba apud Schol. Ar. Av. 1426.

ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος

sine idonea causa ad elegiacum carmen retulit Muellerus Hist. Lit. Gr. t. I. p. 189 not. 1. De Tyrtaeo quod legitur apud Suidam: *ἐλεγειοποιὸς καὶ αὐλητής, ὃν λόγος*

τοῖς μέλεσι χρησάμενον παροτρῦναι Λακεδαιμονίους πολεμοῦντας Μεσσηνίοις, nunc unice ad μέλη spectare puto ἐμβατήρια et anapaestica ad tibiam cantari solita. Id quod firmatur Philochori testimonio Athen. XIV, 29. 630 F. πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν καὶ οἱ υἱοὶ τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσιν, ἅπερ καὶ ἐνόπλια καλεῖται. Καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἔρρυθμον κίνησιν ποιοῦνται. Φιλόχορος δέ φησι κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ἂν δειπνοποιήσωνται καὶ παιωνίσωσιν, ᾄδειν καθ' ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας. Ubi ex praegressis liquet unice intelligi carmina bellica et lyrica, ut etiam Suidas post nomen αὐλητής Tyrtaei memorat μέλη πολεμιστήρια, quod nomen pro τὰ ἔπη τὰ ἀνάπαιστα restituendum puto Pausaniae IV, 13. 3. Sed de elegiacis Tyrtaei carminibus Iustinus III, 6. »Tyrtaeus composita carmina exercitui pro concione recitavit.'' Tunc igitur elegis μεμελοποιημένοις locus et honos, sed Echembroto et Sacadae fere aequalis Mimnermus primus effecit ut elegiaca carmina, quae suaviora reddidit princeps et mollia scripsit primus, salvis metri legibus numerisque versuum ad tibias cani possent. De quo Plutarchus de Music. c. 8. καὶ ἄλλος δ' ἐστὶν ἀρχαῖος νόμος (αὐλῳδικός) καλούμενος Κραδίας, ὅν φησιν Ἱππῶναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι, Strabo XIV, 1. t. III, p. 179. Μίμνερμος αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας, Hermesianax Athen. XIII, 598 A. Sed licet Mimnermus princeps elegiaca carmina ad tibicinem descripserit, diversa tamen ab iis fuisse ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα docemur Chamaeleontis testimonio Athenaei XIV, 620 B. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου ἀλλὰ

καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου. Propter hunc potissimum ab Mimnermo institutum morem putaverim alterum genus elegiacorum carminum neglectum iacuisse. Hinc nobis lustranda caeterorum poetarum quae equidem memorata inveni carmina elegiaca. Et primum quidem quod scripsi in Epistola Critica Philolog. 1850 p. 473. Theognidis Elegiam *εἰς τοὺς ἡσσηθέντας τῶν Συρακοσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ* fuisse carmen flebile et lugubre, id mihi nunc re diligentius pensitata parum videtur probabile. Putem enim poetam devictorum virtutem celebrasse in ipsa clade et caede conspicuam, ut Simonides *τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν* cecinit carmine elegiaco. Utrumque certe carmen ad publicam spectat calamitatem aut victoriam. Aeschyli haud dubie est epigramma, de quo traditum exstat in Vita Aeschyli p. XIV ed. Dind. Biogr. Gr. p. 119. 44. *ὑπ' Ἀθηναίων κατασπουδασθεὶς καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ, κατὰ δ' ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον.* Quod a Welckero iam animadversum parum respexit Bergkius qui hoc testimonium ad Simonidis elegias traxit, Lyric. p. 771 sq. Verissime quoque idem Welckerus Syllog. p. 145. ad Aeschyli epigrammata retulit Plut. Symp. I, 10. 3. *Γλαυκίας δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ τὸ δεξιὸν κέρας Αἰαντίδαις τῆς ἐν Μαραθῶνι παρατάξεως ἀποδοθῆναι ταῖς* Α ἰ σ χ ύ λ ο υ *τὴν* μ ε θ ο ρ ί α ν ἐ λ ε γ ε ί α ι ς *ἐπιστοῦτο, ἠγωνισμένου τὴν μάχην ἐκείνην ἐπιφανῶς.* Ubi Xylander iam emendavit: *τοῖς ἐλεγείοις.* Nisi malis: *τῷ ἐλεγείῳ.* Praeterea corrigendum esse conieci: *τοῖς Αἰσχύλου εἰς τὸ μεθόριον ἐλεγείοις*, i. e. in epigrammate inscripto termino quo Aeantidarum tribus a tribu contermina seiungebatur. Possis etiam: *ἐν*

τῷ μεσορίῳ. Talia epigrammata breviora in terminis inscripta memorat Plat. Hipparch. 228 D. longius vero Leonidae Tarentini carmen legitur in A. P. IX, 316. Conferas A. P. IX, 665. 6. *καί με παρ' ἀμφοτέροις μέσσον ἔθηκεν ὅρον.* 786. *περικαλλέα βωμὸν Λευκῆς καὶ Πτελέου μέσσον ὅρον θέμενοι ἐνναέται χώρης σημήϊον.* Et ex ipsis Plutarchi verbis patere videtur hoc Aeschyli testimonium non depromptum esse ex carmine omnibus aequaliter et in vulgus noto. Neque recte Bergkius Lyric. p. 434 Euripidis epicedium elegiacum effinxit ex Plut. Niciae c. 17 *ὁ μὲν γὰρ Εὐριπίδης μετὰ τὴν ἧτταν αὐτῶν καὶ τὸν ὄλεθρον γράφων ἐπικήδειον ἐποίησεν κτέ.* ubi epigramma sepulcrale intelligendum esse monuerat iam Welckerus, quod firmabo altero Plutarchi loco de Anim. Procreat. Tim. c. 33. *ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον·*

ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς.

Etiam Callimachus in Heraclitum amicum non scripsit carmen elegiacum, sed sex versus ad epigrammatis sepulcralis normam scriptos, A. P. VII, 80.

Elegiacum vero carmen nemo dicat Hesiodi *Ἐπικήδειον εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ*, de quo Suidas v. *Ἡσίοδος*, qui de Theocrito: *τινὲς δ' ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα, Προιτίδας, Ἐλπίδας, Ὕμνους, ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγείας, Ἰάμβους, Ἐπιγράμματα,* ubi corrigendum: *Ἐπικήδεια, Μέλη.* Ubi Epicedia ab Elegiis seiuncta vides, hexametris ut videtur, scripta, ut Euphorionis Epicedium in Protagoram scriptum hexametricum fuisse visum est Meinekio Anal. Alex. p. 101. Nec non Arati Epicedium *πρὸς Θεόπροπον* Schol. Hom. Il. XVII, 486. et alia in Cleombrotum et Moerin fratrem eodem metro scripta fuisse puto. Hinc corrigas Arati Vitam in Westermanni Biogr. p. 61.

11, ubi scripsisse traditur poeta: Ἀστρολογίαν καὶ Ἀστροθεσίαν, Σύνθεσιν Φαρμάκων, Θηριακῶν ἐπιτήδεια, quae hunc in modum emendanda: Σύνθεσιν Φαρμάκων θηριακῶν, Ἐπικήδεια. Antimachi Lyden, tribus libris scriptam, carmen luctuosum fuisse ex Hermesianactis verbis:

ἄκρην ἐν Κολοφῶνα, γόων δ' ἐπλήσατο βίβλους
ἱρὰς ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου,

effecerunt eruditi, sed accuratius haud dubie Plutarchus Consol. Apollon. p. 106 B. ἐχρήσατο δὲ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος ὁ ποιητής· ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὑτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς (fortasse: ἐρωτικάς) συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην. Neque Hermesianactis verba sana sunt, quum vocabulum γόων verbis sequentibus ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου parum videatur convenire. Quare equidem scribendum conieci:

ἄκρην ἐς Κολοφῶν' ἐλέγων δ' ἐπλήσατο βίβλους
τρισσὰς ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Et Philisci versus apud Plutarch. Vit. dec. orat. c. 3. ἐποίησε δὲ καὶ ἐς Λυσίαν ἐπίγραμμα Φιλίσκος ὁ Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἑταῖρος δὲ Λυσίου — ἔχει δὲ οὕτως·

Νῦν, ὦ Καλλιόπης θύγατερ πολυήγορε Φρόντι,
δείξεις εἴ τι φρονεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις·
τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα καὶ ἄλλοις
ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον,
δύντα κατὰ φθιμένων καὶ στέφος ἀθάνατον,
ὅς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξει φιλέταιρον ἅπασιν
καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν,

non esse epigramma, quo vocabulo utitur Plutarchus, sed exordium carminis elegiaci, quo mortui memoriam cele-

bravit et virtutem ornavit Philiscus, indicatur voce ὕμνον vs. 5. In secundo disticho scribendum puto:

τῷ γὰρ ἐς ἄλλο τι σῶμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
ἐν κόσμοισι βίου σχῆμα λαχόνθ' ἕτερον κτέ.

Nam βίου σῶμα ineptum est, sed βίου σχῆμα saepius legitur ut apud Eur. Med. vs. 1039. εἰς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου. Versus sextus partim ex Marklandi, partim ex Wyttenbachii sententia emendatus est. Codicum lectiones sunt: δύντι καταφθιμένον καὶ σοφῷ ἀθάνατον. Et κατά hoc sensu genitivo iungi constat, ut δύντα κατὰ βυθοῦ Athen. I, 22. in fin. Paus. V, 25. 1. ἡ ναῦς ἠφανίσθη κατὰ τοῦ βυθοῦ, ut Herod. VII, 6. αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο κατὰ τῆς θαλάσσης, Plut. Moral. p. 831 E. ὠθεῖσθαι κατὰ βυθοῦ, Philippus A. P. VII, 382. 5. ἢ τύμβευε κανοῦσα καθ' ὕδατος, cl. Meinek. Delect. Epigr. p. 129. Sed valde dubito num mortui dici possint δῦναι κατὰ φθιμένων. Quare corrigo:

δῶμα κατὰ φθιμένων — ἀθανάτῳ,

de reliquis ampliandum ratus. Si igitur unam exceperis Euripidis elegiam flebilem in tragoedia Andromache, nullum fere ante Parthenium a poetis Graecis carmen elegiacum scriptum reperies quo miserationem movere studuerint. Iam vero si quaeris unde manaverit communis illa et pervulgata fama de lugubri elegiarum argumento, maxime inter recentiores sparso ex Ovidii versibus:

Flebilis indignos, Elegeïa, solve capillos,
ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit,

equidem huius rei causas hinc repetendas puto. Fuit inter antiquissimos Graecos modus canendi ad tibiam dictus Ἔλεγος, de quo Plutarchus de Music. c. 4. οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους, ὠγαθὲ Ὀνησίκρατες, αὐλῳδικοὶ ἦσαν, Ἀπόθετος, Ἔλεγος, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων, Τετρασί-

διος [1]) *καὶ Τριμελής.* Cuius indolem novimus ex Euripide et Aristophane, quorum hic lusciniae, ille halcyoni *ἔλεγον οἶτον* tribuit, v. Eur. Iph. T. 1060. et Arist. Av. 217. Fuit adeo non poeseos genus, sed planctus lugubris et feralis ad tibiarum modos, quibus omnes fere antiquitus in luctu utebantur, cum invocatione solenni nominum mortuorum, de qua Hom. Od. IX, 65. A. P. VII, 486. Virg. Aen. III, 86. Iustin. XVIII, 6. 5. » diu viri nomine cum multis lacrimis et lamentatione invocato." Propert. I, 17. 23.

Illa meum extremo clamasset pulvere nomen,
ut mihi non ullo pondere terra foret,

III, 13. 28. Quae *ἀνάκλησις* apud plures populos usu viguit, cui ritui nomen iuvenis mature abrepti indiderunt, ut Phoenices Adonin, Aegyptii Manerotem, Mariandyni Priolan, Mysi denique Hylan. Nec diversa ab his Aristomenis herois *ἀνάκλησις* carmine elegiaco a Messeniis facta, Paus. IV, 27. 4: v. supra p. 42. Illas moderabatur tibiarum cantus: Athen. IV, 174 E. *ὀνομάζονται δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγροι ὑπὸ τῶν Φοινίκων ἀπὸ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων· τὸν γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὡς ἱστορεῖ Δημοκλείδης.* De Mariandynis Nymphis Athenaei XIV, 619 F. *ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ᾠδῶν ἐνίας κατανοήσειεν ἄν τις, ἃς ἐκεῖνοι κατά τινα ἐπιχωριαζομένην παρ' αὐτοῖς συνήθειαν ᾄδοντες ἀνακαλοῦνταί τινα τῶν ἀρχαίων, προςαγορεύοντες Βῶρμον* [2]). *Τοῦτον δὲ λέγουσιν υἱὸν γενέσθαι ἀνδρὸς ἐπιφα-*

---

[1]) Ita emendavi pro vulgata: *Κηπίων τε καὶ Δεῖος καὶ Τριμελής.* Citharoedorum quoque modus fuit *Τετραοίδιος* dictus, et *Τετράκωμος* genus *αὐλήσεως*, Trypho Athenaei XIV, 618 C.

[2]) Hinc emendanda Scholia ad Ap. Rh. II, 780. *ἰδίως τὸν θρυλλούμενον Πριόλαόν φησιν, ἄλλων Βάρυνον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος.* Corrigendum *Βῶρμον.*

νοῦς καὶ πλουσίου, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ κατὰ τὴν ἀκμὴν ὥρᾳ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν· ὃν ἐφεστῶτα ἔργοις ἰδίοις καὶ βουλόμενον τοῖς θερίζουσι δοῦναι πιεῖν, βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ ἀφανισθῆναι. Ζητεῖν οὖν αὐτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας μετά τινος μεμελῳδημένου θρήνου καὶ ἀνακλήσεως, ᾧ καὶ νῦν ἔτι πάντες χρώμενοι διατελοῦσι. Τοιοῦτος δ' ἐστὶ καὶ ὁ παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενος Μανέρως. **De quo Aegyptiorum more Herodotus II, 79.** καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἕν ἐστι, Λίνος, ὅςπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός[1]) ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἄλλῃ· κατὰ μέντοι ἔθνεα οὔνομα ἔχει· συμφέρεται δὲ ὡυτὸς εἶναι τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον ὀνομάζοντες ἀείδουσι· ὥστε πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀποθωυμάζειν με τῶν περὶ Αἴγυπτον ἐόντων, ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ὁκόθεν ἔλαβον· φαίνονται δὲ αἰεί κοτε τοῦτον ἀείδοντες· ἔστι δὲ Αἰγυπτιστὶ ὁ Λίνος καλούμενος Μανέρως· ἔφασαν δέ μιν Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου παῖδα μουνογενέα γενέσθαι· ἀποθανόντα δ' αὐτὸν ἄωρον θρήνοισι ὑπ' Αἰγυπτίων τιμηθῆναι καὶ ἀοιδήν τε ταύτην πρώτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. **In quo loco notanda verba:** κατὰ μέντοι ἔθνεα οὔνομα ἔχει. **Ita Mysi Hylan** ἀνακαλοῦνται, **ut legitur apud Hesychium v.** ἐπιβόα, **et ex eadem regione tibicines antiquissimos oriundos fuisse tradit Plut. de Mus. c. 7.** ἄλλοι δέ τινες ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον· γεγονέναι γάρ τινας ἀρχαίους αὐλητὰς Μυσούς. **Phryges vero, et ipsi arte tibiis canendi nobiles, Lityersam, de quo Photius Lex. v.** Λιτυέρσαν, ᾠδήν τινα ἣν ᾄδουσιν οἱ θερίζοντες, ὡς ἐπίσημόν τινα γεγονότα τῶν παλαιῶν τὸν Λιτυέρσαν ἀνακαλούμενοι. **Quod ferale fuit carmen, v. Ser-**

---

[1]) Scribendum haud dubie: ὅςπερ ἔν τε Φοινίκῃ Ἄδωνίς ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἄλλῃ. Ex Cypro enim in alias Graeciae regiones migrarunt Ἀδωνιασμοί.

vium ad Virg. Ecl. VIII, 68. »Alii hunc Daphnin Pipleam amasse dicunt, quam quum a praedonibus raptam Daphnis per totum orbem quaesisset invenissetque in Phrygia apud Lytiersem regem servientem, qui hac lege in advenas saeviebat, ut quum multas segetes haberet, peregrinos advenientes secum metere faceret, victosque iuberet occidi. Hercules miseratus Daphnidis venit ad regem et audita conditione certaminis falcem ad metendum accepit eaque regi caput amputavit. Ita Daphnin a periculo liberavit et ei Pipleam Nympham, quam alii Thaliam dicunt, reddidit, quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonavit, ferali *sopito* metendi carmine." In quo loco lacuna est post verbum: condonavit. Et pro *sopito*, quod corruptum, scribendum est: ferali *composito* metendi carmine. Et recte Herodotus Graecorum Linum comparavit. Unde querulus cantus: *Λίνος Αἴλινος*, quem *Οἰτόλινον* dixit Pamphus apud Paus. IX, 29. 3. quod ad Adonin apte transtulit Sappho. Significat igitur iuvenem immatura morte praereptum, ut iuvenem mortuum verbis *αἰνόλινε*, *τρισάωρε* allocutus est Theodoridas A. P. VII, 527. 3. Sed hunc cantum, de quo Schol. Hom. Il. XVIII, 570. *τὴν ἐπὶ Λίνῳ τῷ Ἀπόλλωνος παιδὶ ᾠδὴν ὄντι νηπίῳ καὶ ὑπὸ κυνῶν ποιμενικῶν διασπασθέντι πρώτην ᾀσθεῖσαν*, male intelligi putarunt ab Homero ipso Iliadis l. c.

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ.

Ex versibus enim Ovidii de Orphei patre:

Aelinon in sylvis idem pater Aelinon altis
dicitur *invita* concinuisse *lyra*,

quos parum recte interpretatos video viros doctos, sequitur lyrae modos a cantu flebili alienos esse. Ita Sopho-

cles in fragmento ex Thamyri decerpto, n. 728.

οὐ νάβλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλη,

et carmina flebilia *ἀλύρους* dixit *ὕμνους* Euripides in Alcest. 466. quod rectissime interpretatus est iam Valckenaerius ad Eur. Phoen. 1034. Idem Herc. F. 888.

κατάρχεται χορεύματ' ἄτερ τυπάνων.

Et Musarum cantus sine citharae modis memoratur in plangenda Achillis morte Odyss. XXIV, 60. Huc vero cave conferas Hesiodi versus de Lino Thebano, Uraniae filio apud Eustathium Hom. Il. l. c. quibus demonstratur omnes poetas et fidicines in exordio et in fine carminum Linum invocasse. Quod unice ad rhapsodorum Boeotorum scholam sive sectam spectare videtur [1]). De tibiarum cantu his modis adhibito addatur Hesychius: *τορέλλη, ἐπιφώνημα θρηνητικὸν σὺν αὐλῷ Θρᾳκικόν.* Athen. IV, 76. 174 E. *γιγγραΐνοις αὐλοῖς — ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένοις οἱ Κᾶρες χρῶνται ἐν τοῖς θρήνοις*, collata Hesychii glossa: *Καρῖναι, θρηνῳδοὶ μουσικαὶ, αἱ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς τὰς ταφὰς καὶ τὰ κήδη. παρελαμβάνοντο δὲ αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες.* Ubi corrige: *αἱ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ προπέμπουσαι· πρὸς δὲ τὰς ταφὰς καὶ τὰ κήδη παρελαμβάνοντο αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες.* Festus in v. ***Praeficae*** »dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae quae dant caeteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius: haec quidem mehercle opinor

---

[1]) Apud Propert. III, 13. 7.

Sed magis ut nostro stupefiat Cynthia versu,
tunc ego sim *Inachio* notior arte Lino,

corrigendum puto:

tunc ego sim *Aonio* notior arte Lino.

Thebis enim natus poeta Linus.

praefica est, quae sic mortuum collaudat." Cicero de Legg. II, 24. 62. » honoratorum virorum laudes in concione memorentur, *easque* etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniae, quo vocabulo etiam Graecis cantus lugubres nominantur." In quo loco omnes libri » *prosequatur* " sive hoc ipsum sive ita scriptum ut in praepositione una nulla sit varietas. Iidem » *easque* " tuentur unanimi consensu, quod Schlegelius de coniectura mutavit in » *eosque.*" Reliqua varie in codicibus scripta nullo ad sensum discrimine sed eodem modo haec: » *easque — cantus prosequatur.*" Quod non recte dictum. Latine enim dicitur aut » *laudes alicuius persequi,*" aut » *laudibus aliquem prosequi.*" Pronomen autem demonstrativum ad unum substantivum » *laudes* " referri potest, quo parum apte modum naeniarum significari puto. Quare equidem in Ciceronis verbis: » *easque* etiam cantus ad tibicinem prosequatur" emendaverim: *exsequias* etiam cantus ad tibicinem prosequatur. Ut Iustinus XI, 12. » In itinere nuntiatur uxorem eius decessisse eiusque mortem collacrymatum Alexandrum exsequiasque benigne prosecutum esse." Hic tibicinum modus dictus ἔλεγος Lydiae harmoniae acris et flebilis ab Olympo auctore inter Graecos repetebatur, id quod efficio ex Suidae verbis: Ὄλυμπος Μαίονος Μυσός, αὐλητὴς καὶ ποιητὴς ἐλεγείων καὶ μελῶν, ἡγεμών τε γενόμενος τῆς κρουματικῆς μούσης τῆς διὰ τῶν αὐλῶν, collato Plutarchi loco de Music. c. 15. τοιγάρτοι Πλάτων τὴν Λύδιον ἁρμονίαν παραιτεῖται, ἐπειδὴ ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον, ᾗ καὶ τὴν πρώτην σύστασιν αὐτῆς Φασι θρηνώδη τινὰ γενέσθαι. Ὄλυμπον γὰρ πρῶτον Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πύθωνί Φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί. Licet enim Terpandri et Olympi ποιήματα idem memoret Plutarchus de Music. c. 18.

et Aristoteles Polit. VIII, 5. δῆλον διὰ τῶν Ὀλύμπου μελῶν· ταῦτα γὰρ ὁμολογουμένως ποιεῖ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς, putem tamen Olympi modos musicos magis fuisse rhythmica verba quam carmina. Ita Aristophanes Eqq. vs. 8.

δεῦρο νῦν πρόςελθ' ἵνα
ξυναυλίᾳ κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον,

quem Demosthenes et Nicias ita concinunt:

μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ,

et Semus Delius apud Athen. XIV, 618 A. ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς ξυναυλίας λεκτέον· ἥν τις ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προςμελῳδοῦντος. Ipsius igitur vocabuli ἔλεγος, cuius originem ex Lydia repetivit Boeckhius, nulla potest cum aliqua probabilitatis specie investigari etymologia, plane ut similium ἴαμβος, θρίαμβος, διθύραμβος. Sed Grammaticos qui apud poetas Atticos et scriptores de Historia musicae locos invenerant, ubi ἔλεγος de cantu flebili dicebatur et lugubri, eundem errorem errasse puto quem Scholiastes Apollonii ad II, 872. Ad poetae enim verba: ὅντινα λαὸς οἰκτίστοις ἐλέγοισιν ὀδύρεται ἐξέτι κείνου, annotatum invenio: τοῖς γὰρ ἐλεγείοις ἐν τοῖς ἐπιταφίοις ἐχρῶντο οἱ παλαιοί. Apollonio sunt ἔλεγοι planctus quem Βῶρμον dixit Nymphis, Scholiastae ἐλεγεῖα carmina elegiaca, quae deflendis mortuis antiquitus scribi solere male ex Apollonii loco effinxit. Neque enim putem Scholiasten doctissimum inscriptiones sepulcrales intellectas voluisse et significasse nomine ἐλεγείοις. Modus lugubris cantus ad tibicinem sive peregre advectus sive Graecorum indigenarum more usitatus dictus fuit ἔλεγος. Ex quo utrum fluxerit ἐλεγεῖον incertum; hoc certum, carmini elegiaco, ex quo post epica et heroïca carmina per se constitit, maximam cum epico carmine fuisse affinitatem argumenti, nisi quod omnia ex sua persona

proloquitur poeta, nullam vero cum flebili cantu. Quum igitur postea ἔλεγος et ἐλεγεῖα poetarum usu idem valerent et promiscue adhiberentur, sed primitus significatione diversissima essent, anxie trepidarunt grammatici ut hanc quae ipsis videbatur repugnantiam tollerent et quum viderent eruditi nullius argumentum elegiae, quae quidem hominum manibus tereretur, lugubre esse, ipsos illos, quos principes esse vidimus elegiacorum carminum poetas, iam argumento diverso hoc metrum adhibuisse statuerunt. Alii vero ad inscriptiones sepulcrales, unde explicationem peterent, confugerunt idque recte, ut mihi videtur. Quorum sententiam explicuit Horatius.

Sed ut eodem regrediamur, ex quo omnis haec disputatio quam declinare non potuimus, nobis profluxit, elegiacis maxime numeris tamquam legitimo et solemni metro scriptas fuisse inscriptiones, hinc quoque constat, quod dicuntur ἐλεγεῖα et ἔλεγοι, eae quoque quae alio metro scriptae sunt. Ut inscriptio hexametris inclusa ἐλεγεῖον apud Demosth. Neaer. p. 1378. 13. dicitur, et in aliis locis quos ante me collegerunt viri docti; Hesych. ἐλεγεῖα, τὰ ἐπιτάφια ποιήματα. Epigrammata ἔλεγοι dicuntur a Meleagro A. P. IV, 1. 36. et Agathia ib. 3. 130. Polliano XI, 130. 3. Lucilio ib. c. 135. 3. Apollonide X, 19. et Petroniano Hastilio, ut videtur poeta nominatus fuisse, in epigrammate colosso Memnoneo insculpto primum edito a Letronnio in eleganti commentatione de Memnonis statua (Paris. 1833) p. 224.

Τούτοις τοῖς ἐλέγοις Πετρωνιανός σε γεραίρω
αὐδήεντι θεῷ μουσικὰ δῶρα διδούς,
πατρόθεν οὔνομ' ἔχων 'Αστίλιος, 'Ιταλὸς ἀνήρ,
ἀλλὰ σύ μοι ζωὴν δηρὸν ἄναξ χάρισαι.
Πολλοὶ ἀναστείχουσι δαήμεναι εἴ ῥ' ἔτι Μέμνων

τοῦ λοιποῦ γῆρυν σώματος ἐντὸς ἔχει.
αὐτὰρ ὅ γε στέρνων κεφαλῆς τ' ἄτερ ἥμενος αὐδᾷ
ὕβριν Καμβύσεω μητέρι μεμφόμενος·
εὖτ' ἂν δ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖνας ἀνίσχῃ,
ἦμαρ σημαίνει τοῖς παρεοῦσι βροτοῖς.

Ubi vs. 3 in ipso colosso legitur: Ἀστηνός, quod correxi ut potui. Nomen enim Hastilius mihi aliunde ignotum, sed ductus ΑΣΤΕΙΛΙΟΣ proxime ad vulgatam accedunt. Litera Ν male descripta haud dubie est ΛΙ, et ΕΙ coaluisse videtur in Η. Contrario errore in vs. 4 legebatur ζώειν, quod in ζωήν mutavi. Vs. 5 Letronnius ex apographo edidit: πολλοὶ ἅμα στείχουσι, quod emendavi. Multi ex inferiore Aegypto in superiorem partem colossi visendi gratia iter facere dicuntur. Vs. 7 lapis: στείνων, quod emendatum Cobeto debemus. Et quum ἐλεγεῖον constanter de inscriptionibus dictum sit, nescio an inscriptionum maxime poeta dicatur Mnasalcas ὁ ἐλεγειοποιός Theodoridae A. P. XIII, 21. 2. et Boëthus ὁ ἐλεγειογράφος in lemmate Anthologiae Philippi A. P. IX, 248. Inter Latinos Catullus et Martialis plurima epigrammata scripserunt hendecasyllabis et iambis claudis, Graeci vero multo pauciora, neque multa iambis puris, ut in inscriptionibus ab elegiacis numeris fere non recessisse videantur nisi ubi statuae basis aut lapis pro his angustior esset. Quod factum puto in Phaedimi epigrammate A. P. XIII, 2.

Καλλίστρατός σοι, Ζηνὸς ὦ διάκτορε,
ἔθηκε μορφῆς ξυνὸν ἥλικος τύπον,
Κηφισιεὺς ὁ κοῦρος· ᾧ χαρεὶς ἄναξ
Ἀπολλοδώρου παῖδα καὶ πάτραν σάω.

In cuius vs. 2 corruptissimum est ξυνόν — τύπον, quod Iacobsius ad Anth. Gr. t. VII, p. 187 interpretatus est speciem utrique et deo Mercurio et Callistrato iuveni com-

munem. Equidem emendavi:

ἔθηκε μορφῆς ξύλινον ἥλικος τύπον.

Quam imaginem ne quis exiliorem putet, apponam Plutarchum Vit. Dec. Orat. p. 843 E. εἰκόνες ξύλιναι τοῦ τε Λυκούργου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Ἅβρωνος, Λυκούργου, Λυκόφρονος, ἃς εἰργάσαντο Τίμαρχος καὶ Κηφισόδοτος οἱ Πραξιτέλους υἱεῖς. Ita iambis scriptum epigramma in Bacchidam apud Athen. VIII, 14. 336 C. καὶ Βακχείδας δέ τις τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον ἀποθανὼν ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγεγραμμένον ἔχει·

Πιὲν, φαγὲν καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν·

κἀγὼ γὰρ ἕστακ' ἀντὶ Βακχείδα λίθος.

Pollux IV, 102. ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα·

χίλια βίβατι πλεῖστα δὴ τῶν πάποκα.

Plinius H. N. XXIX, 5. 3. » Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse." Ex Graeco:

πολλῶν ἰατρῶν εἴςοδοί μ' ἀπώλεσαν.

Inscriptio C. I. v. II, p. 1046 n. 2322 b. 42.

χρηστοῦ Τεχνᾶνος μνᾶμα τοῦ Φρυγὸς τόδε,

ὃς νῦν ποθεινὸς γέγονε τοῖς ἐν τῇ πόλει.

Sed in unum tetrametrum colligandam puto inscriptionem quam a se emendatam ita constituit Hermannus:

Πυθοκρίτω

τῶ Καλλινίκω μνᾶμα ταὐλητᾶ τόδε,

apud Paus. VI, 14. 4. Et inscriptio iambica, A. P. VII, 345: Athen. VIII, 335 C.

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις

ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι·

μή μ' ὦ μάταιε ναῦτα τὴν ἄκραν κάμπτων

χλευήν τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην.

οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ζῆν' οὐδὲ τοὺς κάτω κούρους

οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης·

Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα
ἔγραψεν οἷ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

ex altero cippi latere descripta videtur. Quod assecutus sum coniectura ducta ex glossa marginali in codice adscripta ad alterum epigramma in Philaenidem elegiacum Dioscoridis A. P. VII, 420. p. 256: *νομίζω ὅτι διττῶς κεῖται τὸ ἐπίγραμμα· πλὴν ἐν τῇ τάξει τῶν ἐπιγραμμάτων τοῦ κυρίου Μιχαὴλ οὕτως κεῖται συνημμένον μετὰ τοῦ ἰαμβικοῦ*, i. e. cum ipso hoc carmine, quod in codice *ἀδέσποτον* est, ab aliis vero Simonidi tribuebatur, Aeschrionis esse testatur Athenaeus. Equidem utrumque epigramma in Philaenidem Dioscoridi tribuam, utrimque cippi lateribus vel inscriptum vel inscribendum. Eodem modo in Welckeri Sylloge Epigrammatum ex uno marmore descripta leguntur duo epigrammata, unum elegiacum, alterum iambicum: c. 23 et 24 et iterum 59 et 60, 61 et 62, 81 et 82. Ut in Frontonem Polittae filium A. P. VII, 334 et 335. Hinc explicandum quod Leonidae Tarentini leguntur duo epigrammata in unam Anacreontis statuam Anth. Plan. c. 306 et 307. Et epigramma iambicum eiusdem poetae App. Ep. 48 per se inscriptio haberi nequit, eadem igitur ratione comparatum est. Confer praeterea Leonidae epigrammata A. P. VI, 211. Plan. 182. Quod vero Cicero scripsit Tusc. Q. V, 23, 64. in Archimedis sepulcro inscriptos fuisse quosdam senariolos in basi cippi adversa, id verum sine dubio, sed de alterius lateris inscriptione qua defuncti res memorabantur, admonere noluisse videtur. Ut ad Dioscoridis redeam epigramma, in eius vs. 5 plane non intelligo quinam sint *οἱ κάτω κοῦροι*, pro quo scribendum est: *οὐδὲ τοὺς κάτω, κούρους οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας κτἑ.* collato Soph. Ant. 542.

Αιδης χοὶ κάτω συνίστορες. Monendum denique apographum Domini Michaelis Chartularii, quod sua manu ex Cephalae autographo descripserat, a librario cum codice Palatino collatum esse. Unde illud *ἀντίβολιν* dixit. Conferas notas marginales ad VII, 432. *ἕως ὧδε τὰ τοῦ κυρίου Μιχαὴλ τοῦ μακαρίτου περιεῖχον ἐπιγράμματα, ἅτινα ἰδιοχείρως αὐτὸς ἔγραψεν ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Κεφαλᾶ*; ad VI, 269. *ὡς Σαπφοῦς· εἰς τὸ ἀντίβολιν οὐ κεῖται τοῦ κυρίου Μιχαήλ. πόθεν οὖν ἐγράφη οὐκ οἶδα*; ad VII, 428. *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη πρὸς τὸ ἀντίβολιν τοῦ κυρίου Μιχαὴλ καὶ διωρθώθη τινα, πλὴν ὅτι κἀκεῖνο σφάλματα εἶχεν.* Ex quo illud ipsum apographum iam vitiis inquinatum fuisse intelligitur.

Sed iam demonstrandum mihi est Anthologiam Graecam pro dimidiata parte esse »Corpus Inscriptionum" quod faciam exemplis singulorum generum Inscriptionum appositis et illustratis. Et saepe miratus sum viros doctos qui assiduo labore ex ruderibus inscriptionum fragmenta et particulas in lucem protrahere maluerunt quam his largis dapibus mecum frui. Quorum studia equidem minime contemno, quum plurima cognitione et scitu dignissima inde nostris temporibus literis accesserint Graecis, sed Anthologiae opera impendenda erat prae iis, in quibus restituendis viros doctos saepe ita versatos videas, ut aut legantur quae ab homine Graece docto legi aut intelligi nequeant, aut ea quae ab ipso scriptore profecta esse non posse sentias, etiamsi recta sint. Interdum vix ullam continuam literarum seriem agnoscas. Inscriptiones autem integras, quibus nullus fere in Graecia carebat locus, inter antiquos iam plurimi collegerunt Periegetae et Historici, ut Philochorus collecta edidit *Ἐπιγράμματα Ἀττικά*, Neoptolemus Parianus libros scripsit *περὶ ἐπιγραμμάτων* Athen. X, 454 E

et Polemo περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων Athen. X, 442 D. Quae iam alii composuerunt. His addo titulum libri Hellanici apud Athenaeum XIV, 635 E ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις κἀν τοῖς καταλογάδην, mihi ita explicandum videri, ut libro prosa oratione conscripto complexus sit tabulas chronologicas, altero vero descripta ediderit epigrammata statuarum et donariorum a victoribus dedicatorum. Cuius rei exemplo sint ex Aristotelis libro de Mirabilibus c. 44. ὅθεν ὁ ἐν Σικυῶνι ἐστὶν ἀνδριὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ ἐν Φενεῷ οἱ ὀρείχαλκοι καλούμενοι· ἐπιγέγραπται δὲ αὐτοῖς·

Ἡρακλῆς ὁ Ἀμφιτρύωνος Ἦλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν,

c. 97. 118. et inprimis c. 120. Ita Athenaeus omnes fere inscriptiones ex Historicorum et Periegetarum libris descripsit, ut ex Harmodio Lepreate XI, 465 D. ex Hieronymo II, 48 B. Πυθοῖ ἐπί τινος ἔργου ἐπιγέγραπται·

Τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔτευξε χάριν, App. Ep. 334.

ubi ingrata admodum repetitio verbi ἔτευξε. Corrigendum videtur: Παλλὰς ἔτεγξε χάριν, quod eleganter dictum et recte, id quod de verbis: τεύχειν τινὶ χάριν ἐν χερσίν affirmare non ausim. Ex Eparchidis libris de insula Icaro ducta inscriptio Euripidis in averso cippi latere incisa II, 61 B. ex Moschione carmen Archemeli V, 44. ex Posidonio epigramma Orobii V, 215 B. ex Phania V, 21. ex Phileta XV, 678 A. ἴακχα· ἐν τῇ Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐῶδες·

Ἕστηκ' ἀμφὶ κόμαις εὐώδεας ἀγχόθι πατρὸς
καλὸν ἰακχαῖον θηκαμένη στέφανον.

Quod inscriptum fuit basi statuae filiae iuxta patrem positae. Ex Phylarcho derivavit Doriei inscriptionem Athenaeus X, 412 F.

Τοῖος ἔην Μίλων ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος
τετραετῆ δάμαλιν κτέ.

Quam pro parte huc transtuli ut ea comparata demonstrarem eodem modo ex Clitomachi statua descriptum esse epigramma Alcaei A. P. IX, 588.

Οἷον ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τὸ χάλκεον εἰκόνι λῆμα
Κλειτομάχου, τοίαν Ἑλλὰς ἐσεῖδε βίαν·
ἄρτι γὰρ αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμᾶς
ἔντεα καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ κτέ.

Ubi corrigendum: ἀπελύσατο. Sensus enim: vix lora de brachiis solverat, quum iam pancratio luctaretur. Ita et Ep. App. 56.

Οἷον ἐμαιώσαντο νέον τόκον Εἰλείθυιαι
ἐκ Φλεγύου κούρης Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ,
τοῖόν τοι, Παιὰν Ἀσκληπιὲ, σεῖο Βοηθὸς
χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς τεῦξεν ἐαῖς πράπισιν κτέ.

Addantur ib. c. 60. Anth. Plan. c. 54.

Οἷος ἔης φεύγων τὸν ὑπήνεμον, ἔμπνοε Λάδα,
Θῦμον ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα,
τοῖον ἐχάλκευσέν σε Μύρων, ἐπὶ παντὶ χαράξας
σώματι Πισαίου προςδοκίην στεφάνου κτέ.

Ubi versum secundum, quem alii aliter tentarunt, ita refingo: ἐπ' ἀκροτάτῳ νεῦρα ταθεὶς ὄνυχι. Quod cum φεύγων iungendum, et φεύγων ἐπ' ἀκροτάτῳ ὄνυχι dictum ut apud Posidippum Plan. 275. 3. α. τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας. β. ἀεὶ τροχάω. Et in summa celeritatis contentione nervi rigent, cf. Anth. Plan. 266. 3. νεῦρά σε μανύει τετανυσμένα, Theocr. I, 43. inprimis XXV, 148. Similia praeterea inscriptionum exordia Anth. Plan. 101. 102. et c. 86.

Τοὐμπρασίῃ Φύλακος μακρὰν ἀποτῆλε Φύλαξαι,
τοῖος ὁποῖον ὁρᾷς, ὦ παρ' ἔμ' ἐρχόμενε,
σύκινος, οὐ ῥίνῃ πεποιημένος κτέ.

Ubi vs. 1 corrigendum: τοῦ πρασιῆς Φύλακος, et vs. 2 Iacobsii emendatio perficienda scripto: τοίου ὁποῖον ὁρᾷς. Alia vero epigrammata ex ipsis poetarum libris duxit Athenaeus, quae haud dubie statuis inscripta fuerunt, ut Mnasalcae Athen. IV, 163 A. Posidippi X, 412 E. et 415 B. Hedyli XI, 497 C. cuius inscriptionem citavit etiam Strabo XIV, 6. t. III, p. 244. τοῦ ποιήσαντος τὸ ἐλεγεῖον τοῦτο, οὗ ἡ ἀρχή·

Ἱραὶ τῷ Φοίβῳ πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι
ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγεῖν ἔλαφοι,

εἴθ' Ἡδύλος ἐστὶν εἴθ' ὅςτιςοῦν, φησὶ μὲν ὁρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος, ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠϊόνος εἰς ἀκτὰς διανήξασθαι Κουριάδας καὶ ἐπιφθέγγεται διότι

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν Ζεφύρων.

Ubi Meinekius Anal. Alex. p. 119. εἰαρινῷ — Ζεφύρῳ. Sed ob hiatum malim: εἰαρινοῖς — Ζεφύροις, de quo dativo v. ad A. P. X, 17. 6. Praeterea scribendum: πολιὸν διὰ κῦμα θέουσαι et ἀνόδευτον κῦμα. Intelligitur enim unda maris, quum flumina saepius transeant cervi. Distichi intermedii pars integra in verbis Strabonis superest haec:

Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος ἔκ τε Κιλίσσης
ἠόνος εἰς ἀκτὰς Κουριάδας ◡ ◡ —

Hoc enim probabilius videtur quam hexametrum ita informandum esse:

Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος ὁρμηθεῖσαι.

Ex Phalaeci epigrammatum libris desumta item inscriptio apud Athen. X, 56. p. 440 D. Φάλαικος δ' ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι γυναῖκά τινα ἀναγράφει πολυπότιν Κλεὼ ὄνομα·

Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
τόνδε Διονύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ,
οὕνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν· ἶσα δὲ πίνειν

οὔτις οἱ ἀνδρῶν ἤρισεν οὐδαμά πω. App. Ep. 93. In quo pro *χρυσωτόν* iam olim emendavi *χρυσωπόν*, collato P. Silent. Ecphr. 635. *χρυσοφανῆ κροκόεντα λίθων ἀμαρύγματα τεύχει*, et Nonni Paraphr. IV, 209. *φύσιν χιονωπὸν ἀμείψας*, ut recte Passovius pro vulgato *χιονωτόν*. His nunc addo pro vulgato *περιζώσασα* corrigendum esse *περιζωσθέντα*. Ex verbo *ἀναγράφει* quo Athenaeus usus est, hoc epigramma confictum habere possis, sed ipsum carmen monstrat hos versus donario ex voto inscriptos fuisse. Ut *τόνδε* substantivo omisso in dedicatoriis epigrammatis solemne, v. Meinek. Del. Epigr. p. 236. et Theodoridam A. P. XIII, 8.

ἐκ δολιχοῦ τό ῥα σφυρήλατον, ὡς τάχει κρατήσας
παῖς Ἀριστομάχειος ἀνείλετο χάλκεον λέβητα.

Ubi Iacobsius vs. 1 *τὸ γέρας*. Ego vero substantivum addi nolim, et aptiorem emendandi rationem puto Cobeti: *τόνδε σφ.* Nisi malis: *δολιχοῖο τόδε*, i. e. *ἄγαλμα*. Vs. 2 scribe: *υἱὸς Ἀριστομάχειος*.

Ex Athenaeo plura afferri possent, sed properanti mihi ad Anthologiam ad inscriptiones transeundum ex Pausania ductas, quibus similes subiungam alias. Clypeo Cydiae dedicato inscriptum legebatur epigramma X, 21. 3.

Ἦ μάλα δὴ ποθέουσα νέην ἔτι Κυδίου ἥβην
ἀσπὶς ἀριζήλου φωτὸς ἄγαλμα Διΐ,
ἧς διὰ δὴ πρώτης λαιόν ποτε πῆχυν ἔτεινεν,
εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θοῦρος Ἄρης.

Cuius ultimum versum ingeniosa coniectura tentavit Bergkius, scripto: *εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλατᾶν ἤχμασε θοῦρον Ἄρη.* Dialecti Doricae vestigia sustuli, quum Cydias fuerit Atheniensis. Initio versus primi editores Pausaniae coniecerunt: *κεῖμαι δή*; Iacobsius *ἧμαι δή*, collato Hegesippi carmine A. P. VI, c. 124.

Ἀσπὶς ἀπὸ βροτέων ὤμων Τιμάνορος ἧμαι
ναῷ ὑπωροφία Παλλάδος ἀλκιμάχας,
πολλὰ σιδαρείου κεκονιμένα ἐκ πολέμοιο,
τόν με φέροντ' ἀεὶ ῥυομένα θανάτου,

et Mnasalcae, quae item inscriptio est, ib. c. 128.

Ἧσο κατ' ἠγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ φαεννά,
ἄνθεμα Λατῴᾳ δάϊον Ἀρτέμιδι κτέ.

Equidem ἧσθαι recte dictum puto de hasta a Simonide A. P. VI, 52. et Anyte ib. c. 123. Sed de clypeo dicendum est ἅπτειν. Quamobrem in epigrammate apud Pausaniam restituendum quod literarum ductibus inest:

ἧμμαι δὴ ποθέουσα νέην ἔτι Κυδίου ἥβην.

In Hegesippi quoque carmine ἧμαι ex coniectura restitutum est. Codex Τιμάνωρος ἄημαι, ubi Η male descriptum pro genuina litera Μ. Integrum igitur versum ita scripserim:

Ἀσπὶς ἀπ' ἐμβριθέων ὤμων Τιμάνορος ἅμμαι,

quod aptissimum humerorum latorum epitheton, et fortasse iam simplex βριθέων satis per se efficax ut apud Q. Smyrn. III, 540. βριθύτερον δ' ἄρα θῆκε δέμας. Versu 4 scribendum: ῥυσαμένα. In Mnasalcae denique inscriptione malim:

ἧψο κατ' ἠγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ φαεννά.

Et fortasse in carmine eiusdem Mnasalcae A. P. VI, 264.

Ἀσπὶς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φυλλέος ἱερὸν ἅδε
δῶρον Ἀπόλλωνι χρυσοκόμᾳ δέδομαι,

ubi χρυσοκόμῳ vulgo editur, scribendum est: δέδεμαι, cl. Anacreonte A. P. VI, 141. ἀσπὶς Ἀθηναίης ἐν τεμένει κρέμαται et 130. 2. Et insulse videtur dictum: δῶρον δέδομαι. Nec unice a privatis sed publice quoque propter victoriam ab imperatoribus dedicabantur clypei. De quo more cf. Eur. Phoen. 574.

κεὶς σκῦλα γράψεις πως ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς·
Θήβας πυρώσας τάςδε Πολυνείκης θεοῖς
ἀσπίδας ἔθηκε.

Call. Del. 185. inscriptiones Leonidae A. P. VI, 130. 131. Nossidis c. 132. Plut. Timol. c. 31. ὁ Μάμερκος τὰς ἀσπίδας ἀναθεὶς τοῖς θεοῖς ἐλεγεῖον ἐπέγραψεν ὑβριστικόν·

Τάςδ' ὀστρειογραφεῖς καὶ χρυσελεφαντηλέκτρους
ἀσπίδας ἀσπιδίοις εἵλομεν εὐτελέσιν,

inscriptionem apud Pausan. V, 10. 4.

Ναὸς μὲν Φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
τᾶς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τεθέν
δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθηναίων καὶ Ἰώνων
τὰν δεκάταν νίκας εἵνεκα τῶ πολέμω.

Ita haec edidit Iacobsius App. Ep. 255. Plures codices συμμαχίας τανθεν, unde Kayserus Mus. Rhen. 1847. p. 361. hoc dono non Tanagraeos sed Lacedaemonios veneratos esse deum statuens coniecit: θεῷ Λακεδαιμόνιοι συμμαχία τ' ἀνέθεν. Equidem scribendum puto: ἐκ δὲ Τανάγρας τᾶς Λακεδαιμονίοις ἄνθεμα συμμαχίδος. Sed initium quoque versus primi depravatum est, clypeus enim dedicatus in fronte superioris partis templi repositus erat, cui rei a Pausania memoratae parum conveniunt verba: ναὸς — ἔχει, quae aliis emendanda mihi relinquenda sunt. Ad eundem antiquorum morem faciunt praeterea verba Plutarchi Flaminini c. 12. καὶ αὐτὸς δὲ μέγιστον ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ τῆς Ἑλλάδος ἐλευθερώσει· ἀναθεὶς γὰρ εἰς Δελφοὺς ἀσπίδας ἀργυρᾶς καὶ τὸν ἑαυτοῦ θυρεὸν ἐπέγραψε·

Ζανὸς ἰὼ κραιπναῖσι γεγαθότες ἱπποσύναισι
κοῦροι, ἰὼ Σπάρτας Τυνδαρίδαι βασιλεῖς,
Αἰνεάδας Τίτος ὔμμιν ὑπέρτατον ὤπασε δῶρον
Ἑλλάνων τεύξας παισὶν ἐλευθερίαν.

In quo scripsi Ζανὸς et Ἑλλάνων. Iacobsius in App. Ep.

c. 188 male iunxit κοῦροι Σπάρτας. Haec autem inscriptio ab Alcaeo Messenio scripta videtur, cui in Anthologia Planudea tribuitur inscriptio in eiusdem Flaminini [1]) donario I, c. 5.

Ἄγαγε καὶ Ξέρξης Περσᾶν στρατὸν Ἑλλάδος ἐς γᾶν,
καὶ Τίτος εὐρείας ἄγαγ' ἀπ' Ἰταλίας·
ἀλλ' ὁ μὲν Εὐρώπᾳ δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων
ἦλθεν, ὁ δ' ἀμπαύσων Ἑλλάδα δουλοσύνας.

Quae fortasse in altera clypei parte legebatur. Nec non eidem tribuerim Alcaeo inscriptionem, quam in sequentibus apponit Plutarchus: ἀνέθηκε δὲ καὶ χρυσοῦν τῷ Ἀπόλλωνι στέφανον, ἐπιγράψας·

Τόνδε τοι ἀμβροσίοισιν ἐπὶ πλοκάμοισιν ἔοικεν
κεῖσθαι, Λατοΐδα, χρυσοφαῆ στέφανον
ὃν πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸς μέγας· ἀλλ' Ἑκάεργε
ἀλκᾶς τῷ θείῳ κῦδος ὄπαζε Τίτῳ,

apud Iacobsium App. Ep. 352. Restitui ἔοικεν vs. 1, quod in ipso donario lectum fuisse non dubito, idque nulla fere mutatione pro vulgato ἔθηκεν. Sententiam alii restituere conati sunt emendando versu tertio, qui sanissimus videtur. Eadem vero superbia donarii tenuioris inscriptionem composuit Nossis A. P. VI, 275.

Χαίροισάν τοι ἔοικε κομᾶν ἄπο τὰν Ἀφροδίταν
ἄνθεμα κεκρύφαλον τόνδε λαβεῖν Σαμύθας·
δαιδάλεός τε γάρ ἐστι καὶ ἁδύ τι νέκταρος ὄσδει
τοῦ, τῷ καὶ τήνα καλὸν Ἄδωνα χρίει.

In cuius vs. 4 codex τοῦ τῶι, pro quo melius ad aures accidere τοῦδ' ᾧ visum Meinekio Delect. p. 95. Quod non

---

[1]) Hinc patet errasse Pausaniam V, 24. 1. Ῥωμαίων δὲ οὔτε ἄνδρα ἰδιώτην οὔτε ὁπόσοι τῆς βουλῆς οὐδένα Μομμίου πρότερον ἀνάθημα ἴσμεν ἐς ἱερὸν ἀναθέντα Ἑλληνικόν.

nego, sed pronomen demonstrativum huic loco parum aptum. Et totum versum corruptissimum esse arguit prima syllaba verbi *χρίειν* correpta, quae semper et ubique producitur. Neque sententia idonea vulgatae inest. Venus enim dicitur etiamnunc unguento nectareo Adonin illinere. Quod absonum. Hinc syllaba quae excidit postliminio revocata scribo:

τῷ τόκα καὶ τήνα χρῖσεν Ἄδωνα καλόν.

Adonin nempe mortuum. Simillime de Homero mortuo Alcaeus A. P. VII, 1.

νέκταρι δ' εἰνάλιαι Νηρηΐδες ἐχρίσαντο
καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι.

Eadem vocabulorum ΕΟΙΚΕ et ΕΘΗΚΕ confusione corruptam puto inscriptionem clypei a Dioscoride eleganter conscriptam A. P. VI, 126. 4.

Σᾶμα τόδ' οὐχὶ μάταιον ἐπ' ἀσπίδι παῖς ὁ Πολύττου
Θάλλος ἀπὸ Κρήτας θοῦρος ἀνὴρ ἔθετο,
Γοργόνα τὰν λιθοεργὸν ὁμοῦ καὶ τριπλόα γοῦνα
γραψάμενος· δήοις τοῦτο δ' ἔοικε λέγειν·
Ἀσπίδος ὦ κατ' ἐμᾶς πάλλων δόρυ, μὴ κατίδῃς με,
ἢ φεῦγε τρισσοῖς τὸν ταχὺν ἄνδρα ποσίν.

Ubi versu primo et secundo Meinekii recepi emendationes: *σᾶμα τόδ' οὐχί* et *Θάλλος* pro codicis lectione *σᾶμά τοι* et *ἄλλος*. Versu quarto codex: *δήεις* quod emendavit Tyrrwhittus. Sed et *ἔοικε* corruptum est, quo in errorem inductus videtur Heynius qui hoc carmen pro exemplo indoctae interpretationis symboli Siciliae, in nummis obvii, habendum esse existimavit. Hoc certum poetam de mente qua hanc imaginem in clypeo caelari iusserat Thallus, dubitare non potuisse. Corrigo:

δήοις τοῦτο δ' ἔθηκε λέγειν.

Idem enim Thallus Dioscoridis versus clypeo inscribi vo-

luit. De hoc more affero Pytheae verba apud Plut. Demosth. c. 20. et Schol. Eur. Phoen. 134. ὡς ἔχοντος αὐτοῦ ἐπίσημον τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ τοῦ συὸς πόλεμον. Καλλίμαχος·

εἰμὶ τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα.

Qui versus apro Calydonio subscriptus erat in Tydei clypeo. Praeterea in ipsis verbis, quibus imaginem clypei interpretatus est Dioscorides, corrigendum est:

Ἀσπίδος ὦ κατ' ἐμᾶς πάλλων δόρυ μὴ κατίδῃς με,
καὶ φεῦγε τρισσοῖς τὸν ταχὺν ἄνδρα ποσίν.

Ut Thallus ipse dicatur τρισσοῖς ποσὶ ταχύς. Iam nemo dubitabit quin in ipso munere Minervae oblato inscriptum fuerit carmen Theodoridae A. P. IX, 743.

Θεσσαλαὶ αἱ βόες αἵδε· παρὰ προθύροισι δ' Ἀθάνας
ἑστᾶσιν καλὸν δῶρον Ἰτωνιάδος·
πᾶσαι χάλκειαι, δυοκαίδεκα, Φράδμονος ἔργον,
καὶ πᾶσαι γυμνῶν σκῦλον ἀπ' Ἰλλυρίων.

Quas boves non puto decimam praedae esse de ipsa Illyriorum gente partae, sed Illyrios intelligam mercenarios milites, quos conducere solebant reges Macedoniae: Plut. Arat. 38. καὶ μὴ πάλιν τὴν Πελοπόννησον ἐκβαρβαρῶσαι φρουραῖς Μακεδόνων μήτε πληρῶσαι τὸν Ἀκροκόρινθον Ἰλλυρικῶν ὅπλων καὶ Γαλατικῶν. Philopoem. 6. Cleomen. 28. Sed causa quare boves dicantur Thessalicae, me latet. Non enim puto Thessalos publice boves dedicasse, quod haud dubie gloriosius extulisset poeta, neque hoc verbis Θεσσαλαὶ βόες inest. Victoris aut victorum laudes in inscriptione lateris alterius persecutus videtur Theodoridas, in hac vero superstite et artis opera et artificem celebravit. Quare coniicio:

Θεσσαλικοῖς βόες αἵδε παρὰ προθύροισιν Ἀθάνας
ἑστᾶσιν καλὸν δῶρον Ἰτωνιάδος.

In eodem Minervae Itoniae templo donaria dedicavit Pyrrhus, Epiri rex, v. Paus. I, 13. 2. Pariter inscriptio habendum est epigramma incerti poetae, fortasse Sami, Anth. Plan. c. 6.

Κοίρανος Εὐρώπας, ὁ καὶ εἰν ἁλὶ καὶ κατὰ χέρσον
τόσσον ἄναξ θνατῶν, Ζεὺς ὅσον ἀθανάτων,
Εἰνοδίᾳ τὰ λάφυρα κατὰ θρασέος Κιροάδα
καὶ τέκνων καὶ ὅλας γᾶς ἔθετ' Ὀδρυσίδος,
υἱὸς ἐϋμμελία Δαματρίου· ἁ δὲ Φιλίππου
δόξα πάλαι θείων ἄγχι βέβηκε θρόνων.

Philippus hanc praedam retulit ex bello cum Odrysis gesto, de quo Polyb. XXIV, 6. Sed de lectione vulgata in versu tertio dubito. Graece quidem dicitur *τροπαῖον ἱστάναι κατά τινος*, quo significatur spolia hostibus deducta in contumeliam et dedecus victorum in tropaei formam composita esse. Sed non puto hoc loco poetae fuisse mentem, hanc praedam Hecatae dedicatam esse, ut hostes ludibrio haberentur aut contemtui. Quamobrem emendavi:

Εἰνοδίᾳ τὰ λάφυρ' Ἑκάτᾳ θρασέος Κιροάδα
καὶ τέκνων καὶ ὅλας γᾶς ἔθετ' Ὀδρυσίδος.

Ubi cum postremis maxime iungendum *τὰ λάφυρα*, ut *τῆς Ἀσίης τὰ λάφυρα* A. P. XI c. 336. 1. Versu sexto scribe:

δόξα πάλιν θείων ἄχρι βέβηκε θρόνων.

Ita Theocritus VII, 92. *τά που καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε Φάμα.*

In Stephano quoque Byzantio plures leguntur inscriptiones, quarum unam et alteram hic tractabo, ut v. Βόσπορος· *μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῦ κίονος τῆς ἀντιπέραν γῆς Χρυσοπόλεως, ἐν ᾧ μαρμαρίνη δάμαλις ἵδρυται, φάσκον οὕτως·*

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
κλῄζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος·

κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
ἐς Φάρον· ἥδε δ' ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς·
εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος· ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
τῇδε Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοΐδιον δὲ καλεύμαν ἐγὼ τότε, νῦν δὲ Χάρητος
εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

Ubi vs. 7 Iacobsius in Anth. Pal. VII, 169 scripsit καλεῦμ' ἐγὼ ὡς τότε, quod non improbandum, sed mihi unice verum videtur:

Βοΐδιον δὲ καλεῦμαι ἔθ' ὡς τότε.

Adverbium certe ἔτι requiritur, ut alibi νῦν ὡς τότε. Corrupta quoque inscriptio statuae v. Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥοδόπης — λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι εἰς Νεοπτόλεμον Πισίδην οὕτως·

Εἰμὶ Νεοπτόλεμος Κρεσσοῦ, τρισσῶν δ' ἓν' ἀδελφῶν
ἔστασαν Τλωεῖς κῦδος ἐμὸν δόρατος·
οὕνεκεν ὧν Πισίδας και . . . . ἄνες ἠδ' Ἀγριᾶνας
καὶ Γαλάτας τόσσους ἀντιάσας στόρεσα.

In quo alia aliis sananda erunt; versu vero secundo non dubito quin recte emendaverim:

κῦδος ἑλόντα δόρι.

Nisi praestat δορός. Quo facto commoda sententia Graecis addita est. Inscriptionis quoque sepulcralis fragmentum esse epigramma Posidippi apud Steph. Byz. v. Ζέλεια· Ποσείδιππος δὲ Πάνδαρον παρὰ τῷ Σιμοῦντι τεθάφθαι φησίν·

οὐδὲ Λυκαονίη
δέξατό σε Ζελίη ἀλλὰ προχοαὶ Σιμόεντος,
. . . .
. . . . διὰ τοῦτό σοι Ἕκτωρ
σῆμα καὶ ἀγχέμαχοι θέντο Λυκαονίδαι,

vidit Meinekius p. 295. Versu primo correxerim: οὐδὲ

Λυκαονίδη. Pandarus enim *Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός* Hom. Il. II, 826. Deinde pro *Λυκαονίδαι* scribo: *Δολιονίδαι*, quam nationis Troianae gentem Ilium Priamo opem laturam duxit Pandarus. Videtur autem hoc carmen sepulcro Pandari instaurato inscriptum fuisse, ut in Orphei tumulo epigramma apud Alcidamantem Orat. Gr. t. VIII, p. 75. Reisk. *ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα·*

Μουσάων πρόπολον κτέ. App. Ep. 250 [1]).

---

[1]) Heroum sepulcra in Troade religione prosequebantur indigenae, eaque etiam hodie monstrari alicubi scripto proditum legi. Confer Herod. VII, 43. *θηησάμενος δὲ Ξέρξης καὶ πυθόμενος κείνων ἕκαστα τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσε βοῦς χιλίας, χοὰς δὲ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο.* Iustin. XI, 5. »In Ilio quoque Alexander ad tumulos heroum, qui Troiano bello ceciderant, parentavit.” Donaria autem refecta esse intelligitur ex Theocriti inscriptione A. P. IX, 436. et App. Ep. 365.

Τοῦτον ὃν εἰσοράᾳς τύπον ὄρθιον Ἀντωνίνου
Δωρόθεος Πτελέῃ θήκατο κρυπτόμενον.

Eadem ratione tumulos et cippos instaurare solebant et alii et archaeologi, de quo more confer C. I. n. 1051. t. I, p. 556. *τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων καὶ κειμένων ἐνταῦθα ἡρώων, ἀπολόμενον δὲ τῷ χρόνῳ Ἑλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπεσκεύασεν,* epigramma A. P. VII, 564.

Τῇδέ ποτ' ἀκτερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
Λαοδίκην δήων ὕβριν ἀλευομένην·
σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο
Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος,
καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλῃ
κείμενον ἀκλειῶς, τῷδ' ἐπέθηκε κύκλῳ,

et aliud repertum prope Amasiam, Ponti quondam metropolin, Mus. Rhen. 1845. p. 249. 25.

Σήματα συνθραυσθέντα παλαιγενέων ἡρώων
ἐν μακροῖσι χρόνοις Λούκιος ἡρμόσατο·

His pauca alia addenda: Ephorus plura ex statuarum basi descripsit epigrammata, v. Strabo X, p. 711. παρατίθησι δὲ (ὁ Ἔφορος) καὶ τούτων μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα, τὸ μὲν ἐν Θερμοῖς τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος, τὸ δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ Ὀξύλου ἀνδριάντι. Quae in Appendicem Epigrammatum retulit Iacobsius n. 386. et 108. qui dialectum Doricam singulis verbis reddere neglexit. Item Appendici inserere neglexit epigramma quod Ephoro debet Diodor. Sic. XIII, 41. κατὰ τὸν Ἄθω γενομένων τῶν τριήρων, ἐπεγενήθη χειμὼν τηλικοῦτος, ὥστε τὰς μὲν ναῦς ἁπάσας ἀπολέσθαι τῶν δὲ ἀνδρῶν δώδεκα μόνους διασωθῆναι. Δηλοῖ δὲ τὸ περὶ τούτων ἀνάθημα κείμενον ἐν τῷ περὶ Κορώνειαν νεῷ, καθάπερ φησὶν Ἔφορος, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον ταύτην·

Οἵδ' ἀπὸ πεντήκοντα νεῶν θάνατον προφυγόντες
πρὸς σκοπέλοισιν Ἄθω σώματα γῇ πέλασαν
δώδεκα· τοὺς δ' ἄλλους ὤλεσεν μέγα λαῖτμα θαλάσσης
νῆάς τε στυγεροῖς πνεύμασι χρησαμένας.

Inscriptionem ex lapide Arcadico de rebus Arcadum descripsit Callisthenes apud Polyb. IV, 33, 2. v. App. Ep. 294. Nec non Eratosthenes apud Strabonem II, 1. t. I, p. 117 Tauchn. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης καὶ τοῦτο τὸ γράμμα προφέρεται τὸ ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ τῶν Παντικαπαιέων ἐν τῇ ῥαγείσῃ χαλκῇ ὑδρίᾳ διὰ τὸν πάγον. v. App. Ep. 162. Ita ex Philonis Heracleotae Periegetae Admirandis epigramma Delphicum excerpsit Porphyrius apud Stobaeum Eclog. Phys. I, 52. 48. p. 1016 sq. Heeren. καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωπάτρου κέρας τοιοῦτον, ὃ καὶ ἀνα-

---

τοίγαρ ὅσοι τιμᾶτε τάφους νεκύων παροδῖται
Λούκιον εὐφήμως τίετ' ἀμειβόμενοι.

τεθῆναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι: App. Ep. 324. Addatur Sotion de Mirabil. c. XXIV. ἐν Κλείτορι δὲ τῆς Ἀρκαδίας κρήνην φασὶν εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας μισεῖν τὸν οἶνον, ἐπικεχαράχθαι δὲ ἐπ' αὐτῆς ἐπίγραμμα τοιόνδε·

Ἀγρότα, σὺν ποίμναις τὸ μεσαμβρινὸν ἤν σε βαρύνῃ
δίψος ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον,
τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα καὶ παρὰ Νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.
ἀλλὰ σὺ μή ποτὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
πημαίνῃ τερπνῆς, ἐντὸς ἐόντα, μέθης·
φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπους
λυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης
πάντα καθαρμὸν ἔκρυψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἄρ' ἀπ' Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθον Ἀρκαδίης.

Mirere stuporem scriptoris qui epigrammate utitur quo admirandum quod ipse scripto consignavit, verum non esse evincitur. Quare videndum an non eius verba lacunosa aut τοὺς πίνοντας corruptum habendum sit, licet plures scriptores tradiderint vinum taedio esse iis qui ex hoc fonte biberint. Poetae inscriptionis convenit cum Eudoxo Steph. Byz. v. Ἀζανία· ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, ἡ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀδμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι, εἰς ἣν λέγουσι Μέλαμποδα ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθηρεν, ἐμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα, quem Schneiderus excitavit ad Vitruvium t. I. p. 220, et Phylarcho Athenaei II, 43 F. φησὶν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας οὐκέτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν in eo tantum quod fontis aquas expertos vel odorem vini aversari ait. Quam sententiam restitui vs. 6 ubi πημαίνῃ scripsi pro vulgata πημήνῃ et coniunxi αὔρα — μέθης, collato μέθης εὐώδεες αὖραι Nonn. Dion. XIV, 416. XVI, 111. Pro verbis ἐντὸς ἐόντα elegantius aliquid desidero. Iaco-

bsius iunxit *τερπνῆς ἐντὸς ἐόντα μέθης*, quod idoneo sensu caret, et *αὖρα* interpretatus est de odore sive vaporibus ex aqua surgentibus. Vs. 5 scripsi *μή ποτί*, pro quo vulgo legitur: *μήτ' ἐπί*, sed simplici *μή* hic unice locus est, composito nullus. Ad dictionem confer Nicarchum A. P. IX, 330. 5. *ποσσὶ δὲ μὴ ποτὶ νίπτρα Φέρειν κρυστάλλινα Νυμφᾶν δῶρα*, et locos a Iacobsio adscriptos, Eur. Or. 305. *λουτρά τ' ἐπὶ χροὸς βάλλε.* h. Hom. Cer. 50. *οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς*, ubi verbum *βάλλειν* corruptum videbatur Ruhnkenio. Equidem contractam formam *λουτροῖς* a poetarum antiquiorum epicorum usu alienam puto, quare malim: *οὐδὲ χρόα βάλλε λοετροῖς.* Vs. 8 praetuli *λυσάμενος* Heringae emendationem pro codicis lectione: *αὐσάμενος*. Quod est *λυσάμενος*. Ibidem verissime Brunckius *ἀργαλέης*. Iacobsius in App. Ep. 100. cum I. G. Schneidero: *ἀρτεμέας*, et ex Schaeferi coniectura: *ῥυσάμενος.* Idem vs. 9 recepit alteram eiusdem Schaeferi coniecturam *ἔβαψεν.* Codices *ἔκοψεν*, ex quo effinxi quod in textu supra editum legitur, cl. Eur. Herc. F. 1070. *ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.* Versu ultimo cum Heringa *ἤλυθον* scripsi pro vulgata lectione *ἤλυθεν*; haec enim ad Proeti filias insanientes, non ad Melampodem referenda videntur. Hoc carmine comparato, quod ut plurimae inscriptiones *ἀδέσποτον* est, liquet in basi imaginis Panis ad fontem positae scriptam inscriptionem fuisse epigramma Nicarchi A. P. IX, 330., quod et dei et poetae ingenio accommodatum, ludicrum adeo est et lascivum:

α. Κράνας εὐΰδρου παρὰ νάμασι καὶ παρὰ Νύμφαις
ἔστασέν με Σίμων, Πᾶνα τὸν αἰγιπόδην.
β. τεῦ δὲ χάριν; α. λέξω τοι, ὅσον ποθέεις ἀπὸ κράνας
καὶ πίε καὶ κοίλαν κάλπιν ἑλὼν ἄρυσαι,

πισσὶ δὲ μή ποτὶ νίπτρα φέρειν κρυστάλλινα Νυμφᾶν
δῶρα, τὸν ὑβριστὰν εἰς ἐμὲ δερκόμενος.
β. ὦ σέμν' οὐ λέξεις ἕτερον λόγον; α. ἀλλὰ παρέξεις
πυγίξαι· τούτοις χρῶμαι ὁ Πὰν νομίμοις·
ἢν δὲ ποιῇς ἐπίτηδες, ἔχων πάθος, ἔστι καὶ ἄλλα
τέχνα, τῷ ῥοπάλῳ τὰν κεφαλὰν λέπομες.

Vs. 4 scribendum ἔχων. Inepta enim sententia vulgatae » arrepta urna aquaria hauri." Dicit Pan unicuique licere vel manibus vel urna aquam haurire sitis levandae gratia. Vs. 9 codex Palatinus praebet: ἢν δὲ πίνῃς ἐπίτηδες, quod metro redarguitur. Reiskius scripsit ποιῇς, quod Brunckius interpretatus est: » si vero de industria id feceris, quia cinaedus es." Quae vis dubito an iure Graecis verbis tribui possit, neque diffiteor mihi hoc scripto emendationem versus potius inceptam quam perfectam videri. Nicarchus scripsisse videtur:

ἢν δὲ ποιῇς ἐπὶ τοῖσιν, ἔχων πάθος κτέ.

hac sententia: » si ut pathicus vel his legibus aquis fontis te abluis, alia ratione te hinc arcebo." In verbis etiam alia restitui probabiliter possunt, ut v. c. ἢν δὲ ποιῇς ἐπὶ τοῖσδ' ἅτ' ἔχων πάθος.

His autem inscriptionibus cavebatur ne fons purus et dulcis sordibus lavantium inquinaretur, cuius rei gratia de fonte illo Arcadico fama sparsum erat, omnes qui eius aquis lavarentur, vinum aversaturos esse. Aliis locis non dissimilibus terriculamentis usi sunt ad monendos viatores ne aquam fontis amaram et salsam potarent, quae tamquam vera securi in libros suos conduxerunt Periegetae et Mirabilium scrutatores. Rursus Sotio c. XXVI. ἐν δὲ Σούσοις τῆς Περσίδος [1]) ὕδωρ εἶναι λέγουσιν, ὃ τῶν πιόν-

---

[1]) Etiam Vitruvius VIII, 3. fontem *Susis* fuisse narrat, cuius aqua

των ἐκπίπτειν ποιεῖ παραχρῆμα τοὺς ἐμπροσθίους ὀδόντας· κεχάρακται δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ ἐπίγραμμα τόδε·

Ὕδατα ταῦτα βλέπεις φοβερὰ, ξένε, τῶν ἄπο χερσί
λουτρὰ μὲν ἀνθρώποις ἀβλαβῆ ἐστιν ἔχειν·
ἢν δὲ βάλῃς κοίλης ποτὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ
ἄκρα μόνον δολιχοῦ χείλεος ἀψάμενος,
αὐτῆμαρ πριστῆρες ἐπὶ χθονὶ δαιτὸς ὀδόντες
πίπτουσιν, γενύων ὀρφανὰ θέντες ἕδη.

Ubi vs 1 Iacobsius in App. Ep. 373. ex varia lectione in codice inventa: ὕδατα κρανάεντα βλέπεις, scripsit ὕδατα κηραίνοντα. De quo hoc unum assentior viro doctissimo veram lectionem in κρανάεντα delitescere, vulgatam interpolatori deberi. Neque recte procedit sententia in disticho secundo, quod qui tanquam sanum transmiserunt, ita intellexisse videntur: »si vero inter lavandum vel extremis labiis eam degustaveris, edentulus fies." Sed diserta requiritur oppositio: manus hoc fonte lavare sine damno licet, sed eiusdem aqua pota nocet. Et ineptum admodum epitheton labiorum est δολιχόν. Quare scribi velim:

ἢν δὲ βάλῃς κοίλης κατὰ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ,
ἄκρα μόνον διεροῦ χείλεος ἀρσαμένῳ
. . . . ὀδόντες Πίπτουσιν.

Ita de nave Argo Ap. Rh. IV, 1328. κατὰ νηδύος ἄμμε φέρουσα et Q. Smyrn. V, 344. κατὰ νηδύος ἐνδόθι βαίνων. Tertium epigramma Aristoni philosopho acceptum refert Sotio c. XXV. Ἀρίστων ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Κέῳ πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναι-

---

pota dentes excuteret radicibus. Sed Graecum epigramma fonti in Perside adscriptum fuisse nemini puto persuaderi posse. Tentavi: ἐν δὲ Λυκοσούρᾳ τῆς Παῤῥασίδος.

σθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς· εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοιόνδε·

Ἡδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιβὰς, ἣν ἀνίησιν
πηγή· ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τῆςδε πιών.

App. Ep. 193. Hiatum in versu minore tollere possis correcto: πῖδαξ. Etiam Vitruvius VIII, 3. tradit in Ceo insula ad fontem insculptum fuisse distichon hoc sensu: iucundam esse potionem illius fontis, sed qui biberit, saxeos habiturum sensus. Similis ironia in epigrammate, quo usus est Stephanus Byzantius v. Δῖον, App. Ep. 253.

Νᾶμα τὸ Διηνὸν, γλυκερὸν ποτόν — ἤνιδε πῖθι —
παύει μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βιότου.

Parum recte Meinekius coniecisse videtur Διηνῶν, neque assentior eidem viro docto pro librorum manuscriptorum lectione reponendum esse: ἢν δὲ πίῃς νιν. Nam ἤνιδε est inscriptionis indicium adeoque sanum, sed pro πίῃς scripsi πῖθι, ut haec media interiecta legantur. Et παύει emendavi pro vulgata παύσῃ, reliquis in unum coniunctis. Aliae inscriptiones in pilis lapideis vel in statuarum basi ad fontes quondam incisae leguntur Anth. Pal. IX, 37. 38. 327. 328. et suavissima carmina X, 12. Anth. Plan. 227. A. P. IX, 374.

Ἀέναον Καθαρήν με παρερχομένοισιν ὁδίταις
πηγὴν ἀμβλύζει γειτονέουσα νάπη·
πάντη δ' αὖ πλατάνοισι καὶ ἡμεροθηλέσι δάφναις
ἔστεμμαι σκιερὴν ψυχομένη κλισίην·
τοὔνεκα μή με θέρευς παραμείβεο· δίψαν ἀλαλκὼν
ἄμπαυσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον ἡσυχίῃ.

Vs. 3 codex ἡμεροθαλλέσι, quod Graefius correxit. Ita Cyllenius A. P. IX, 4. ἀχρὰς — ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος ἥμερα θάλλω. De versu quarto Iacobsius: » Planudes et Brunckius: σκιερῇ — κλισίῃ. Si membranarum lectio sin-

cera est, sic accipi debet, ut ipsa fontis ripa, quae sedem gelidam offert, *σκιερὴ κλισίη* dicatur, quasi esset: *ἔχουσα σκιερὰν καὶ ψυχρὰν κλισίαν.*" Minime; ipse fons dicitur aquis gelidis sedem umbrosam et gratum viatoribus deverticulum refrigerare. In hunc fontem qui pellucidus et vitro splendidior fuisse videtur, epigrammata Apollinidis et Antiphanis servata exstant A. P. IX, 257 et 258. Ita lapidi ad fontem posito insculpti fuerunt versus Niciae A. P. IX, 315.

Ἵζευ ὑπ' αἰγείροισιν ἐπεὶ κάμες ἐνθάδ' ὁδῖτα,
καὶ πίε θᾶσσον ἰὼν πίδακος ἁμετέρας,
μνᾶσαι δὲ κράναν καὶ ἀπόπροθι, ἃν ἐπὶ Γίλλῳ
Σῖμος ἀποφθιμένῳ παιδὶ παριδρύεται.

In cuius versu secundo scribendum esse conieceram: *καὶ πίε δ' ἆσσον ἰών*, quod emendavit Schneidewinus scripto: *καὶ πῖθ' ἆσσον ἰών.* In ultimis malim: *ᾇ ἐπί*, ut ad fontem prope quem sepultus erat filius, patris statua posita fuisse putetur. Confer Philostr. V. S. I, 21. 2. *ὥσπερ οἱ χαλκοῖ τῶν ἀνδριάντων περὶ τὰς ἐμπύρους τῶν πηγῶν κεκαπνισμένοι.* De more sepeliendorum mortuorum ad fontes confer Pausaniam X, 12. 3, ubi epigramma affertur inscriptum cippo tumuli Sibyllae prope fontem, ad cuius aquas collocatae erant Mercurii et Nympharum imagines, apud Iacobsium App. Ep. 101.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ Φοίβοιο σαφηγορὶς εἰμὶ Σίβυλλα
τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι πυθομένα,
παρθένος αὐδήεσσα τὸ πρὶν, νῦν δ' αἰὲν ἄναυδος
Μοίρᾳ ὑπὸ στιβαρῇ τήνδε λαχοῦσα πέδην·
ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ' ὑπόκειμαι,
μοῖραν ἔχουσ' Ἑκάτῳ τῆς τότ' ἀνακτορίης.

Pro *πυθομένα* rectissime Kayserus emendavit *κευθομένα.* Etiam sextus versus corruptus, ubi legendum est:

μοῖραν ἔχουσα κάτω τῆς τότ' ἀνακτορίης.

Quorum sensus: etiam mortua et in inferis vaticinia hominibus fundo. Confer Anacreontem A. P. VI, 346. *αἰῶνος μοῖραν ἔχοντ' ἀγαθήν.* VII, 152. 8. *ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.*

Etiam Meleager primus Anthologiae conditor, et Inscriptionum et Epigrammatum edidit Florilegium. Cui ad amasium Dioclem misso praefatus est prooemio Anth. Pal. IV, 1. in quo singulos poetas floribus fruticibus et arboribus comparat. Ibi legitur vs. 17.

βλαισήν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλου οἴνης
σύμπλεκτον καρύης ἔρνεσι Παγκράτεος.

Vocabulum *οἴνης* corruptum alii aliter emendare conati sunt, Reiskius *ὑγροῖς*, Iacobsius *οὔλοις*, equidem tentaveram *ὕλης*. Sed verissime monuit Geelius sermonem hic esse de platano cui vitis incumbat, et *βλαισήν* quod de platano patulis ramis diffusa interpretatus erat Iacobsius, nonnisi viti et hederae; quae flexus habeant ramos et tortiles, tribui posse. Sed de emendatione quam eidem viro doctissimo acceptam tulimus:

βλαισήν τε πλατανίστου ἀπέθρισε Παμφίλου οἴνην

scrupulus mihi remanet, quum Meleager Simonidis carmina dixerit *νέον οἰνάνθης κλῆμα* vs. 8, et *οἴνη* et *οἰνάνθη* poetarum usu significatione non discrepent. Meleagrum autem diversos poetas cum eadem arbore non comparaturum fuisse iam ab aliis monitum. Equidem nunc artificiosius aliquid excogitavi, quod vix ulla mutatione restituere licet:

βλαισὴν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλου οἴνης.

Ut ipsa platanus, *βλαισὴ οἴναις*, dicatur manibus tortilibus vitis adstricta esse. Ita *βλαισός* fere passive usurpatum statuo. Eiusdem prooemii parum intellectus est vs. 22.

ἐν δ' ἄρα Δαμάγητον, ἴον μέλαν, ἡδύ τε μύρτον
Καλλιμάχου, στυφελοῦ μεστὸν ἀεὶ μέλιτος.

Ubi verbis *στυφελοῦ μέλιτος* Martinus spectari putavit Ibidem Callimachi, quam sententiam ita veram habuit Iacobsius ut Meleager non ad Ibidem unum, verum etiam ad iambos et choliambos respexerit, et inimicorum iniurias ultus, melle quidem, sed acerbo et odioso usus esse dicatur Callimachus. Sed ut myrtus arbor est Veneri sacra, ita verba *στυφελὸν μέλι* unice ad amorem referri possunt. Epigrammata igitur Callimachi pro maiore parte fuerunt amatorii argumenti. Amorem *πικρὸν μέλι* dixit idem Meleager A. P. XII, 82. 1. et *γλυκερῆς ἄχθος ὀδύνης* c 99. 6. Et ipse deus *ὁ γλυκύπικρος Ἔρως*. Confer etiam Schol. Ap. Rh. II. 1005. *τίθεται δὲ ἡ λέξις (στυφελός) καὶ ἐπὶ τοῦ χαλεποῦ, ὡς τὸ*

ἀπὸ στυφελοῦ Ἀφροδίτης.

In vs. 25. *τῇσι δ' ἅμ' Ἡγήσιππον ἐνέπλεκε, μαινάδα βότρυν,*
Πέρσου τ' εὐώδη σχοῖνον ἀμησάμενος,

corrigendum est *τοῖσι*, ut vs. 11.

τῇ δ' ἅμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἡδυπνόοιο Ῥιανοῦ

scribendum *τοῖς*; non enim flores Rhiani unius Nossidis iridi, sed coronae florum omnium poetarum implicuit Meleager. Hinc constat in vs. 39.

τοὺς δ' ἅμ' Ἀλεξάνδροιο νέους ὄρπηκας ἐλαίης
ἠδὲ Πολυκλείτου πορφυρέην κύανον,

scribendum esse: *τοῖς δ' ἅμ'* Ἀ. cl. vs. 55. *τοῖς δ' ἅμα Μούσης καὶ σφετέρης ἔτι που πρώϊμα λευκόϊα.* Praepositio desideratur vs. 43.

καὶ μὴν καὶ Συρίαν σταχυότριχα θήκατο νάρδον,
ὑμνοθέταν Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον·
ἐν δὲ Ποσείδιππόν τε καὶ Ἡδύλον, ἄγρι' ἀρούρης
Σικελίδεώ τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα.

Ubi scribendum est: *ἐν μὲν καὶ* — *ἐν δέ*, quae cum *θήκατο* iungenda. Neque sanos habeo versus 29—33.

σμυρναίους τε κλάδους Νικαινέτου ἠδὲ Φαέννου
τέρμινθον, βρωτήν τ' ἀχράδα Σιμίεω·
ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶνος ἀμωμήτοιο σέλινα
βαιὰ διακνίζων ἄνθεα Παρθενίδος.

Praesens enim ferri nequit, cui substituendus aoristus, ut supra *ἀμησάμενος* vs. 26. Corrigo:

σελίνων, βαιὰ διακνίξας ἄνθεα κτέ.

Nisi praestat *σελίνου.* Ita Hom. Od. V, 72. *λειμῶνες ἴου ἠδὲ σελίνου.* Insuper *βρωτήν* depravatum est. Pira enim agrestia dicuntur *ἀχράδες*, sativa et dulcia *ὄγχναι.* Unde *ἀχράδες* dictae *ὠμαί* A. P. IX, 4. Leonid. IX, 316. 6. Inc. ibid. 706. 3. Theophr. H. Pl. II. 2. 5. *ἐκ δὲ τῶν ἀπίων μοχθηρὰ ἡ ἀχράς*, IV, 13. 1. De Caus. Plant. IV, 8. 2. *γεώδη καὶ στρυφνὰ καὶ ἰσχυρὰ τὴν φύσιν, οἷον βάλανος, ἀχρὰς, οὖον*, et mox: *πάνθ' ὅλως ἃ πεπαίνεσθαι δύναται ἀφαιρεθέντα, καθάπερ ἡ ἀχρὰς καὶ τὸ οὖον.* Addatur Leonidae epigramma A. P. IX, 78.

Μή μέμψῃ μ' ἀπέπειρον ἀεὶ θάλλουσαν ὀπώρην
ἀχράδα, τὴν καρποῖς πάντοτε βριθομένην·
ὁππόσα γὰρ κλαδεῶσι πεπαίνομεν, ἄλλος ἐφέλκει·
ὁππόσα δ' ὠμὰ μένει, μητρὶ περικρέμαται.

Quod non recte interpretatus est Iacobsius Anim. t. I. 2. p. 102. de pirastro, qui se apud dominum excuset quod nonnisi immaturos habeat fructus; poma enim simulatque ad maturitatem pervenerint, a fure aliquo decerpi. Scriptum est hoc carmen in arborem, cui pro parte alieni rami insiti sunt quaeque partim peregrinis partim suis fructibus onerata est. Illos quibus vesci possunt homines *ἄλλος ἐφέλκει.* De quorum verborum sensu ambigo. Explicari enim possunt »alius sibi decerpit" sive quod malim »ma-

turorum fructuum alio nomine dictorum alia arbor praemium fert et laudem." Fructus vero agrestes de ramis pendent. In verbis recte Hermannus Annal. Vindob. 1843. t. CIV. p. 238. κλαδεῶσι pro codicis lectione: κλάδοισι; ad sententiam compara Cyllenii versus A. P. IX, 4.

Ἡ πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης
ἀχρὰς, θηροβότου πρέμνον ἐρημοσύνης,
ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος ἥμερα θάλλω,
οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.
πολλὴ σοὶ, φυτοεργὲ, πόνου χάρις· εἵνεκα σεῖο
ἀχρὰς ἐν εὐκάρποις δένδρεσιν ἐγγράφομαι.

Sed in Meleagri versu ἀχράς de fructu intelligi nequit, quod de arbore dictum, ut patet ex vs. 14. 16. 50. Corrigendum igitur:

βλωθρήν τ' ἀχράδα Σιμίεω.

Neque recte emendatum puto versum tricesimum sextum:

ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρείοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα
νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὔσπορον ἀνθέμιον, κτέ.

Codex Palatinus ἄσπορον quod quidem sensu caret, sed εὔσπορον nihilo videtur rectius. Corrigo:

εἰς δ' ἐλέγους ἀστέρος ἀνθέμιον.

Compara Nicandrum Athen. XV, 684 C. ἢ ἐλένειον ἢ ἀστέρα φωτίζοντα δρέψας. Et nomen certe floris requiritur. Ex versu autem 33.

λείψανά τ' εὐκαρπεῦντα μελιστάκτων ἀπὸ Μουσέων
ξανθοὺς ἐκ καλάμης Βακχυλίδεω στάχυας,

et vs. 37.

ἐν δὲ καὶ ἐκ Φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκάνθης
Ἀρχιλόχου, μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

ubi verba ἐκ Φορβῆς corrupta videntur et cum Brunckio mutanda in: ἐκ φοβερῆς — ἀκάνθης, ut Archilochi φοβερῆς ἰὸς ἐπεσβολίης A. P. IX, 185. liquet iam Meleagri aetate

numero paucissimas inscriptiones ex permultis quas Bacchylides et Archilochus scripserunt, servatas fuisse. Dicit enim Meleager se ex spinosorum carminum Archilochi corpore selegisse flores inscriptionum, earum vero ingenti numero ab ipso poeta aequalibus scriptarum paucissimas superstites invenisse. Inscriptiones autem partim ipse descripsit Meleager, partim ab amicis et familiaribus hospitibusque acceptas primus publici iuris fecit. De quo apponam Luciani verba de Dipsade t. VIII, p. 144. Bip. *ἐπίγραμμά τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ἐπὶ στήλης ἀνεγνωκέναι ἀνδρὸς οὕτως ἀποθανόντος, ὅτε ἐκ Λιβύης, ἔφη, ἀπιὼν εἰς Αἴγυπτον παρὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν· ἔνθα δὴ τάφῳ ἐντυχεῖν παρὰ τὴν ἠϊόνα ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι καὶ στήλην ἐφεστάναι δηλοῦσαν τοῦ ὀλέθρου τὸν τρόπον· κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπον μέν τινα, οἷον τὸν Τάνταλον γράφουσιν ἐν λίμνῃ ἑστῶτα καὶ ἀρυόμενον τοῦ ὕδατος, ὡς πίοι δῆθεν· τὸ θηρίον δὲ, τὴν διψάδα, ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιεσπειρᾶσθαι τῷ ποδὶ καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτοῦ . . . . . γεγράφθαι δὲ πρὸς τοὐπίγραμμα· οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν*, App. Ep. 350. Complures harum inscriptionum Meleagri opera primum in communem omnium notitiam protractas esse hinc quoque intelligitur quod Agathias eundem sibi in Anthologia edenda proposuit finem. De quo ipse in praefatione Historiarum p. 6. 8. Bonn. *ἔδοξε δέ μοι κἀκεῖνο ἀξιέπαινόν τι εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴγε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα διαλανθάνοντα ἔτι καὶ χύδην οὑτωσὶ παρ' ἐνίοις ὑποψιθυριζόμενα ἀγείραιμί τε ὡς οἷόν τε εἰς ταὐτὸ καὶ ἀναγράψαιμι ἕκαστα κόσμῳ ἀποκεκριμένα.* Ex iisdem Historiis patet Agathiam inscriptiones ex marmoribus collegisse et edidisse. Ita de Trallibus in Asia terrae motu sub

Augusto eversis et Chaeremonis opera refectis Hist. II, 18. p. 102. 5. *ταῦτα δὲ οὕτω ξυνενεχθῆναι δηλοῖ μέν που καὶ ἡ πάτριος τοῦ ἄστεος ἱστορία, οὐχ ἥκιστα δὲ τοὐπίγραμμα, ὅπερ ἔγωγε ἐκεῖσε ἐλθὼν ἀνελεξάμην — ἐγκεχάρακται δὲ ἔτι τὸ ἐλεγεῖον τῷ βωμῷ ὧδέ πως ἔχον*, v. App. Ep. 222. et II, 10. p. 87. 10. *ἐμοὶ δέ τις τῶν ἐπιχωρίων καὶ ἐλεγεῖόν τι ἔφη ἐς κύρβιν τινὰ λιθίνην ὑπό του γεγράφθαι ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένην, ὧδέ πως ἔχον*, App. Ep. 312. His omnibus adscriptum puto a Meleagro, quod ad Theocriti epigramma IX, 435. in codicis margine adnotatum legitur: *ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα ἐν Συρακούσαις ἐγράφησαν.* Horum unum apponam c. 436.

Ἀρχαῖα τὠπόλλωνος τἀναθήματα ταῦτα
ὑπῆρχεν· ἡ βάσις δὲ τοῖς μὲν εἴκοσι
τοῖς δ' ἑπτά, τοῖς δὲ πέντε, τοῖς δὲ δώδεκα,
τοῖς δὲ διηκοσίοισι νεωτέρη ἥδ' ἐνιαυτοῖς·
τοσσόςδε γάρ νιν ἐξέβη μετρούμενος.....

In cuius fine deest unus versus, in quo *χρόνος* lectum fuit, quo sententia absoluta erat. Et quidem versus iambicus, ut in epigrammate A. P. VII, 664 singulos versus logaoedicos excipiunt bini senarii iambici catalectici. Ut ex Crinagorae epigrammate A. P. IX, 239. ubi duo disticha elegiaca seiuncta sunt duobus versibus iambicis interiectis intelligitur in fine mutilam esse inscriptionem Simonidis A. P. XIII, 14.

Ἀργεῖος Δάνδης σταδιοδρόμος ἐνθάδε κεῖται
νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλεΐσας,
Ὀλυμπίᾳ δὶς ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν Ἰσθμῷ, πεντεκαίδεκα Νεμέᾳ·
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι....

Desideratur enim pentameter ultimus, quo viri aetatem patrisque nomen enuntiasse poetam verosimile. Theocriti

carmen inscriptum fuit basi, in qua collocatae fuisse videntur statuae ad minimum decem, Apollinis puto, in templo olim dedicatae. Hoc intelligitur ex verbis: *τοῖς μὲν — τοῖς δὲ κτἑ.* Hinc vs. 1 ubi etiam brevis syllaba in arsi pedis secundi versum vitiatum arguit, malim: *τἀγάλματα,* Iacobsius deleto *ταῦτα* versum iambicum restituit, quo stropharum ordo pervertitur. Similem notam marginalem in codice legas ad A. P. VII, 657. *νομίζω δὲ ὅτι ἐν Ἐφέσῳ κεῖται ταῦτα.* Est inscriptio dulcissima Leonidae Tarentini, quae in Anthologia Meleagri legebatur, haec:

Ποιμένες οἳ ταύτην ὄρεος ῥάχιν οἰοπολεῖτε
αἶγας κεὐείρους ἐμβατέοντες ὄϊς,
Κλειταγόρῃ, πρὸς Γῆς, ὀλίγην χάριν ἀλλὰ προσηνῆ
τίνοιτε χθονίης εἵνεκα Φερσεφόνης·
βληχήσαιντ' ὄϊές μοι, ἐπ' ἀξέστοιο δὲ ποιμὴν
πέτρης συρίζοι πρηέα βοσκομέναις·
εἴαρι δὲ πρώτῳ λειμώνιον ἄνθος ἀμέρξας
χωρίτης στεφέτω τύμβον ἐμὸν στεφάνῳ,
καί τις ἀπ' εὐάρνοιο καταχραίνοιτο γάλακτι
οἰὸς, ἀμολγαῖον μαστὸν ἀνασχόμενος,
κρηπῖδ' ὑγραίνων ἐπιτύμβιον· εἰσὶ θανόντων
εἰσὶν ἀμοιβαῖαι κἀν φθιμένοις χάριτες.

De vs. 1 mihi iterum monendum, mirum videri Poetam ordinem verborum ita turbare maluisse quam alia ratione disponere:

ποιμένες οἳ ταύτην ὄρεος ῥάχιν ἐμβατέοντες
αἶγας κεὐείρους οἰοπολεῖτ' ὄϊας.

Vs. 10 nunc malim:

οἰὸς ἀμολγαῖον μαστὸν ἐπισχομένης.

Confer Callimachum EM. p. 372. 4. *κεῖθι δέ οἱ πρώτη μαζὸν ἐπέσχ' Ἐρίφη*, Euphorion. fr. 51. 4. *λαρὸν δ' ἐπὶ χείλεσι πρώτη μαστὸν ἐπισχομένη*, ubi Meinek. p. 93. Q.

Smyrn. VI, 139. *ἰσχανόωντα γάλακτος θρέψε θοή ποτε κεμμὰς μαζὸν ἐπισχομένη.* Ubi editur *ὑποσχομένη*. A. P. IX, 224. 5. *ᾧ γὰρ ἐπέσχον μαζὸν ἐμόν.* Pollux III, 10. *ἡ τεκοῦσα, ἡ μαστὸν ἐπισχοῦσα, ὡς Σοφοκλῆς.* Versu quinto scribendum: *ἐπ' εὐξέστοιο* vel *ἐπὶ ξεστοῖο — πέτρου.* Lapis enim sepulcralis, in quo hoc epigramma insculptum legebatur, haud dubie *ξεστός* fuit. Ita Pindarus Nem. X, 67. *ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον.* Vs. 7 codex *ἀμέρσας*. Illud restituit Scaliger, quem secuti sunt Brunckius et Lobeckius Technol. p. 54. In vs. 9 corruptum videtur *καταχραίνοιτο*, sed quod per se spectatum probabile videri possit *καταρραίνοιτο*, id propter additum *ὑγραίνων* habet quod displiceat. Etiam alia occurrunt in Anthologia Meleagrica carmina, quae intelligi nequeunt, nisi animo tibi informes imaginem anaglyphi lapidis, cui subscripta fuerunt. Ut epigramma Posidippi A. P. VII, 170.

Τὸν τριετῆ παίζοντα περὶ Φρέαρ Ἀρχεάνακτα
εἴδωλον μορφᾶς κωφὸν ἐπεσπάσατο·
ἐκ δ' ὕδατος τὸν παῖδα διάβροχον ἅρπασε μάτηρ
σκεπτομένα ζωᾶς εἴ τινα μοῖραν ἔχει·
Νύμφας δ' οὐκ ἐμίηνεν ὁ νήπιος, ἀλλ' ἐπὶ γούνων
ματρὸς κοιμαθεὶς τὸν μακρὸν ὕπνον ἔχει.

Vs. 6 altero loco in codice Palatino legitur: *τὸν βαθὺν ὕπνον ἔχει*, quod vulgo ab editoribus receptum est, sed *τὸν μακρὸν* unice rectum habeo. Ultimum distichon referendum ad imaginem anaglyphi, in quo conspiciebatur mater filium mortuum in sinu fovens. Eodem recurrendum ad explicandum Xenocriti epigramma A. P. VII, 291.

Χαῖταί σου στάζουσιν ἔθ' ἁλμυρά, δύσμορε κούρη
ναυηγέ, Φθιμένης εἰν ἁλί, Λυσιδίκη·

ἢ γὰρ ὀρινομένου πόντου δείσασα θαλάσσης
ὕβριν, ὑπὲρ κοίλου δούρατος ἐξέπεσες.
καὶ σὸν μὲν φωνεῖ τάφος οὔνομα καὶ χθόνα Κύμην
ὀστέα δὲ ψυχρῷ κλύζετ' ἐπ' αἰγιαλῷ,
πικρὸν Ἀριστομάχῳ γενέτῃ κακὸν, ὅς σε κομίζων
ἐς γάμον, οὔτε κόρην ἤγαγεν οὔτε νέκυν.

Ubi verba χαῖται — ἔθ' ἁλμυρά idoneo sensu destituta sunt, nisi statuas in anaglypho effictam fuisse ipsam puellam modo e mari protractam, comis etiamnunc aqua marina madidis. Versu secundo ναυηγέ corruptum esse negare nolim, sed durius est ναυηγῷ quod Meinekius coniecit Delect. p. 225. Vs. 6 scribendum est:

ὀστέα δὲ ψηχρῷ κλύζετ' ἐπ' αἰγιαλῷ.

Pari ratione in A. P. VII, 288.

ὀστέα δ' αὖτε
βέβρασται ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠϊόνι,

corrigendum ψηχρῇ. Sed in Diodori Zonae epigrammate VII, c. 404.

ψυχράν σευ κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν
θῖνα κατὰ κρυεροῦ χευάμενος νέκυος,

corrigendum est: ψυχρᾶς σευ κεφαλᾶς. Pronomen enim σεῦ praeponi nequit substantivo κεφαλᾶς. Confer A. P. VII, 166. 6. θερμὰ κατὰ ψυχροῦ δάκρυα χεῖτε τάφου, c. 279. ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ. Ita βοαύλια villico exstincto dicuntur ψυχρά A. P. VII, 717. 1.

Idem animadvertendum de Leonidae carmine A. P. VII, 472. quod in duas inscriptiones arae sepulcrali incisas dispescuit iam Brunckius. In parte arae superiore legebantur octo versus:

Μυρίος ἦν, ὤνθρωπε, χρόνος προτοῦ, ἄχρι πρὸς ἠῶ
ἦλθες χὠ λοιπὸς μυρίος εἰς Ἀΐδην·
τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ ὅσον ὅσσον

στιγμὴ καὶ στιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον;
μικρή σευ ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
ἡδεῖ᾽ ἀλλ᾽ ἐχθροῦ στυγνοτέρη θανάτου.
χειμέριον ζωὴν ὑπαλεύεο νεῖο δ᾽ ἐς ὅρμον,
ὡς κἠγὼ Φείδων ὁ Κρίτου εἰς Ἀΐδην.

Vs. 2 inepta visa sunt Meinekio Del. Ep. p. 128. verba, χὠ λ. μ. εἰς Ἀΐδην, quo humana vita in immensum extendi diceretur; legendum videri: εἰν Ἀΐδῃ. Non assentior, nam simillime dictum Simonid. fr. 47. πολλὸς γὰρ ἄμμιν εἰς τὸ τεθνάναι χρόνος, ζῶμεν δ᾽ ἀριθμῷ παῦρα κακῶς ἔτεα. In inferiore autem eiusdem lateris parte anaglypho subscripti legebantur versus hi:

Ἐκ τοίης ὤνθρωποι ἀπηκριβωμένοι ὀστέων
ἁρμονίης ὑψοῦντ᾽ ἠέρα κἀν νεφέλας·
ὦνερ ἴδ᾽ ὡς ἀχρεῖον, ἐπεὶ περὶ νήματος ἄκρον
εὐλὴ ἀκέρκιστον λῶπος ἐφεζομένη·
οἷον τὸ ψαλάθριον ἀπεψιλωμένον οἷον,
πολλῷ ἀραχναίου στυγνότερον σκελέτου.
ἠοῦν ἐξ ἠοῦς ὅσσον σθένος ὦνερ ἐρευνῶν,
εἴης, ἐν λιτῇ κεκλιμένος βιοτῇ,
αἰεὶ τοῦτο νόῳ μεμνημένος, ἄχρις ὁμιλῇς
ζωοῖς, ἐξ οἵης ἥρμόνισαι καλάμης.

Verbis ἐκ τοίης et ἴδ᾽ ὡς respicitur ad figuram sceleti humani saxo arae sepulcralis insculptam, quam in monumentis servatis raro occurrere monuit Welckerus Syll. Epigr. p. 99. Ita larva nudis ossibus cohaerens conspiciebatur in lapide, unde descriptum App. Ep. c. 121.

ἄνθρωπος τοῦτ᾽ ἐστί· τίς εἶ βλέπε καὶ τὸ μένον σε·
εἰκόνα τήνδ᾽ ἐσορῶν σὸν τὸ τέλος λόγισαι.

Hinc explicandum ἀπεψιλωμένον, ut ψίλωμα est »corporis pars, cuius praeter ossa nil reliquum." Confer Herod. IX, 83. τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας. Unde

in vs. 11 probabili coniectura restituere possis:

οἷόν τε ψιλώθρῳ ἀπεψιλωμένον ὀστεῦν.

Ut ossa denudata dicantur, ut caput psilothro epilatum. Sed fortasse satius sit his manum abstinere. Alia certis fere emendationibus ab Hermanno et Meinekio sanata sunt, ut ultimum distichon. Ubi codex: *αἰὲν τουτον σῷ μεμνημένος, ἄχρις ὁμιλῇς ζωῆς, ἐξ οἵης ἡρμόνισας καλάμης.* Hermanno debetur: *αἰεὶ τοῦτο νόῳ μ.*, caetera Meinekio. Vs. 1 codex *ἄνθρωπε* quod Meinekius in vocativum pluralem mutavit. Huic vero adversatur, quod mox sequitur: *ὦνερ*, ut non dubitandum sit quin in universum hanc sententiam de hominibus enuntiaverit poeta. Unde pentametri verba, ubi codex: *ὕψος τ' ἠέρα καὶ ν.* corrigenda. Ubi Iacobsius: *ὑψοῖς ἠέρα*, Meinekius: *ὑψοῦσθ' ἠέρα κεὶς νεφέλας.* Quod ad sensum rectissimum, ab literarum ductibus propius abest Hermanni inventum: *κἀν νεφέλας.* Qui integrum distichon sanavit scripto: *ὤνθρωποι — ὑψοῦντ' ἠέρα κἀν νεφέλας.* Sed de caeteris idem vir doctissimus parum probabilia et valde mirabilia protulit. Utrumque autem Leonidae carmen eidem lapidi inscriptum fuisse puto, quod vitae taedium utroque commendavit lectoresque iusserit meminisse mori. His iunge suavissimam inscriptionem Persae A. P. VII, 730.

Δειλαία Μνάσυλλα, τί τοι καὶ ἐπ' ἠρίῳ οὗτος
μυρομένᾳ κούραν γραπτὸς ἔπεστι τύπος
Νευτίμαν; ἇς δή ποκ' ἀπὸ ψυχὰν ἐρύσαντο
ὠδῖνες, κεῖται δ' οἷα κατὰ βλεφάρων
ἀχλύϊ πλημμύρουσα φίλας ὑπὸ ματρὸς ἀγοστῷ·
αἰαῖ δ' Ἀριστοτέλης δ' οὐκ ἀπάνευθε πατὴρ
δεξιτερᾷ κεφαλὰν ἐπιμάσσεται· ὦ μέγα δειλοὶ
οὐδὲ θανόντες ἑῶν ἐξελάθεσθ' ἀχέων.

In quo nonnulla aliter excudenda curavi. Versus secun-

dus et tertius apud Iacobsium leguntur ita: *μυρομένας κούραν* — *Νευτίμας θ' ἅς*. Codex: *μυρομένα κούρα* — *Νευτίμας ἅς*. Equidem participium ad pronomen *τοί* referendum putavi et legitimum accusativi regimen verbo *μύρεσθαι* addidi. Hermannus quid de hoc carmine statuerit in Opusculis diiudicare nequeo, quum eorum volumina mihi ad manus non sint. Vs. 2 *γραπτός* de picto anaglypho, ut et in IX, 59. *γραπτὸν τέγος*, intellexit Welckerus Syll. Epigr. p. 162, quum marmora colorum ornatu obducta fuisse constet. Cuius sententiae ignarus *γλυπτός* scribendum putaveram, sed *γραπτός* ab hoc proprio vocabulo usu vix differre monstrant Ep. in App. c. 356.

πατέρ' Εὐτόνιον τεθνεῶτα
πολλάκις ὑμνήσωμεν ἐνὶ στήλαισι γραφέντα,

ubi corrige: *ἐπί*, Inscr. Adesp. A. P. VII, 279.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
αἰὲν ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ·
ναυηγοῦ τὸ μνῆμα· τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης
αὖτις ἀναμνῆσαι τὸν κατὰ γῆς ἐθέλεις;

Paus. II, 7. 4. In inscriptione incerti poetae, haud dubie post Meleagrum scripta, Iacobsius pro *αἰέν* coniecit *αἰαῖ* vs. 2. Praestare videtur:

ἃ ξέν' ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ.

Quod in lapide scriptum erat: ΑΙΕΝ, quo facto forma literarum Ξ et Ι vix tantillum differt. Verbum *ζωγραφεῖν* hoc loco significat: remi et rostri effigiem in marmore insculpere. [1]) Confer Hom. Od. XI, 74.

---

[1]) Ut pio more Graeci ori mortuorum obolum indere solebant portitori solvendum, qui animos Stygem transvehebat, et simul cum ipsis mortuis dilectissima quaeque dum in vivis erant aut rogo cremabant aut tumulo condebant, — de quo conferas Plut. non posse suav. vivi sec.

ἀλλά με κακκεῖαι σὺν τεύχεσιν, ἅσσα μοι ἔστιν,
σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης
ἀνδρὸς δυστήνοιο καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι·
ταῦτά τέ μοι τελέσαι πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμὸν
τῷ καὶ ζωὸς ἔρεσσον, ἐὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισιν,

et XII, 16.

τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Ex sepulcralibus autem et dedicatoriis inscriptionibus eas potissimum deligam, in quibus clarissime cernuntur huius carminum generis notae. Quas quivis cernet in Heracliti versibus A. P. VII, 465

Ἁ κόνις ἀρτίσκαπτος ἐπὶ στάλας δὲ μετώπων
σείονται φύλλων ἡμιθαλεῖς στέφανοι·
γράμμα διακρίναντες ὁδοιπόρε πέτρον ἴδωμεν
λευκὰ περιστέλλειν ὀστέα φατὶ τίνος·
Ξεῖν' Ἀρετημιάς εἰμι, πάτρα Κνίδος, Εὔφρονος ἦλθον
εἰς λέχος· ὠδίνων οὐκ ἄμορος γενόμαν·
δισσὰ δ' ὁμοῦ τίκτουσα τὸ μὲν λίπον ἀνδρὶ ποδαγὸν
γήρως, ὃν δ' ἀπάγω μναμόσυνον πόσιος.

Epic. 26. 3. p. 1104 D. ἐκ δὲ τούτου παρατροπῆς γενομένης καὶ ὅπλα καὶ σκεύη καὶ ἱμάτια τοῖς τεθνηκόσι καὶ ὡς Μίνως τῷ Γλαύκῳ Κρητικοὺς Αὐλοὺς θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ συνθάπτοντες ἥδιον ἔχουσι. In Euripidis verbis adscriptis corrige: Κρητικῆς et θανόντι — ita praeter inscriptiones sepulcrales cippis incisas, instrumentorum quibus visi usi erant imagine et effigie tumulos ornabant. Ut in Archimedis sepulcro erat « columella in qua inerant sphaerae figura et cylindri" Cic. Tusc. V, 23. 65. v. A. P. VII, 338. 420. 445. οἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ μανυταὶ τέχνας δουροτόμοι πελέκεις. 505.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἐπέθηκε Μενίσκος
κύρτον καὶ κώπαν μνᾶμα κακοζοΐας.

In cuius vs. 8 ex codice restitui ὅν quod in ἕν mutarant. Illo monentur lectores alterum ex infantibus marem decessisse. Quum de poetae aetate, cuius carmina in Anthologia Meleagrica legebantur, non satis ab omni parte constet et hic Heraclitus non diversus haberi possit ab aequali Callimachi, pro certo affirmare nolo quod verosimillimum mihi videtur, in altero eiusdem cippi latere insculptum fuisse epigramma Antipatri Sidonii ib. c. 464, quod alteri certe quod ad suavitatis et elegantiae dotes a latere apponi meretur:

Ἦ που σε χθονίας Ἀρετημιὰς ἐξ ἀκάτοιο
Κωκυτοῦ θεμέναν ἴχνος ἐπ᾽ ἀϊόνι,
οἰχόμενον βρέφος ἄρτι νέῳ φορέουσαν ἀγοστῷ
ᾤκτειραν θαλεραὶ Δωρίδες εἰν ἀΐδᾳ
πευθόμεναι τέο κῆρα· σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς
δάκρυσιν ἄγγειλας κεῖν᾽ ἀνιαρὸν ἔπος·
διπλόον ὠδίνασα φίλαι τέκος ἄλλο μὲν ἀνδρὶ
Εὔφρονι καλλιπόμαν, ἄλλο δ᾽ ἄγω φθιμένοις.

Ubi vs. 5 pro *ξαίνουσα* quod nonnisi de genis unguibus in luctu laniatis dicitur, reponendum videtur *ῥαίνουσα*. Pergendum hinc ad Damageti inscriptionem A. P. VII, 735.

Ὑστάτιον, Φώκαια κλυτὴ πόλι, τοῦτο Θεανὼ
εἶπεν ἐς ἀτρύγετον νύκτα κατερχομένη·
Οἴμοι ἐγὼ δύστηνος· Ἀπέλλιχε ποῖον ὅμευνε,
ποῖον ἐπ᾽ οἰκείῃ νηῒ περᾷς πέλαγος;
αὐτὰρ ἐμεῦ σχεδόθεν μόρος ἵσταται· ὡς ὄφελόν γε
χειρὶ φίλην τὴν σὴν χεῖρα λαβοῦσα θανεῖν.

Invocatio civium urbis Phocaeae hinc explicanda quod in viis publicis et celebribus condebantur mortui, ut Atticus iuxta viam Appiam. Epigr. Athen. X, 436 D.

ἠρίον Ἄστεος ὤγκωσαν τᾷδε παρ᾽ ἀτραπιτῷ,

Erinna A. P. VII, 710. 4. Cic. Tusc. V, 23. 65: »est enim ad portas Achradinas magna frequentia sepulcrorum." Vs. 4 otiosum epitheton *οἰκείῃ* mutandum in *ὠκείῃ*. Hic in unum locum conferenda etiam Erinnae epigrammata A. P. VII, 710.

Στάλα καὶ Σειρῆνες ἐμαὶ καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
ὅστις ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν,
αἴτ' ἀστοὶ τελέθωντ' αἴθ' ἕτεροι πόλιος.
χὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τό·
χὤτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα χὤτι γένος
Τηνία, ὡς εἰδῶντι, καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
Ἤρινν' ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

et c. 712.

Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων
στάλαν τῷ κατὰ γᾶς τοῦτο λέγοις Ἀΐδᾳ·
»Βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα." τὰ δέ τοι καλὰ τὰ μεθ' ὁρῶντι
ὄμματα τὰ Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν,
ὡς τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ἀείδετο πεύκαις,
ταῖςδ' ἐπὶ καδευτὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾷ·
καὶ σὺ μὲν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖον ἀοιδὰν
ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

De quo erravit Bergkius Lyric. p. 633: »Vs. 3 Leonidas vel Meleager Anth. Pal. VII, 13. 4. *Ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς· Βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα*, ex hoc carmine affert, verum non videtur epigramma ab Erinna profectum, sed serius ab alio ad similitudinem epigrammatis prioris compositum." Descriptum enim est ex averso cippi latere, unde emendandus videtur versus tertius in hunc modum:

τὰ δέ τοι καλὰ κἄμ' ἐφορῶντι
γράμματα τὰν Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν.

Ubi *τὰ καλὰ γράμματα* ipsius huius inscriptionis versus dici videntur, quibus non iam patria et genus Baucidis sed miseranda sors enarratur. Ideo rectissimum est: *κᾆμ' ἐφορῶντι* » si etiam cippum ab altero latere inspicias.'' Quae verba proxime ad codicis lectionem *τὰ μεθ' ὁρῶντι* accedunt; nam Θ est Φ, neque facile T et K dignoscas. Vulgo ex eleganti et ingeniosa Salmasii coniectura editur: *τὰ δέ τοι καλὰ σάμαθ' ὁρῶντι ὠμοτάταν* B. *ἁ. τύχαν*, qua pro parte assumta Welckerus Syllog. p. XXVIII sqq. coniecit: *τὰ δέ τοι καλὰ γράμμαθ' ὁρῶντι ὠμοτάταν κτέ.* et *γράμματα* de anaglyphi imagine intellectum voluit. In priore epigrammate *στάλα* edidi ex emendatione Schneidewini; codex *στᾶλαι.* Ibidem vs. 7 recipiendum in verborum ordinem, quod idem vir eruditissimus coniecit *Τηλία.* Tenos enim insula Ionum, Telos a Doriensibus habitata, quorum dialecto usa est Erinna. Vs. 4 scripsi *ἕτεροι πόλιος*, quod in codice legitur *ἑτερωι πόλιος.* Hoc ornatius dictum pro *ξένοι.* Has vero inscriptiones insulae Teli haud dubie Leonidas non cognitas habuit. sed primus in itineribus descripsit Meleager. Unde intelligitur epigramma in Erinnam A. P. VII, 13. Meleagri esse, non Leonidae. Duo vera elegiace epigrammata eiusdem lapidis sepulcralis in Eurymedontem leguntur A. P. VII, 658. 659. a Theocrito scripta, Leonidae Tarentini item duo in Pratalidam Cretensem A. P. VII, 448. 449. in Cassandrum in Anthologia Gregorii Magistri VII, 327. 328., Parmenionis denique in Anthologia Philippi VII, 183.

Παρθενικῆς τάφος εἴμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφῷ
Αἴδης τὴν Κροκάλης ἔφθασε παρθενίην,
εἰς δὲ γόους Ὑμέναιος ἐπαύσατο, τὰς δὲ γαμούντων
ἐλπίδας οὐ θάλαμος κοίμισεν ἀλλὰ τάφος,

et c. 184.

Παρθενικῆς τάφος εἴμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφοῦ
προφθιμένου διπλᾶ μητρὸς ἔχω δάκρυα·
μνηστῆρσιν δ' ἔλιπον κοίν' ἄλγεα· τὴν γὰρ ἔτ' οὔπω
οὐδενὸς ἡ πάντων ἐλπὶς ἔκλαυσεν ἴσως.

In huius inscriptionis vs. 1. codex *ἀδελφοῦ προφθιμένου*, quod ex prioris carminis vs. 1 in dativum commutandum videtur. Brunckius et Iacobsius in c. 183. *ἐπ' ἀδελφοῦ* scripserunt, sed genitivi hac quidem vi praepositioni *ἐπὶ* additi exempla desidero. Ibidem vs. 2 scripsi *Κροκάλης* pro vulgata *κροκάλης*, ut matris sit nomen. Idem nomen mulieris apud Lucian. Dial. Mer. XV, 2. et viri *Κρόκαλος* in Schol. Pind. Ol. I, 114. 127. Vocabulum *παρθενίην* in *παρθενικήν* mutari non necesse, quum illud praeferre potuerit poeta, ne tam brevi intervallo repetitum idem substantivum aures offenderet. Et adiectivum videtur esse *παρθενίη* hoc sensu: Pluto puram, innuptam Crocales filiam rapuit. Quibus ex Anthologia ductis carminibus subiiciam duas inscriptiones apud Welckerum Spicil. Ep. 38. 39. Mus. Rhen. 1845. p. 261. 262.

Κλαίει μέν σε τέκνον, κλαίει δ' Ἀγαθάγγελος ὡνὴρ
μυρόμενος φιλίην τερπνοτάτην ἀλόχου·
μύρονται δ' ἀδελφοὶ Μηνᾶς καὶ Δάψιλος ἄμφω
ἠδ' ὅσσοι σ' ἐφίλουν κἠπόθεον διόλου·
γηραλέην δὲ κομηπολίην πάλλουσα καθ' ὥραν
ἠρίον ἀμφὶ τεὸν Μοῦσα χέω δάκρυα.

et in altero cippi latere:

Κεῖσαι δή, τέκνον καλόν, προλιποῦσα τοκῆας
ἠδὲ κασιγνήτους καὶ πόσιν ἀμφιθαλῆ,
νούσου ὑπὸ στυγερῆς δεδαμασμένη· αὐτὰρ ἔμοιγε
πένθος ἀνικητὸν κάλλιπες οἰκτροτάτη·
γραῖα δ' ἀνήκεστον πένθος κατὰ μοῖραν ἔχουσα
ἀμφὶ τεὴν στήλην, Μοῦσα τέκνον, χέομαι.

In his apographi vitia recte correxit Meinekius Diurn. Ant. 1844. p. 1038. qui scribendum monuit in c. 38. 5. γηραλέην δὲ κόμην πολιὴν τίλλουσα καθ' ὥρην, et c. 39 4. πένθος ἀνιηρόν. Versum tertium prioris inscriptionis qui metri legibus non congruit, idem restituit ita: μύροντ' ἀδελφοί vel ὡδελφοί. Mihi lenius videtur verba transponere:

μύρονται Μηνᾶς καὶ Δάψιλος ἄμφω ἀδελφοί.

Ad eundem modum in unum locum coniungenda existimo epigrammata Leonidae Tarentini A. P. VII, 266.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ Διοκλέος· οἱ δ' ἀνάγονται,
φεῦ τόλμης, ἀπ' ἐμοῦ πείσματα λυσάμενοι,

et c. 264.

Εἴη ποντοπόρῳ πλόος οὔριος· ἢν δ' ἄρ' ἀήτης
ὡς ἐμὲ τοῖς Ἀΐδεω προςπελάσῃ λιμέσιν,
μεμφέσθω μὴ λαῖτμα κακόξενον, ἀλλ' ἕο τόλμαν,
ὅςτις ἀφ' ἡμετέρου πείσματ' ἔλυσε τάφου.

Ubi scribendum esse patet: ὃν δ' ἄρ' ἀήτης κτέ. In Theodoridae disticho haud dissimilis argumenti VII, 282.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί· σὺ δὲ πλέε· καὶ γὰρ ὅθ' ἡμεῖς
ὠλόμεθ' αἱ λοιπαὶ νῆες ἐποντοπόρουν,

corrigendum est: ὠλλύμεθ' αἱ κτέ. propter imperfectum ἐποντοπόρουν. Eiusdem Leonidae Tarentini duo epigrammata elegiaca in Aristocratem mortuum scripta haud dubie eidem cippo incisa fuerunt, A. P. VII, 440 et 648. Ita epigramma Dioscoridis in Lycambae filias VII, 351. excipit alterum in easdem puellas, cum lemmate: ἀδέσποτον, οἱ δὲ Μελεάγρου. Quod equidem eiusdem Dioscoridis esse puto. Pariter post epigramma Dioscoridis in Othryaden VII, 430. legitur alterum in viri fortissimi tropaeum instauratum, ut videtur, carmen c. 431 inscriptum: ἄδηλον, οἱ δὲ Σιμωνίδου. Hoc quoque eidem poetae tribuendum puto,

quod interdum in codice adscripto: *ἄλλο*, notatur v. lemmata ad VII, 449. XIII, 6. Nec iniuria Meinekius Delect. Ep. p. 154. epigramma Theocriti A. P. VII, 262.

Αὐδήσει τὸ γράμμα τί σῆμά τε καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ·
Γλαύκης εἰμὶ τάφος τῆς ὀνομαζομένης,

exilius habuit et Theocriti ubertate indignum. Ab altera enim cippi parte fortasse inscriptio plurium legebatur versuum, quo hoc uno disticho remisit viatores poeta, ut in App. Ep. 275.

Ὅστις καὶ τίνος εἰμὶ τὰ πρόσθεν γράμματα φράζει·
ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς ἐδάκρυσε λεώς κτἑ.

Nisi verosimilius habendum primum tantum maioris carminis distichon servatum, reliqua deperdita esse. Quod tueri possis cl. App. Ep. c. 233.

Μαρκέλλης τάφος εἰμί· τὶς αὐτὴ γράμματα λέξει·
ἀρτίγαμος κούρη εἴκοσιν οὖσ' ἐτέων κτἑ.

Hoc saltem mihi prae altero arridet, qui inscriptionem mutilam habeo.

Anthologiae vero Meleagricae fragmenta maiora quae in Anthologia Palatina servata exstant, a viris doctis monstrata sunt haec: V. 136—216, VI. 110—158, 202—227, 262—314, VII, 192—204, 406—530, 646—666, 707—741, IX, 313—339. Quibus paucissima aliunde interposita epigrammata, interdum etiam epigrammatis immixtae inscriptiones, quas inter epigrammata *Ἐρωτικά* negligenter retulit Cephalas. Ita in libro Quinto legitur epigramma Simonidis *ἀναθηματικόν*, c. 159.

Βοίδιον ηὐλητρὶς καὶ Πυθιὰς, αἵ ποτ' ἐρασταὶ,
σοὶ Κύπρι τὰς ζώνας τάς τε γραφὰς ἔθεσαν·
ἔμπορε καὶ φορτηγὲ, τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν
καὶ πόθεν αἱ ζῶναι καὶ πόθεν οἱ πίνακες,

quod mihi vere Simonideum videtur, neque perspicio qua

de causa haec inscriptio poetae abiudicata sit. Sed ad *ἐρωτικά* recte relatum carmen Hedyli V, c. 161.

Εὐφρὼ καὶ Θαῒς καὶ Βοίδιον, αἱ Διομήδους
γραῖαι, ναυκλήρων ὁλκάδες εἰκόσοροι,
Ἄγιν καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ἀνταγόρην, ἕν' ἑκάστη,
γυμνοὺς, ναυηγῶν ἥσσονας, ἐξέβαλον·
ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ ληστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
φεύγετε· Σειρήνων αἵδε γὰρ ἐχθρότεραι.

In verbis: *ναυκλήρων ὁλκάδες εἰκόσοροι* explicandis mire se torserunt viri docti, quorum Brodaeus voce *εἰκόσοροι* respici putavit ad amatorum numerum, quas admiserint meretrices, easque navigiis comparari, ut amantes remigibus, notavit Iacobsius. Ego vero Agidem, Cleophontem et Antagoram naucleros fuisse puto navis *εἰκοσόρου*, quas vel sic bonis exuerint meretrices. Quae sententia restitui potest scripto:

γραῖαι ναυκλήρους ὁλκάδος εἰκοσόρου
γυμνοὺς ἐξέβαλον.

Eiusdem vero Hedyli inscriptio *ἀναθηματική* inter epigrammata *ἐρωτικά* falso relata est c. 199.

Οἶνος καὶ προπόσεις κατεκοίμισαν Ἀγλαονίκην
αἱ δόλιαι καὶ ἔρως ἡδὺς ὁ Νικαγόρεω,
ἧς παρὰ Κύπριδι ταῦτα μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα
κεῖνται παρθενίων ὑγρὰ λάφυρα πόθων,
σάνδαλα καὶ μαλακαὶ, μαστῶν ἐκδύματα, μίτραι
ὕπνου καὶ σκυλμῶν τῶν τότε μαρτύρια.

Ubi vs. 5 scribe: *ἐνδύματα.* Nec ab omni parte emendatae duae inscriptiones, eiusdem ut videtur Hedyli, quae hanc in Anthologia Meleagrica subsequuntur, apud Cephalam V. 200.

Ὁ κρόκος, οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς
σὺν μίτραις κισσοῦ κυάνεοι στέφανοι

τῷ γλυκερῷ καὶ θῆλυ κατιλλώπτοντι Πριήπῳ
κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος,

in cuius vs. 1 scribo: μύροιο, hiatum ab aliis commoda emendatione sublatum iri sperans. In c. 201.

Ἠγρύπνησε Λεοντὶς ἕως πρὸς καλὸν ἑῷον
ἀστέρα, τῷ χρυσέῳ τερπομένη Σθενίῳ,
ἧς παρὰ Κύπριδι τοῦτο τὸ σὺν Μούσαισι μεληθὲν
βάρβιτον ἐκ κείνης κεῖτ' ἔτι παννυχίδος,

corrigam: μελισθὲν βάρβιτον, ut μελίζειν activum est apud Marianum A. P. IX, 668. 11. ὃς δὲ μελίζει ἀντῳδὸν τέττιξ φθέγματος ἁρμονίαν. Item ἀναθηματικά sunt epigrammata Asclepiadis c. 202 et 203, Poetae incerti c. 205.

Ἴϋγξ ἡ Νικοῦς, ἡ καὶ διαπόντιον ἕλκειν
ἄνδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισταμένη,
χρυσῷ ποικίλλουσα, διαυγέος ἐξ ἀμεθύστου
γλυπτὴ, σοὶ κεῖται Κύπρι φίλον κτέανον,
πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μεσσὰ δεθεῖσα
τῆς Λαρισσαίης ξείνια φαρμακίδος.

Hos versus ex donario descriptos esse docemur corruptela vs. 1 CΑΚΕΙΝ, i. e. ЄΛΚΕΙΝ, quod dudum editores perspexerunt. Eadem literarum Λ et Α confusione corruptus videtur esse vs. 3 ubi ποικίλα οὖσα, quod in lapide exaratum erat, mutandum in χρυσῷ ποικίλη οὖσα. Ut Homerus: ἅρματα ποικίλα χαλκῷ. Salmasius coniecit ποικιλθεῖσα, Iacobsius χρυσωπὸς στίλβουσα, quod ab elegantiae laude commendandum. Has inscriptiones excipiunt versus Leonidae Tarentini in donario meretricum inscripti, unde eos cum aliis quae recensui epigrammatis ad ἐρωτικά retulit Cephalas, c. 206.

Μηλὼ καὶ Σατύρη τανυήλικες Ἀντιγενείδεω
παῖδες, ταὶ Μουσέων εὔκολοι ἐργάτιδες,
Μηλὼ μὲν Μούσαις Πιμπληΐσι τοὺς ταχυχειλεῖς

αὐλοὺς καὶ ταύτην πύξινον αὐλοδόκην·
ἡ Φιλέρως Σατύρη δὲ τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων
σύγκωμον, κηρῷ ζευξαμένη, δόνακα,
ἡδὺν συριστῆρα, σὺν ᾧ πανεπόρφυιος ἠῶ
ηὔγασεν αὐλείοις οὐ κοτέουσα θύραις.

Vs. 1 τανυήλικες interpretandum videtur »corpore procero" v. Hesych. ἡλικία, μέγεθος σώματος. Ut verbis Alexidis Χαρίδης ὁ μικρός laudatis Eustathius p. 1554. 2. praemisit haec: πέπαικταί τινι παλαιῷ εἰς ἄσωτον βραχυήλικα κτέ. Et ita Reiskius. Vs. 2 verba M. εὔκολοι ἐργάτιδες minus recte explicuit Iacobsius: simplices et minime malas Musarum famulas. Intelliguntur αὐλητρίδες pecunia parabiles. Vs. 3 pro ταχυχειλεῖς Reiskius coniecit παχυχειλεῖς, cui praeferam quod Osannus proposuit Auct. Lexic. p. 154. τανυχειλεῖς, quales tibiae sunt aut esse possunt, ut aves. Utrique tamen praestare putem: ταχύχειρας αὐλούς. Conferas Pollucem IV, 72. ἀπόδεξαι καὶ τὴν αὐλητοῦ ταχυχειρίαν καὶ εὐχέρειαν. Ita Telestes Athenaei XIV, 617 B. tibiarum laudat πνεῦμα ἀγλαᾶν σὺν ὠκύτατι χειρῶν. Vs. 6 ex Meinekii emendatione eleganti et vera scripsi ζευξαμένη. Codex τευξαμένη. Ultima mire corrupta sunt, quae equidem ita in integrum restituenda existimo:

ἡδὺν συριστῆρα σὺν ᾧ πανεπόρφυν' ἐς ἠῶ
ηὔλησ' αὐλείοις ἐγκροτέουσι θύραις.

Ex quibus certa habeo: πανεπόρφυν' ἐς ἠῶ, et αὐλείοις ἐγκροτέουσι θύραις. Ab hoc non multum discrepat, quod Dorvillius coniecit, quem Brunckius secutus est: αὐλείοις ἐγκροτέουσα θύραις. Sed Satyra tibicina ipsa fores non pulsabat, sed comissantibus iuvenibus canebat τὸ θυροκοπικὸν μέλος, quem tibiarum cantum memorat Trypho apud Athen. XIV, p. 618 C. v. Meinek. Delect. p. 111. Qui multo aptius dici putat Satyram adolescentibus ita favisse

ut ipsa etiam foribus quae effringendae essent irasceretur, unde leni manu refingendum esse: *αὐλείοις συγκοτέουσα θύραις*. Hoc parum probabile, sed ex eiusdem viri doctissimi verbis de Satyra, quae totam per noctem usque ad solis ortum comissantibus aderat, quae sententia unice apta, emendavi vitiosa: *πανεπόρφνιος ἠῶ*. Otto Schneiderus infelici coniectura *ἠχώ*. Pro *ηὔλησ' ἀ.* et alia verba restitui possunt, ut *ἤπυσ' αὐλείοις κτἑ*. Sed absque hoc sententiae prospectum esse neminem negaturum opinor.

Hinc transeundum ad aliquot inscriptiones Anthologiae Meleagricae a Cephala inter epigrammata Ἐπιδεικτικά relatas, A. P. IX, 316.

Ὦ τάνδε στείχοντες ἀταρπιτὸν, αἴτε ποτ' ἀγροὺς
δαμόθεν αἴτ' ἀπ' ἀγρῶν νεῖσθε ποτ' ἀκρόπολιν,
ἄμμες ὅρων Φύλακες, δισσοὶ θεοὶ, ὧν ὁ μὲν Ἑρμᾶς,
οἷον ὁρῇς μ', οὗτος δ' ἅτερος Ἡρακλέης·
ἄμφω μὲν θνατοῖς εὐάκοοι, ἀλλὰ ποθ' αὑτούς
. . . .
. . . .
. . . .
αἴτ' ὠμὰς παραθῇς ἀχράδας, ἐγκέκαφεν·
ναὶ μὰν ὡσαύτως τοὺς βότρυας, αἴτε πέλονται
ὥριμοι, αἴτε χύδαν ὄμφακες, εὐτρέπικεν.
μισέω τὰν μετοχὰν οὐδ' ἥδομαι· ἀλλ' ὁ Φέρων τι
ἀμφὶς, μὴ κοινᾷ τοῖς δυσὶ παρτιθέτω·
καὶ λεγέτω »τὶν τοῦθ' Ἡράκλεες·" ἄλλοτε »τοῦτο
Ἑρμᾷ" καὶ λύοι τὰν ἔριν ἀμφοτέρων.

Hoc Leonidae carmen inscriptum fuit termino in confiniis urbis et tribus rusticae. Ut in Attica pluribus locis, de quo nobili loco Plato Hipparch. 228. D. *Ἵππαρχος — ἔστησε τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων, κἄπειτα ἐκλεξά-*

μενος ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν — ἵνα παριόντες ἄνω καὶ κάτω καὶ ἀναγιγνώσκοντες καὶ γεῦμα λαμβάνοντες αὐτοῦ τῆς σοφίας φοιτῷεν ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ παιδευθησόμενοι. ἐστὸν δὲ δύο τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν· ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιὰ

μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· στεῖχε δίκαια φρονῶν·

φησίν· ἔστι δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ καὶ καλὰ ἐπιγεγραμμένα [1]) ἔστι δὲ δὴ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει·

μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Ubi verba ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων interpretanda » in confiniis urbis et tribuum" cl. Schol. Ar. Av. 998. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως. In tali termino Aeschyli epigramma insculptum fuisse supra p. 52 conieci. Praeterea comparanda inscriptio Anth. Plan. c. 254.

Ἱερὸν Ἑρμείῃ με παραστείχοντες ἔχευαν
ἄνθρωποι λίθινον σωρὸν· ὁ δ' ἀντ' ὀλίγης ,
οὐ μεγάλην αὐτοῖς ἔγνω χάριν, ἀλλ' ὅτι λοιπὰ
Αἰγὸς ἐπὶ κρήνην ἑπτὰ λέγω στάδια,

et Antipatri, quae argumento epigrammati Leonidae simillima, A. P. IX, 72.

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι

---

[1]) Partem inscriptionis Hermae Attici laudatam invenias apud Eust. Hom. Il. XXIV, 333. p. 1353. 8.

Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον, πάνθ' ὁράᾳς. Emendaturo τετρακάρηνε occurrit Hesychius: τετρακέφαλος Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ ἐν Κεραμεικῷ ἵδρυτο.

χαίρων καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι·
ἀλλ' οὐχ Ἡρακλέης· ἕνα δὲ κτίλον ἢ παχὺν ἄρνα
αἰτεῖ καὶ πάντως ἓν θύος ἐκλέγεται,
ἀλλὰ λύκους εἴργει. τί δὲ τὸ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν
ὄλλυται εἴτε λύκοις εἴθ' ὑπὸ τοῦ φύλακος;

Ubi vs. 2 corrigam σπενδομένοις, verbis ita iunctis: χαίρων τοῖς σπένδουσι γάλακτι καὶ μέλιτι. Praepositio fere abundans et forma verbi media usu trita offensione carent; sed valde dubito num recte dicatur: ὁ θεὸς μέλιτι σπένδεται, quum activi sit regimen: θεῷ σπένδειν μέλι. Nec recte dici videtur: χαίρειν ἐν γάλακτι. Diversi sunt loci Arist. Nub. 1008. ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων et Ep. App. 200. 3. καὶ σὲ τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πουλὺ μετ' ἀστῶν. In Leonidae epigrammatis vs. 2 notandum vocabulum δαμόθεν. Urbem enim alio loco δῆμον dictam esse non memini. Sed tribus inversa vice saepius dicuntur πόλεις. Vs. 5 verba ποθ' αὑτούς recte Meinekius p. 119. interpretatus est: ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλους dissidiis agitati noto pronominis usu, ut Philipp. A. P. IX, 11. 1. ἀμφότεροι δὲ εἰς αὑτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠράνισαν. Idem vir doctus trium versuum indicavit lacunam. Et iam Casaubonus ad Hist. Aug. Script. t. I. p. 311. post versum quintum versum unum et alterum excidisse suspicatus est, assentiente Iacobsio in Add. ad A. P. Idem in Animadversionibus ὠμὰς ἀχράδας explicuit: acerbas et immaturas. Sed quum ἀχράδες perpetuo dicantur epitheto ὠμαί, v. superius p. 88, equidem malim: ἄστ' ὠμὰς παραθῇς ἀχράδας. Codex: αἴτωμαι παραθής. Vs. 13 codex: τὴν τοῦθ' Ἡ. quod emendavit Meinekius. Idem ἀλλὰ τὺ cum Casaubono et Iacobsio edidit, servato Ἑρμᾶ. Sed in codice legitur: ἄλλοτε τοῦτο Ἑρμαῖ, quod leniter mutatum a poeta profectum esse puto. Adverbium ἄλλοτε saepissime alteri ora-

tionis parti addi, omisso *τότε* in priore parte, notissimum est. Dativi idem usus in verbis: *τοῦτο Ἑρμᾷ*, qui in praegressis: *τὶν τοῦθ' Ἡράκλεες*. Hinc tuearis Antipatri verba falso tentata, A. P. IX, 114. 3.

τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος· οἱ δ' ἐπὶ τούτοις
Νέστορι·

i. e. Nestor sibi habeat. Music. IX, 39. 3. *Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα*. Theaetet Plan. 233. 7. *ἄλλοις ἀκροπόληες*. Callim. A. P. IX, 566. 1. *μικρή τις, Διόνυσε, καλὰ πρήσσοντι ποιητῇ ῥῆσις*. Hom. Il. XXIII, 736. *νίκη δ' ἀμφοτέροισι*, i. e. uterque vincat. Unde defensio paranda epigrammatis primi libri Quinti vs. 2. [1]):

Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐ ρ ε υ γ ο μ έ ν η ν,
γυμνήν μοι διὰ νυκτὸς ὅλης παρέκλινεν ὄνειρος
ἄχρι φ ί λ η ς ἠοῦς προῖκα χαριζομένην·
οὐκέτι γουνάσομαι τὴν βάρβαρον, οὐδ' ἐ π' ἐ μ α υ τ ῷ
κλαύσομαι, ὕπνον ἔχων κεῖνα χαριζόμενον.

Ubi dativus *τοῖς βουλομένοις* audacius etiam cum articulo uno coniunctus est. Nam etiamnunc reponendum esse contendo, quod olim conieci:

τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρυγγανέμεν.,

i. e. meretricem relinquendam illis qui magna mercede noctem redimere volunt. Vulgatam *ἐρευγομένην* Iacobsius

---

[1]) Huius epigrammatis versu quarto mihi plane ineptum videtur: *ἄχρι φίλης ἠοῦς*, quod fortasse mutandum in *ἄχρι καλῆς ἠοῦς*. Confer A. P. V, 201. 1.

Ἠγρύπνησε Λεοντὶς ἕως πρὸς καλὸν ἑῷον
ἀστέρα τῷ χρυσέῳ τερπόμενος Σθενίῳ.

Versu quinto offendunt verba: *οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷκλ αυσομαι*, pro quo malim: *οὐδ' ἐν ἐμαυτῷ*.

nterpretatus erat: »quae viros cogit aurum ipsi effundere, viros itaque emungens," postea in Add. ad A. P. coniecit ἀμεργομένην, eodem fere sensu. Contra Meinekius ad Del. Epigr. p. 187 versum iniuria in vitii suspicionem adductum esse statuit: Sthenelaidem enim iis qui eius consuetudinem appeterent, divitias suas ex corporis quaestu collectas iactare, quo maius amatoribus pretium extorqueret. Multa sunt quae huic interpretationi obstant. Verbum enim βούλεσθαι in re Venerea dicitur de assensu puellarum, quarum concubitum expetis, non de amatoribus; v. A. P. V, 42. 2. XII, 29. 1. 205. 2. ad quem locum Iacobsius Anim. t. X, p. 92. adscripsit Aristaenet. I, 16. προςεγέλασεν ἡδὺ καὶ ἦν σφόδρα βουλομένης τὸ βλέμμα, unde in Epigr. A. P. V, 286. 7.

μοῦνον ἐγὼ χαρίεσσα τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας
θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἄψεσι βουλόμενος

poetae reddidi βουλομένης. Praeterea χρυσὸν ἐρεύγεσθαι translato sensu dictum Graece non significare videtur »divitias iactare" sed »praedives esse." Compara Nicomachum Athenaei XI, 781 F. ὦ χαῖρε χρυσόκλυστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν, ubi scribendum videtur: χρυσόκλυστε, et ipsum Athenaeum XV, 601 C. Εὔπολις· »σάγδαν ἐρυγγάνοντα" λέγων, ὅπερ ὁ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος ἐπὶ τοῦ ἄγαν χλιδῶντος εἰρῆσθαι ἀκούει. Ad eundem modum χρυσὸν ἐρυγγάνων translate dictum est ἄγαν πλουτῶν. Sed proprie dictum significat »auri magnam vim larga manu dare." Praedivitum autem amatorum mentio aptissima, ut de meretrice apud poetam incertum A. P. VI, 283. 1.

ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύσοις ἐπ' ἐρασταῖς,

altera olim coniectura a me restituta erat hac:

τὴν τοῖς βουλομένοις, χρυσὸν ἐρευγομένοις.

Quod nunc mihi durius dictum videtur et propter asyndeton

repudiandum. Haec vero nunc argumentis pluribus firmanda putavi propter Ottonis Schneideri verba, qui Meinekii sententia probata me coeco inventi mei amore duci scripsit, quod Meinekio obmovissem Sthenelaidem si se divitem esse iactaret, quaestui suo certe officere: amatores enim iure postulare potuisse ut sibi minore pretio gratificaretur, ut Strato fecit A. P. XII, 134.

Δός μοι καὶ λάβε χαλκόν· ἐρεῖς ὅτι πλούσιός εἰμι·
δώρησαι τοίνυν τὴν χάριν ὡς βασιλεύς.

Quo in posterum cautum iri spero, ne mihi qui brevitatis studio plura reticere soleo, obtrudantur aliena et fere improba, certe parum humana et prudenti viro indigna. Sed haec in transcursu, quum mihi tractandae sint plures inscriptiones Anthologiae Meleagricae, quas Cephalas in Nonum librum Ἐπιδεικτικῶν retulit. Incerti poetae est c. 317.

α. Χαίρω τὸν λακέρυζον ὁρῶν θεὸν εἰς τὸ Φάλανθον
βρέγμ' ὑπὸ τᾶν ὀχνᾶν, αἰπόλε, τυπτόμενον.
β. αἰπόλε, τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι
εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἐβάτευν.
α. ὄντως σ' Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικεν; γ. οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν
αἰπόλε. β. ναὶ τὸν Πᾶν' αἰπόλε κἀπιγελῶν.

Vs. 1 Iacobsius adiectivum *Φάλανθον* alicui ex senioribus Satyris, Sileno nempe, convenire monuit. Confer Schol. Ar. Nub. 223. *ἐλέγετο δὲ ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνοῦ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν*, Paus. I, 23. 6. *τοὺς γὰρ ἡλικίᾳ τῶν Σατύρων προήκοντας ὀνομάζουσι Σειληνούς*, Ammian. A. P. IX, 756. 3.

νῦν δ' ἡμῖν οὐ γῆρας ἔτ' ἀδρανὲς, ἀλλ' ὁ πεδήτας
Σειληνοῖς κώμων βάσκανός ἐστι λίθος,

Nonn. Dion. X, 425 Σειληνοὶ δὲ γέροντες, XIV, 96. Inscriptum igitur fuisse puto hoc epigramma basi imaginis

Sileni, cui adstabat caprarius, ad cuius verba in secundo disticho confer Theocr. V, 41.

ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
αἵδε κατεβληχῶντο καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

videntur autem hi versus ita scribendi et distribuendi esse:

α. Χαῖρ' ὦ τὸν λακέρυζον ὁρῶν θεὸν εἰς τὸ Φάλανθον
βρέγμ' ὑπὸ τᾶν ὀχνᾶν αἰπόλε τυπτόμενον·
αἰπόλε τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι
εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἐβάτευν·
β. ὄντως σ' Ἑρμαφρόδιτε πεπύγικεν; γ. οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν
αἰπόλε. α. ναὶ τὸν Πᾶν' αἰπόλε κἀπιγελῶν.

Alloquitur caprarius alios pastores oves praeteragentes verbis: χαῖρ' ὦ κτὲ. et narrat se irridendi maxime gratia Silenum paedicasse. Hinc hospes deum senem dicit Hermaphroditum, sed Silenus hanc iniuriam sibi factam negat. Quod vs. 1 scripserunt λακέρυζον, id mihi non magnopere placere fateor. Codex λακόρυζον, in quo aliud quid latere videtur. Vs. 4 codex praebet: χιμάρας ἔβλεπον, quod in ἐβάτευν mutarunt. Equidem conieci: τὰς χιμάρας ἔλεπον. Ita Alexis Athenaei XIV, 663 C. mulieres iubet λέπεσθαι, quod interpretatus est Athenaeus: τῷ δὲ λέπεσθαι χρῶνται ἐπὶ ἀσελγοῦς καὶ φορτικῆς δι' ἀφροδισίων ἡδονῆς. Unde Mnesimacho Athen. XI, 402 F. λέπεται κόρδαξ restituerunt critici. Mercurii imaginis basi inscripti fuerunt versus Philoxeni A. P. IX, 319.

Τληπόλεμος ὁ Μυρεὺς Ἑρμᾶν ἀφετήριον ἕρμα
ἱροδρόμοις θῆκεν παῖς ὁ Πολυκρίτεω,
δὶς δέκ' ἀπὸ σταδίων ἐναγώνιον· ἀλλὰ πονεῖτε
μαλθακὸν ἐκ γονάτων ὄκνον ἀπωσάμενοι.

Ad vs. 3. notavit Iacobsius t. VIII, p. 182 »Haereo in verbis: δὶς δέκ' ἀπὸ στ. quae Reiskius vertit: ad spatium

viginti stadiorum, sensu parum expedito." Quem expeditissimum mihi restituisse videor emendando:

δὶς δέκα πρὸ σταδίων ἐναγώνιον.

Viginti enim stadiorum hoc stadium, ad cuius carceres Mercurii imago collocata erat, fuisse videtur. Ad totum epigramma illustrandum facit inscriptio Philippi, quam in librum sextum *ἀναθηματικῶν* retulit Cephalas, VI, c. 259.

Τίς τὸν ἄχνουν Ἑρμῆν σε παρ' ὑσπλήγγεσσιν ἔθηκεν;
β. Ἑρμογένης α. τίνος ὤν κτἑ.

Mnasalcae exstat inscriptio A. P. IX, 333.

Στῶμεν ἀλιρράντοιο παρὰ χθαμαλὰν χθόνα πόντου,
δερκόμενοι τέμενος Κύπριδος εἰναλίας
κράναν τ' αἰγείροισι κατάσκιον, ἇς ἄπο νᾶμα
ξουθαὶ ἀφύσσονται χείλεσιν ἀλκυόνες.

Cuius primus versus pluribus corruptelis obsitus est. Nam mare dici nequit *ἀλίρραντον*, dici vero recte potest *ἀλιρρόθιον*. Et *χθαμαλὰν χθόνα πόντου* ineptum, quum nulla apta vis verbis *χθὼν πόντου* tribui possit. Sed hisce vitiis medendi non una tantum in promtu est ratio. Servatis enim *ἀλίρραντον* et *πόντου* scribi potest: *στῶμεν ἀλίρραντον πόντου χθαμαλὰν παρὰ θῖνα.* Sed elegantius emendaveris: *ἀλιρροθίου πόντου.* Ita idonea sententia poetae restituta est, sed fateor mihi prae his quibus leniore manu ineptias tollas, arridere emendationem quae audacior dici possit:

Στῶμεν ἀλιρροθίου χθαμαλὰν παρὰ θῖνα θαλάσσης.

Hoc Mnasalcae carmen excipit Persae inscriptio c. 334.

Κἀμὲ τὸν ἐν σμικροῖς ὀλίγον θεὸν ἢν ἐπιβώσῃς
εὐκαίρως, τεύξῃ· μὴ μεγάλων δὲ γλίχου.
ὡς ὅ τι δημογέρων δύναται θεὸς ἀνδρὶ πενέστῃ
δωρεῖσθαι, τούτων κύριός εἰμι Τύχων.

Vs. 3. in textum recepi *ὅ τι* quod Meinekius Del. Ep.

p. 181 reponendum esse vidit. Cod. Pal. ὡς ὅτε, quod in ὡς ἄγε mutavit Brunckius. Sed saepe pluralem ad ὅςτις referri notum est. Gravior vero corruptela inhaeret vocabulo δημογέρων. Deus enim Tychon, quisquis tandem sit, minorum est gentium et plebeiorum deus, sed non est senex. Hinc in basi simulacri olim lectum fuisse opinor:

ὡς ὅ τι δημοτέρων δύναται θεὸς ἀνδρὶ πενέστῃ
δωρεῖσθαι, τούτων κύριός εἰμι Τύχων.

Comparandus Ap. Rh. I, 783. δημότεραι μὲν ὄπισθεν ἐπεκλονέοντο γυναῖκες. Antiphil. A. P. IX, 415. 2. ἡνίκα δημοτέρην Κύπριν ἐναυτολόγει.

Digna etiam quae ex accuratae doctrinae copiis illustretur Callimachi inscriptio A. P. IX, 336.

Ἥρως Ἠετίωνος ἐπίσταθμος Ἀμφιπολίτεω
ἵδρυμαι μικρῷ μικρὸς ἐπὶ προθύρῳ
λοξὸν ὄφιν καὶ μοῦνον ἔχων ξίφος· ἀνδρὶ ἐπείῳ
θυμωθεὶς πεζὸν κἀμὲ παρῳκίσατο.

Qui versus inscripti fuerunt basi statuae pedestris herois ante fores domus Eetionis Amphipolitani. Et ita fere lemma in codice adscriptum: ἐπὶ ἀγαλμάτιον μικρὸν ἐπὶ προθύρῳ ἱστάμενον. Inde pro ἐπίσταθμος, quod pro vulgata ἐπὶ σταθμόν ex codice in textum venit, scribendum ἐπὶ σταθμῷ. Ante fores enim statuam collocatam fuisse in sacello intelligitur ex verbo παρῳκίσατο, vs. 4. quocum compara App. Ep. 256. 5.

Ἀρχέλοχος δ᾽ ὡς αὐτὸς ἐρημοφίλας καὶ ἀγείτων,
ὦ πάριων, τοῖον κἀμὲ παρῳκίσατο.

Inprimis conferenda fabula inter Babrianas n. 63. in qua rusticus sacra facere fingitur heroi, cui sacellum in impluvio dedicaverat. Vs. 3. Brunckius coniecit: καὶ γυμνὸν ἔχων ξίφος, sed recte Naekius Hecales, p. 72. codicis

lectionem defendit et explicuit: *nihil nisi anguem et gladium.* Heroum enim imagines, quae plerumque equestres erant, ut patet ex vs. 4., armis indui solebant. Quod ex hoc Callimachi loco coniectura efficere possumus, sed diserte testatur Scholiastes ad Arist. Vesp. 823. *εἶχον γὰρ οἱ ἥρωες πανοπλίαν· καὶ δῆλον ἐκ τῶν Δαιταλέων.* Poetae versus sunt:

θήρῷον εἴπως ἐκκομίσαις τὸ τοῦ Λύκου . . . . .
οὔκουν ἔχει γ' οὐδ' αὐτὸς ἥρως ὢν ὅπλα.

Ad verba *λοξὸν ὄφιν* confer Plutarchi verba Cleomen. c. 39. *ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις οἱ τὸ σῶμα τοῦ Κλεομένους παραφυλάττοντες εἶδον εὐμεγέθη δράκοντα τῇ κεφαλῇ περιπεπλεγμένον. ἐκ δὲ τούτου δεισιδαιμονία προσέπεσε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἀνδρὸς ἀνῃρημένου θεοφιλοῦς καὶ κρείττονος τὴν φύσιν. Οἱ δ' Ἀλεξανδρεῖς καὶ προςέτρεχον φοιτῶντες ἐπὶ τὸν τόπον, ἥρωα τὸν Κλεομένην καὶ θεῶν παῖδα προςαγορεύοντες. — Καὶ τοῦτο κατιδόντες οἱ παλαιοὶ μάλιστα τῶν ζῴων τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνῳκείωσαν.* Ubi *κρείττων* idem fere significat quod *ἥρως*. Ut in Cimon. c. 19. *τιμῶσι δὲ καὶ Κιτιεῖς τάφον τινὰ Κίμωνος, ὡς Ναυσικράτης ὁ ῥήτωρ φησὶν, ἐν λοιμῷ καὶ γῆς ἀφορίᾳ τοῦ θεοῦ προςτάξαντος αὐτοῖς μὴ ἀμελεῖν Κίμωνος ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι καὶ γεραίρειν*, quod minus recte et hoc loco et Pyrrh. 24. Marii c. 27. *deum* interpretatus est Wyttenbachius in Indice. Ex hoc veterum more serpentes heroibus sacrandi explicanda mihi videtur fabula de Cadmo et Harmonia in draconum formam mutatis, i. e. religione et reverentia heroibus debita cultis, et in eo lusisse videtur Aristophanes Vesp. 438.

ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη
περιορᾷς οὕτω μ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον,

cl. vs. 157. *ἀλλ' ἀποφεύξεται Δρακοντίδης.*

His accedant inscriptiones Anytes A. P. IX, 144.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος, ἐπεὶ φίλον ἔπλετο τήνᾳ
αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος,
ὄφρα φίλον ναύτῃσι τελῇ πλόον· ἀμφὶ δὲ πόντος
δειμαίνει λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον,

ubi pro *ἐπεί* equidem scribendum esse arbitror: *ὅπεῖι*, et Antagorae Rhodii IX, 147.

Ὦ ἴτε Δημητρὸς πρὸς ἀνάκτορον, ὦ ἴτε μύσται
μηδ' ὕδατος προχοὰς δείδιτε χειμερίους.
τοῖον Ξεινοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος ἀσφαλὲς ὔμμιν
ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦδ' ἔβαλεν ποταμοῦ,

cuius versum tertium secundum Brodaei mentem emendavit Brunckius. Codex: *τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς ὁ Λίνδιος*. Item alia Leonidae Tarentini IX, 744.

Ὠὶγινόμοι Σώτων καὶ Σίμαλος, οἱ πολύαιγοι,
οἶα βαθυσχίνων ἄξενε παρολκιδαν
Ἑρμᾷ τυρευτῆρι καὶ εὔγλαγι τὸν χιμάραρχον
χάλκεον εὐπώγων' ὧδ' ἀνέθεντο τράγον.

Vs. 1. Meinekius scripsit *Σώσων*, iure dubitans num *Σώτων* Graecum nomen fuerit. Unicum certe eius exemplum reperi C. I. c. 1800. 3. ubi Broeckhius *Σωτίων*. Sed eidem ex codice *ἄ ξένε* scribendum esse rato recte oblocutus est Hermannus, cui pro parte retribuo emendationem versus secundi, quam fere certam puto. Ex sagaci enim viri sagacissimi admonitione literas ΑΡΟΛΚΙΔΑΝ simillimas esse ductibus vocabuli ΑΡCΑΚΙΔΑΝ ego perspexi olim scriptum fuisse *'Αρκασιδᾶν*, de qua forma v. Lobeck. Paralip. I, p. 4. Callim. Dian. 216. *κούρην Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκασίδαο*. Nec facile in tanta literarum IC et C similitudine genuinum *'Αρκασιδᾶν* a corrupto *'Αρσακιδᾶν* dignosci potest. Arcadiae autem hoc loco utpote pascuis laetissimae, mentio aptissima. Quare totum versum ita informandum puto: *οἶα βαθυσχίνω γᾶς ξέν' ἐπ' 'Αρκασιδᾶν*.

His verbis redditur ratio verborum praegressorum: *οἱ πολύαιγοι*, et sequentium quod Mercurio Arcadum potissimum agrestium deo hunc caprum dedicaverint pastores; *οἷα* igitur est *οἷά τε*, cuius usus exempla dedi in Epist. Crit. Philol. 1850. p. 425.

Theocriti quae legitur inscriptio A. P. IX, 598. haud dubie ipsi basi statuae publice Camiri in honorem Pisandri Camirensis positae incisa fuit, quod ipsis inscriptionis verbis docemur:

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὔμμιν υἱὸν ὡνὴρ
τὸν λειοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα
πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος συνέγραψεν ὡ'κ Καμείρου
χὤσους ἐξεπόνησεν εἶπ' ἀέθλους·
τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
ἔστασ' ἐνθάδε χάλκεον ποιήσας
πολλοῖς μασὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

In qua, ut dialecti norma constet, scripsi vs. 3. *πρᾶτος* pro *πρῶτος*, et vs. 5. *ἐξεπόνησεν* pro *ἐξεπόνασεν*. Ad verba *ὡς σάφ' εἰδῇς* confer Theocriti Id. XV, 91. *ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν.* Erinnam A. P. VII, 710. 6. *χὤτι γένος Τηλία, ὡς εἰδῶντι.* In vs. 7. male me habet dictio *χαλκοῦν ποιεῖν τινά*, *aeream alicui ponere statuam.* Neque probandam putaverim Graefii et Welckeri sententiam qui in vs. 22. Epigr. Syll. ω. 184. p. 210. 238.

χρυσοῦν ποιήσεις χρησμὸν ἐπιτυχὼν, φίλε.

Interpretati sunt »me in tabula aurea inscribi iubebis." Quod vel propter pronomen *μέ* omissum repudiandum. Et in Theocriti loco exspectaveris: *ποιησάμενος*, quum medii formae vis sit »iubere poni, ponendam curare statuam." Malim igitur:

τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
ἔστασ' ἐνθάδε χάλκεον ποιητάν.

Legitima enim dicendi forma est *χαλκοῦν ἱστάναι*, et *ποιητάν* adeo iungendum cum pronominibus *τοῦτον αὐτόν*. In marmore hodieque superstite et Anacreontis imagini subscriptum legitur eiusdem Theocriti epigramma IX, 599. si Ligorio fides ex quo hoc enotavit Welckerus Mus. Rhen. 1845. p. 467. Inscriptionem quidem fuisse hoc epigramma nullum dubium, quam hoc loco nisi plane integritati restitutam, at saltem a vitiis, quae recentiores intulerunt, perpurgatam dabo:

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, ὦ ξένε,
σπουδᾷ καὶ λέγ' ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς·
Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ
τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν·
προσθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο,
ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

Vs. 3. corruptum est *ἐν Τέῳ*. Imaginem enim non in insula Ionica Teo positam fuisse ipsa dialectus docet. Quae documento est eam in vestibulo aedium privati hominis Doriensis collocatam fuisse. Scribendum est: *ἐκ Τέω*, i. e. *Ἀνακρέοντος Τηΐου*. Qui sequitur versus parum recte criticorum opera constitutus est. Pessime enim dictum: *Ἀνακρέοντος — εἴ τι περισσόν*. Graecum esset: *εἴ τινος περισσοῦ*. Ut in Soph. O. C. 734. *σθένουσαν εἴ τιν' Ἑλλάδος μέγα*. Ai. 487. *ἐξέφυν πατρὸς εἴπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ Φρυγῶν*. Strabo V, 2. t. I. p. 362. Tauchn. *καὶ γὰρ εἴ τισιν ἡμῖν γε οὐκ ἂν ὑπῆρξαν ὁραταί*. In codice legitur: *τῶν προσθ' ἐντι περισσὸν ᾠδοποιοῦ*, quod ita emendandum puto:

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον. ἐκ Τέω
τοῦ πρόσθεν τι περισσὸν ᾠδοποιοῦ.

In quibus τὶ περισσόν referas ad εἰκόνα, quum ipsa imago egregia arte elaborata fuisse videatur.

Ita in statua Eunomi citharoedi in templo Delphico, de cuius periegetis Plut. de Pyth. Orac. c. II. ἐπέραινον οἱ περιηγηταὶ τὰ συντεταγμένα, μηδὲν ἡμῶν Φροντίσαντες ἐπιτεμεῖν τὰς ῥήσεις καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐπιγραμμάτων, quarum inscriptionum unam apposuit de Tranq. Anim. c. 6. οὐκ ἀνέγνωκας οὖν τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν ΔελΦοῖς·

ὑγρᾶς καὶ τραΦερᾶς βασιλεὺς Ἆγίς μ' ἀνέθηκεν,

inter plurimas alias inscriptiones legebatur carmen quod servatum exstat in Anth. Pal. IX, 584. εἰς ἄγαλμα Εὐνόμου τοῦ κιθαρῳδοῦ ἑστῶτος ἐν ΔελΦοῖς, ἔχοντος ἐπὶ τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν μουσικὸν τέττιγα.

Εὔνομον, Ὦπολλον, σὺ μὲν οἶσθά με πῶς ποτ' ἐνίκων
Σπάρτιν ὁ Λοκρὸς ἐγώ· πευθομένοις δ' ἐνέπω.
αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον· ἐν δὲ μεσεύσᾳ
ᾠδᾷ μοι χορδὰν πλᾶκτρον ἀνεκρέμασεν·
καί μοι Φθόγγον ἑτοῖμον ὁπανίκα καιρὸς ἀπῄτει
εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τὤτρεκὲς οὐκ ἔμενεν.
καί τις ἀπ' αὐτομάτου κιθάρας ἐπὶ πῆχυν ἐπιπτὰς
τέττιξ ἐπλήρου τοὐλλιπὲς ἁρμονίας, κτέ.

In versu quarto mihi mire dictum videtur: πλῆκτρον ἀπεκρέμασε χορδήν, pro quo verbum requiro quale est ἐκερμάτισεν, cl. Hesych. κατεκερμάτισεν, συνέθραυσεν. Vs. 6. recte puto Iacobsium emendasse: οὐκ ἔνεμεν, quorum verborum in codicibus frequentissima est confusio, sed quum durius hoc ad subiectum χορδάν referatur, insuper initio versus quinti καί mutaverim in pronomen relativum ἅ. Vs. 8. τοὐλλιπές ex criticorum emendatione in textum illatum est. Codex τὤτρεκές, quod errore ex vs. 6. hic irrepsisse putant. Equidem cogitavi an forte reponi posset τὠκρεκές. Quod adiectivum ἀκρεκής a verbo κρέκειν

eadem ratione formatum qua *ἀπρεπής* a verbo *πρέπειν*. Ita vs. 3. *αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον*. Hoc carmen sedecim versuum revera inscriptionem fuisse patet ex vs. 2. *πευθομένοις δ' ἐνέπω*, quibuscum confer C. I. 3118. 1.

Ἰχνεύεις, ὦ ξεῖνε, τίς εἴμ' ἐγὼ ἢ κατὰ γαίης
ἢ τίνες οἱ πατέρες τὴν μελέην ἔτεκον.

Append. Epigr. 307. 1.

Εἴπερ πυνθάνεαι τίς ἔφυν, ξένε, τίς τ' ἐγενήθην
ὦ παροδῖτα μάθε στὰς ὀλίγον πρὸ τάφων,

ut recte versum primum addito *εἴπερ* supplevit in corpore Inscriptionem n. 1888 Boeckhius. Praeterea vix ferenda tautologia in eodem versu: *τίς ἔφυν τίς τ' ἐγενήθην* argumento est verba negligenter e lapide descripta esse, sed quid reponendum sit coniectura non facile assequaris. Hinc patet verissime Graefium emendasse Meleagri inscriptionem A. P. VII. 468. 10.

τοῖς μὲν ὁμιλήσασι ποθεῖν πάρα, τοῖς δὲ τοκεῦσι
πενθεῖν, τοῖς δ' ἀγνὼς πευθομένοις ἐλεεῖν.

ubi vulgo legitur: *ἀγνῶς*. Ut idem Meleager in alia inscriptione c. 470. 1. *εἰπὸν ἀνειρομένῳ τίς καὶ τίνος ἐσσί.* Non diversa usa est dicendi ratione Sappho in inscriptione A. P. VI, 269.

Παῖδες ἄφωνος ἐοῖσα τετ' ἐννέπω αἴτις ἔρηται,
φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Αἰθοπία με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρίστα
Ἑρμοκλείταο τῶ Σαοναϊάδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾧ σὺ χαρεῖσα
πρόφρων ἁμετέραν εὐκλέϊσον γενεάν.

Huic carmini librarius in codicis Palatini margine adscripsit: *ὡς Σαπφοῦς· εἰς τὸ ἀντίβολιν οὐ κεῖται τοῦ Κύρου Μιχαήλ. πόθεν οὖν ἐγράφη οὐκ οἶδα.* Qua glossa docemur codicem Palatinum pleniorem esse ipsa Cephalae Antholo-

gia, ex cuius autographo apographum suum Michaël descripsit. Ex verbis: *ὡς Σαπφοῦς* ne forte quis colligat hoc epigramma Sapphoni abiudicandum esse, satis caveri videtur altero lemmate ad VI, 273. *Ὡς Νοσσίδος.*

Ἄρτεμι Δᾶλον ἔχοισα καὶ Ὀρτυγίαν ἐρόεσσαν
τόξα μὲν εἰς κόλπους ἄγν' ἀπόθου Χαρίτων,
λοῦσαι δ' Ἰνωπῷ καθαρὸν χρόα, βᾶθι δ' ἐς οἴκους
λύσουσ' ὠδίνων Ἀλκέτιν ἐκ χαλεπῶν.

Qui versus ut luculentius etiam mulieris Locrensis, v. A. P. VII, 718, prodant manum, corrigendum est:

βᾶθι δὲ Λοκρούς.

Vulgatae enim nullus commodus sensus, quod dominae aedium ad quas Dianam Lucinam venire precatur poetria, nomen addendum erat, nec apte huc nomen Alcetidis ratrahere licet. Neque dubium quin urbs ipsa, non domus hominis privati hic memoranda sit. Ad vs. 2. confer Phaedimum VI, 271, 3.

οὕνεκά οἱ πρηεῖα λεχοῖ δισσὰς ὑπερέσχες
χεῖρας, ἄτερ τόξου πότνια νισσομένη.

Vs. 3. recte Meinekius Ἰνωπῷ pro codicis lectione Ἰνωπῷ. Ad Sapphonis epigramma in margine codicis adscriptum: ὁλόσφαλτον, quae vitia inter recentiores plurimi et sagacissimi critici tollere conati sunt, Bentleius, Reiskius, Toupius, Iacobsius et nuperrime Meinekius Delect. p. 225 sq. qui post suam operam nihil iam incerti et obscuri in eo inesse affirmavit. Fieri sane potest ut ego pessime aberrem, sed diffiteri non possum mihi etiamnunc in eo omnia perquam incerta videri, nam statim quod primo disticho unice verum ait Meinekius:

Παῖδες, ἄφωνος ἐοῖσα τότ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν,

id ut ab elegantissima muliere profectum putem, nullo

pacto adduci possum. Cuius dissensus rationes singulas non explicabo, quum mihi persuasum sit criticos quotquot hos versus sibi tractandos sumserant, Sapphonis mentem parum perspexisse. Annotavit enim Bentleius statuam dicere se vel mutam loqui posse, si quis inscriptionem quatuor qui sequuntur versiculis constantem legere velit, ante pedes in basi positam, et ad eandem normam Meinekius scripsit hoc epigramma insculptum fuisse basi statuae, quam loquentem induxisse poetriam. Sed diserte inscriptionis verba demonstrant ipsam statuam, i. e. statuae basin *ἄφωνον* esse, nulla igitur inscriptione ornatam. Neque de statua cuius basi insculpta est inscriptio dici potest, ei vocem ante pedes positam esse. Omnia enim quae ad basin statuae iacent, ante pedes statuae iacere dicuntur a Graecis. v. Leonidam Leonidam A. P. VI, 200.

Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα
Ἀμβροσίη κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δεσμὰ κόμας καὶ πέπλον, ἐν ᾧ δεκάτῳ ἐπὶ μηνὶ
δισσὸν ἀπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων.

cuius alterum distichon ita emendandum:

ἐφ' ᾧ δεκάτῳ ἐνὶ μηνὶ
δισσὸν ὑπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων.

Verbis *ἐφ' ᾧ* ratio redditur quare hoc donarium dedicaverit Ambrosia: praepositio *ἐνί* unice apta, et *ὑπό* idem fere quod *ὑπέκ*, quod aliis fortasse praestare videbitur. Addantur Achaeus ap. Schol. Eur. Or. 363. v. Meinek. Anal. Alex. p. 161.

Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται . . . .
θαλλούς τε θεῶν γέρας . . . .
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι
τῆς ἀστερόπου Ζηνὸς θυσίας.

Pausan. IX, 19. 4. *πρὸ τοῦ ἀγάλματος τῶν ποδῶν τιθέασιν*

ὅσα ἐν ὀπώρᾳ πέφυκε γενέσθαι. Priorum igitur versuum sensus est: Arista quae me Dianae dedicavit nullis in basi inscriptis versibus, tabulam votivam cum inscriptione incisa ante basin collocari iussit, si quis scire cupit quaenam me deae sacraverit." Conferas Pausan. V, 25. 2. ἔστι δὲ πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ 'Ορκίου πινάκιον χαλκοῦν, ἐπιγέγραπται δὲ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτοῦ. Leni autem manu ipsa poetriae verba sananda sunt·

Παῖδες, ἄφωνος ἐοῖσ' ἅπερ ἐννέπω αἴ τις ἔρηται,
Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν
Αἰθοπία με κόρα Λατοῦς ἀνέθηκεν 'Αρίστα.

Inscriptio haec tabulae votivae dicitur φωνὰ ἀκαμάτα. Vs. 1. nunc emendavi ἅπερ ἐννέπω. Olim minore mutatione litera T in digamma aeolicum converso, quod saepissime factum v. Ahrens. Dial. Aeol. p. 31. conieceram: ἅτε Fεννέπω αἴ τις ἔρηται. Sed verbo ἐννέπειν digamma addere nunc non ausim. Plurimarum coniecturarum, quibus secundum pentametrum restituere tentarunt eruditi, optima sine dubio quam protulit Meinekius:

ἁ 'Ερμοκλεῖδα τῶ Σαϋλαϊάδα.

Equidem unam literam α traiicere malim hac ratione

ἁ 'Ερμοκλείτω τῶ Σαϋνηϊάδα.

Quod patronymicum Hermocliti a patris nomine Σαυνεύς repeto: Σαϋναϊάδα correxit Keilius Anal. Epig. p. 118. non improbante Ahrensio Dial. Dor. p. 506 sq. qui nomina Boeotica Σαύμειλος et Σαυκράτεις comparat. Vs. 5 ineptum est: ᾇ σὺ χαρεῖσα, quum femininum ad Aristam, non ad donarium referendum sit. Corrige: ᾧ σὺ χαρεῖσα. Verbum χαρῆναι de diis dictum qui victimas vel dona lubentes accipiunt aut donantibus propitii sunt, illustravit Bentleius ad Call. fr. 417. p. 302. ed. Blomf. Idem reddendum poetae qui Syringa scripsit A. P. XV. c. 21. 16.

ᾧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
πᾶμα πάρις θέτο Σιμιχίδας
ψυχὰν ἀεὶ βροτοβάμων . . . .
λαρνακόγυιε χαίροις
ἁδὺ μελίσδοις.

Quae sensu destituta, nisi ita corrigantur: ψυχὰν ᾇ — χαρείς, i. e. σύριγγι. Si pronomen ad proximum πᾶμα referre mavis, scribe: ᾧ. Notabilis praeterea in Sapphonis epigrammata transitus a tertia persona ἀνέθηκεν vs. 3. ad primam ἀμετέραν vs. 6. Alia huius mutationis exempla App. Ep. 322.

Σοὶ, Παιῆον ἄναξ Ἀσκληπιὲ, τήνδ' ἀνέθηκεν
εὐξάμενος στήλην λαϊνέην ὁ Βάλης,
νούσου ἐπεί μ' ἀκέσω βαρυαλγέος.

Parrhasius Athen. XII, 543 C.

Ἀβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τόδ' ἔγραψεν
Παρράσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου·
οὐδὲ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς μ' ἀνέφυσεν
γνήσιον Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.

In quo vs. 1 vulgo legitur: τάδ' ἔγραψεν, et vs. 3. ὅς νιν ἔφυσεν ex Iacobsii coniectura. Libri: ὅς γ' ἀνέφυσεν, quod emendavi. Adde Leonidam A. P. VII, 506. 1. sed in Philippi epigrammate A. P. VI, 236.

Ἔμβολα χαλκογένεια, φιλόπλοα τεύχεα νηῶν
Ἀκτιακοῦ πολέμου κείμενα μαρτύρια,
ἤνιδε σιμβλεύει κηρότροφα δῶρα μελισσῶν,
ἑσμῷ βομβητῇ κυκλόσε βριθόμενα. κτἑ.

recte Brunckius vulgatam κείμεθα mutavit in κείμενα. Asyndeton enim durissimum nisi κείμενα scribatur. Ita σιμβλεύει active dictum: ἔμβολα σιμβλεύει μέλι. Rostra tamquam alvearia mel ferunt.

Ex Anthologia Meleagrica praeterea ducta fere omnia

epigrammata quae Cephalas inscripsit: ἐπιγράμματα διαφόρων μέτρων et in librum Decimum Tertium collecta dedit. In quo ad c. 28. adscriptum legitur praeter Simonidis nomen: Καλλιμάχου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον, unde nonnulli epigramma Simonidis Callimacho tribuerunt. Sed Simonidis carmen sequebatur Callimachi epigramma quod inter sepulcralia in Codice Palatino relatum exstat VII, c. 728. in alio vero libro manuscripto inter epigrammata libri Decimi Tertii legebatur. Inde ductae etiam Simmiae inscriptiones Πέλεκυς et Πτέρυγες Ἔρωτος A. P. XV, 22 et 24. quarum haec statuae Amoris alatae, in templo dedicatae incisa fuit, haec Epei securi, quam Athenis asservabant. In iis conspicua felix et audax et sana dictio et metro choriambico semper pede demto decrescente facillima ratione poematia accommodari poterant statuarum quibus inscriberentur formae. Etiam Dosiadae Ara inscriptio fuit quae Arae cui inscripta erat figuram referebat. Id quod demonstratur versus adscripta in A. P. XV, 25.

Δωσιάδα βωμὸς Δωριέως ὃν ἔστασε μούσαις ἐν γᾷ,

quae verba facillime numeris choriambicis adstringas:

Δωσιάδα Δωριέως βωμὸς ὃν ἔστασ' ἐνὶ γᾷ υ Μούσαις.

Poetam ipsum non diversum habeo ab historico qui res Cretensium perscripsit, v. Athen. IV, 143. A. VI, 264. A. Diod. Sic. V, 80. Etiam epigramma A. P. VII, 154. quod cippo insculptum legit Paus. I, 43. 7. a Meleagro descriptum puto, item distichon in equum Phidolae VI, 135. basi inscriptum equi deo dicati v. Paus. VI, 13. 5. et alia ut Leonidae epigramma VI, 130. apud Paus. I, 13. 2. Antipatri quoque Sidonii epigramma in Homerum A. P. VII, 6. in lapide scriptum exstat, sed alterum eiusdem poetae in Homerum epigramma VII, 2. descri-

ptum fertur in marmore in insula Io reperto, quod confictum esse et spurium docuit Welckerus Diurn. Ant. 1844. p. 300. Quem latuit verba corrupta: *ἄδ' ἔλαχον νασῖτις οὐ γὰρ ἐν ἄλλᾳ πνεῦμα θανών* ex hoc Antipatri epigrammata ducta esse.

Sed dubito an in Meleagri Anthologia lecta fuerint epigrammata A. P. VI, 342. cui adscriptum: *ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ τῶν Κυζικηνῶν*, et VI, 344. cuius lemma: *ἐπὶ τῷ ἐν Θεσπιαῖς βωμῷ.*

Θεσπιαὶ εὐρύχοροι πέμψαν ποτὲ τούσδε σὺν ὅπλοις
τιμωροὺς προγόνων βάρβαρον εἰς Ἀσίην,
οἳ μετ' Ἀλεξάνδρου Περσῶν ἄστη καθελόντες
στῆσαν ἐριβρεμέα δαιδάλεον τρίποδα.

Quos versus tripodi inscriptos fuisse docet pronomen demonstrativum *τούσδε*; nomina autem militum Thespiensium, qui cum Alexandro profecti erant, inferius adscripta fuerunt. Comparavit Iacobsius Philiadae inscriptionis fragmentum in Thespienses a Persis caesos:

ἄνδρες τοί ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος
λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος,

v. App. Ep. 94. Inde in nostro carmine explicanda verba *τιμωροὺς προγόνων*. Epitheton autem *ἐριβρεμέα* tripodi tributum satis videretur aptum esse, si sermo esset de lebete *ἐμπυριβήτῃ*, tripodi vero Diis oblato non convenit. Corruptelae suspicionem auget syllaba brevis in pentametri caesura, quam transpositis hemistichiis tollit Iacobsius, et Dei nomen, cui tripus dedicatus est, omissum. His difficultatibus occurrere licet, scripto:

στῆσαν Ἐριβρεμέτῃ δαιδάλεον τρίποδα,

i. e. Iovi Tonanti. Ita Mercurius dicitur *Ἀρκάς* A. P. VI, 315. 2. et *Κυλλήνιος* Simpliciter a Philippo A. P. VI, 92. 6. et Neptunus *Ἅλιος* Plan. 214. 5.

Epigramma autem Cyzicenum Gregorii Magistri opera descriptum a Constantino demum Cephala Anthologiae insertum puto. De quo inferius dicam; hoc loco ipsum carmen, opportunitate data, corrigam:

Ἄθρησον Χαρίτων ὑπὸ παστάδι τῇδε τριήρους
στυλίδος τᾶς πρώτας τοὔθ' ὑπόδειγμα τέχνας·
ταύταν γὰρ πρώταν ποτ' ἐμήσατο Παλλὰς Ἀθήνη
τάνδε πόλει στάλαν ἀντιδιδοῦσα χάριν·
Τοὔνεκεν ὑψίστᾳ Τριτωνίδι νηὸν ἔτευξεν
Κύζικος ἅδ' ἱρᾷ πρῶτον ἐν Ἀσιάδι·
δεῖγμ' ἃ καὶ πλίνθων χρυσήλατον ἤγαγεν ἄχθος
Δελφίδα γᾶν, Φοίβῳ τάνδε νέμουσα χάριν.

Vs. 7 et 8. nunc in textum recepi emendationes quas pridem proposui. Codex: *δεῖγμα καί*, quem trochaeum in primo pede sustuli. Iacobsius infelici conatu: *δεῖγμά τε καί*. Ad *πλίνθων* confer Bianorem A. P. IX, 423. 3. *αἵ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον.* Vs. 8. vulgatum est: *τάνδ' ἐνεποῦσα χάριν*, quam dictionem Graecam et aptam esse negabo, donec certa eius exempla proferantur; etiam aoristo praesens substituendum est. Et literae unciales Π et Μ centies confusae. Plane geminum est, quod legitur in epigrammate Halicarnassensi C. I. c. 2661. a.

Νόσσος Μυρμιδόνος κούραν Διὸς ἄνθετο παῖδα
Ἄρτεμιν εὐόλβῳ τῷδε παρὰ προπύλῳ
Φοίβῳ Ἀγυιεῖ τάνδε νέμων χάριν.

Cyziceni igitur huius donarii effigiem auream Delphos miserunt in templo Apollinis dedicandam. Sed quidnam hoc donarium habendum sit, de eo dissentientes vides interpretes. Buttmannus enim *τριήρη σταλίδα* emendandum ratus columellam triplicem, Gratiarum fortasse symbolum, qualia *δόκανα* fuerunt Dioscuros significantia intellexit. Cuius sententiam latius explicuit Boeckhius, qui utilia de

hoc carmine notavit in Explic. ad Pind. Ol. VII, p. 172. »In Asia Athenarum neptis Cyzicus, quae ob architecturam et operum organicorum peritiam cum Rhodo apud Strabonem XIV. p. 695 C. componitur, per Milesios Atheniensium colonos tradita sibi religione Minervae, ab hac sibi dea donatam artis facultatem gloriata est.'' Intelligendam autem censet Boeckhius primae artis sculptoriae opus et a Pallade ipsa factum donatumque Cyzicenis quum primum ii templum condidissent, *triangularem* igitur *cippum* sive *columellam*, triadis Gratiarum Symbolum, unde postea mortalis alicuius ingenio et invento ars prognata sit.'' Rectius vero pro parte Walcherus Mus. Rhen. 1845. p. 273. opus hoc vere sculptorium fuisse putat, statuam triplicem et unam Gratiarum, fere ut Hecates trigeminae imagines, στήλη de statua et imagine dictum multis recentiorum scriptorum et poetarum locis demonstrans. Quibus alia ex antiquioribus ducta addi possunt quae alio loco collecta dabo. Iacobsius vero qui olim pronior in Buttmanni sententiam fuerat, posterius in Addendis ad Anth. Pal. de nulla alia arte hic agi putavit quam de navium exstruendarum regendarumque ratione quam Argo traditam esse a Minerva vulgo narrant. Equidem prius, maxime propter verba χρυσήλατον ἄχθος, quae mihi de columellae effigie dicta propter auri laterum pondus intelligi non posse videbantur, haec adscripta vel inscripta putavi ferro primae navis a Minerva aedificatae. Quod nunc ipse repudiandum puto, quum aureae effigiei pondus in maius auctam esse nil mirum sit. Donarium igitur nunc cum Buttmanno, Boeckhio, Welckero fuisse puto columellam prismatam in cuius lateribus singulis singularum dearum, Aglaïae, Euphrosynae et Thaliae fuerunt imagines. Initium carminis recte Buttmannus emendavit:

Ἄθρησον. Χαρίτων ὑπὸ παστάδι τᾷδε τριήρη
σταλίδα· τᾶς πρώτας τοῦθ' ὑπόδειγμα τέχνας.

Ubi χαρίτων iungendum esse cum σταλίδα demonstrant verba: ὑπὸ παστάδι τᾷδε, quod Minervae templi fuisse coniicio. Mox τᾶς πρώτας τέχνας significant τῆς ἀρχαιοτάτης, ut saepe de artis operibus Pausanias: τέχνης ἀρχαίας et τέχνης τῆς ἐφ' ἡμῶν. Ad haec verba, minime ad σταλίδα referendus versus sequens:

ταύταν γὰρ πρώταν ποτ' ἐμήσατο Παλλὰς Ἀθάνα.

Haec enim est antiquissima ars ab ipsa Pallade inventa, cuius hoc superest monumentum, eiusque artis peritiam Cyzicenis tribuit Minerva, urbis Cyzici dea tutelaris. Vix recte alii statuerunt hanc columellam a Dea Cyzicenis dono datam esse, quam sententiam ex coniectura intulerunt vs. 4. ubi codex: τάνδε πολιστάλαν. Mihi totus locus ita scribendus videtur:

ταύταν γὰρ πρώταν ποτ' ἐμήσατο Παλλὰς Ἀθάνα
τᾷδε πόλει καλὰν ἀντιδιδοῦσα χάριν,
οὕνεκεν ὑψίστᾳ Τριτωνίδι ναὸν ἔτευξεν
Κύζικος ἅδ' ἱρᾷ πρῶτον ἐν Ἀσιάδι.

Nec sane dubitari potest quin οὕνεκεν scribendum sit pro τοὔνεκεν, et apte ita Minerva Cyzicenis pro templo sacrato gratias rependisse dicitur. Quod pro donariis dedicatis deos facturos esse in votis erat. Confer Macedonium A. P. VI, 40. 3.

δὸς δὲ βόε ζώειν ἐτύμω καὶ πλῆσον ἀρούρας
δράγματος, ὀλβίστην ἀντιδιδοῦσα χάριν

c. 42. 5.

ὧν τὰ μὲν ἐκ κήποιο, τὰ δ' ὑμετέρης ἀπὸ πέτρης
δέξο καὶ ἀντιδιδοὺς δὸς πλέον ὧν ἔλαβες.

Anacreon VI, 346.

Τελλίᾳ ἱμερόεντα βίον πόρε Μαιάδος υἱὲ

ἀντ' ἐρατῶν δώρων τῶνδε χάριν θέμενος.
δὸς δέ μιν εὐθυδίκων Εὐωνυμέων ἐνὶ δήμῳ
ναίειν αἰῶνος μοῖραν ἔχοντ' ἀγαθήν.

In quo *εὐθυδίκων* omnium tribulium aut paganorum epitheton non ferendum est. Quamobrem nisi *εὐρυχόρῳ* aut *εὐθυμάχων* scribendum quod tamen minus probabile videtur, Anacreontem scripsisse puto:

δὸς δέ οἱ εὐθυδίκῳ Εὐωνυμέων ἐνὶ δήμῳ
ναίειν αἰῶνος μοῖραν ἔχοντ' ἀγαθήν.

Cui confer Diotimum A. P. VI, 267.

Φωσφόρος ὦ σώτειρ', ἐπὶ Παλλάδος ἕσταθι κλήρων
Ἄρτεμι καὶ χαρίεν Φῶς ἑὸν ἀνδρὶ δίδου·
. . . . οὐ γὰρ ἀφαυρῶς
ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.

Idem votum in Asclepiadis inscriptione A. P. V, 202. 5.

Κύπρι φίλη, σὺ δὲ τῇδε πόροις νημερτέα νίκης
δόξαν, ἀείμνηστον τήνδ' ἐπιθεῖσα χάριν.

Ubi ad eandem normam Iacobsius scripsit: *νίκης δόξαν ἀειμνήστου, τήνδ' ἐπιδοῦσα χάριν*, sed verbum *ἐπιδιδόναι* hic locum non habet. Hactenus tamen Iacobsio assentior *ἀείμνηστον* rectius cum *δόξαν* coniungi quam cum *χάριν*. Quare maluerim:

δόξαν ἀείμνηστον, τῶνδ' ἐπιθεῖσα χάριν.

Id quod explicatius dixit Anacreon: *ἀντ' ἐρατῶν δώρων τῶνδε χάριν θέμενος.* Attamen negare non ausim veram poetae manum assecutum esse Schneidewinum, qui *χάρις* de donario Plangonis interpretatus, coniecit:

ἀείμνηστον τήνδε τιθεῖσα χάριν.

Inter inscriptionem Thespiensem et Cyzicenam, quas propter aetatem qua scriptae sunt hoc loco tractandas mihi putavi, media inserta legitur inscriptio Attica quam Simonidi tribuendam esse vidit Schneidewinus ad Simonid.

p. 176. In codice Palatino adscriptum *ἄδηλον* VI, 343.

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
δεσμῷ ἐν ἀχνυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν
τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν.

In fine Schneidewinus ex optimi codicis Herodoti lectione *ἀνέθεσαν* scripsit *ἀνέθεν*. Quam verbi formam equidem poetis usitatam fuisse nego. Ducta est ex vetustissima inscriptione apud Boeckhium n°. 29.

Τἀργεῖοι ἀνέθεν τῷ Διὶ τῶν Κορινθόθεν.

Sed corrigas *ἀνέθεντο*, quo species senarii quam his verbis addere cupit Boeckhius evanescit. Plena inscriptio fuisse videtur: *τῶν Κορινθόθεν λαφύρων δεκάταν*. Galeae enim pars tantum superstes, in qua legitur: ANEΘEN TOI ΔIΓI. Vs. 3. pro *ἀχνυόεντι* codex Palatinus *ἀχνυνθέντι* quod Iacobsius a verbo *ἄχνυμαι* repetiit. Hoc fieri posse recte negavit Lobeckius ad Buttm. Gr. t. II, p. 64. Ex plurium codicum lectione *ἀχνυθέντι*, mutato Θ in O ego *ἀχνυόεντα* erui, quod probavit Schneidewinus. Ut ab *ἀχλύς*, *ἀχλυόεις*, ita ab *ἀχνύς*, *ἀχνυόεις*. Confer E. M. 165. 1. *ἀχνύς· ἡ λύπη· οἷον*

τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύϊ λείβεται αἰών

ubi recte *λείβεται* pro vulgata *εἴβεται* Meinekius An. Al. p. 168. Comparandus Homeri versus Od. V. 152. *κατείβετο δὲ γλυκὺς αἰών*. In eodem libro sexto legitur incerti poetae inscriptio Rhodiaca, quae a Meleagro nisi Anthologiae addita est. certe addi potuit, VI. c. 171.

Αὐτῷ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακύναντο κολοσσὸν
τόνδε Ῥόδου ναέται Δωρίδος Ἀέλιε,
χάλκεον, ἀνίκα κῦμα κατευνάσαντες Ἐνυοῦς
ἔστεψαν πάτραν δυσμενέων ἐνάροις.
οὐ γὰρ ὑπὲρ πελάγους μόνον ἄνθεσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν γᾷ

ἁβρὸν ἀδουλώτου φέγγος ἐλευθερίας·
τοῖς γὰρ ἀφ' Ἡρακλῆος ἀεξηθεῖσι γενέθλας
πάτριος ἐν πόντῳ κὴν χθονὶ κοιρανία.

In cuius vs. 3. *χάλκεον* vulgo iungitur cum *κολοσσόν*. Equidem adiectivum ad *κῦμα* referre malim, collato Hegesippi versu A. P. VI, 124. 3. *πολλὰ σιδαρείου κεκονιμένα ἐκ πολέμοιο*, et Antipatri VII, 232. 2. *πολλὰ σιδηρείης χερσὶ θιγόντα μάχης*. Vs. 5. *ἄνθεσαν* criticorum demum opera praepostera in textum receptum est, qui parum reputasse videntur nullum esse idoneum sensum verborum *ἀνατιθέναι φέγγος*. Codex *κάτθεσαν*, unde emendandum esse coniicio:

οὐ γὰρ ὑπὲρ πελάγους μόνον ἅψαντ', ἀλλὰ καὶ ἐν γᾷ
ἁβρὸν ἀδουλώτου φέγγος ἐλευθερίας.

Plerumque quidem dicitur: *ἅπτειν φέγγος*, *πῦρ*, *σέλας*, sed medii forma usos esse poetas nil mirum. Et ita Agathias A. P. IX, 152. 5. *Ἀτρειδᾶν ὀροφηφάγον ἁψαμένων πῦρ.*

His subiungam alias inscriptiones per capita distributas, additis veterum scriptorum locis aliarumque inscriptionum exemplis, quibus demonstratur, haec carmina non esse epigrammata *ἐπιδεικτικά*, sed revera e lapidibus donariisque descripta. Ut enim iuvenes Apollini, puellae Dianae diis *κουροτρόφοις* comas detonsas sacrabant, — de quo more festis diebus solemni nobilissimi loci afferendi, Pamphil. Athen. XI, 88. *οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν ἔφηβοι εἰςφέρουσι τῷ Ἡρακλεῖ μέγα ποτήριον πληρώσαντες οἴνου, ὃ καλοῦσιν οἰνιστηρίαν καὶ σπείσαντες τοῖς συνελθοῦσι διδόασι πιεῖν.* Hesych. in v. *κουρεῶτις*, *μηνὸς Πυανεψιῶνος ἑορτή, ἐν ᾗ τὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύουσιν*, Call. Del. 296.

ἤτοι Δηλιάδες μέν, ὅτ' εὐήχης ὑμέναιος
ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην

παρθενικαῖς, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
ἄρσενες ἠϊθέοισιν ἀπαρχόμενοι Φορέουσιν.

et ipsos Delphos proficiscebantur ut in templo augustissimo sacrum peragerent ritum, de quo confer Theopomp. Athen. XIII, 83. 605 A. *Θεόπομπος Φιλογύναιόν Φησι γεγονέναι Φάϋλλον τὸν Φωκέων τύραννον, Φιλόπαιδα δὲ Ὀνόμαρχον· καὶ ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ χαρίσασθαι αὐτὸν εἰς ΔελΦοὺς παραγενομένῳ τῷ Πυθοδώρου τοῦ Σικυωνίου υἱῷ ἀποκειρομένῳ τὴν κόμην, ὄντι καλῷ συγγενόμενον τὰ Συβαριτῶν ἀναθήματα*, et Plut. Thes. c. V. *ἔθους δὲ ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων ἐλθόντας εἰς ΔελΦοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς ΔελΦοὺς ὁ Θησεύς κτέ.* ubi corrigendum esse: *ἤδη τότε* liquet, ita inscriptio capillorum dedicatorum cum compluribus aliis eiusdem argumenti in insula Paro eruta est: *τὴν πρωτότμητον τρίχα τὴν ἐΦηβίην κείρας ἀνέθηκε Στρατόνικος Ἀσκληπιάδου Ἀσκληπιῷ Ὑγείᾳ τε δῶρον αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Στρατονίκου χάριν*, v. Mus. Rhen. 1836. p. 420. Eiusdem argumenti plures exstant inscriptiones in Anthologiae Palatinae libro sexto, ut hoc Theodoridae c. 156.

Καλῷ σὺν τέττιγι Χαρίξεινος τρίχα τήνδε
κουρόσυνον κούρῃ θῆκ' Ἀμαρυνθιάδι
σὺν βοῒ χερνιΦθέντα· πάϊς δ' ἴσον ἀστέρι λάμπει,
πωλικὸν ὡς ἵππος χνοῦν ἀποσεισάμενος.

Vs. 1. codex *Χαρισθένεος*, quod in Suidae codicibus paullo aliter scriptum a Iacobsio mutatum est in *Χάρης Φενεεύς*, a Meinekio p. 224. in *Χάρης Σθένιος* vel *Χάρης Τένεω*. Mihi a ductibus vulgatae literis uncialibus exaratae nihil propius abesse videtur quam *Χαρίξεινος*, quod nomen apud Meleagrum A. P. VII, 468. 1. Vs. 2. emendavi: *κούρῃ — Ἀμαρυνθιάδι.* Codex: *κούραις — Ἀμαρυνθιάσι.* Diana intelligenda, v. Epist. Crit. Philol. 1850. p. 474. Vs. 4. vi-

ris doctis offensioni fuit propter alteram comparationem illatam, unde Iacobsius *χνοῦν* de spuma circa ora equi collecta interpretatus est, Boettigerus vero de sordibus aqua abluendis. Quorum neutrum huc quadrat. Neque in duplici comparatione haerendum. Nam verba *ὡς ἵππος* ad *ἀποσεισάμενος* pertinent; prior comparatio verbo *λάμπει* addita. Iam ut *χνοῦς* dicitur iuvenilis et puerilis lanugo, ita hoc loco *πωλικὸς χνοῦς* est quod apud Hesychium legitur v. *μνοῦς· ἡ πρώτη τῶν ἀμνῶν καὶ πώλων ἐξάνθησις*. Quam et colore et forma diversissimam esse a iubis longioribus equorum adultorum nemini non compertum. Hac igitur Charixeni cum equo comparati imagine intelligimus iuvenem *ἔφηβον* primitiis capillorum deae sacratis togam sumsisse virilem. Elegans item eidem donario addita inscriptio Euphorionis A. P. VI, 279.

Πρώτας ὁππότ' ἔπεξε καλὰς Εὔδοξος ἐθείρας
Φοίβῳ παιδείην ὤπασεν ἀγλαΐην·
ἀντὶ δέ οἱ πλοκαμῖδος, Ἑκηβόλε, καλὸς ἐπείη
ὡχαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενος.

Vs. 3. *καλός* scripsi pro vulgato *κάλλος* ex Meinekii coniectura Delect. p. 147. quae ipsi auctori probabilis quidem visa, sed vera haud dubie altera haec:

ἀντὶ δέ οἱ πλοκαμῖδος, Ἑκηβόλε, κάλλος ἐπείη
χὠχαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενος.

Optare enim poetam ut pro deposito capillorum decore venustas puero et hedera Acharnensi, i. e. poetica virtus obtingat. Sed speciem pulcram deos non rogant in inscriptionibus huius argumenti nec apte eam Apollinem rogasset puer. Praeterea vellem Meinekius exemplis demonstrasset Graece dictum esse: *κάλλος ἔπεστιν αὐτῷ*. Quare *καλός* praetuli. Optat igitur puer ut pro hoc munere oblato victoriae praemium in ludis scenicis sibi obtingat.

Sed quare hedera dicta sit ἀεὶ ἀεξόμενος nemo interpretum explicuit. Corrigendum :

ἀντὶ δέ οἱ πλοκαμῖδος, Ἑκηβόλε, καλὸς ἐπείη
ὠχαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξομένῳ.

Ita comparandi versus Rhiani c. 278. 3.

Φοῖβε, σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κοῦρον ἀέξοις
εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

Iniuria quis obmoturus foret participium praesens minus aptum esse. v. Phaedim. A. P. VI, 271. 6. Epigr. in C. I. 406.

παῖς μὲν ἐὼν ὄνομ' ἔσχον Ἀθήναιος, αὐξόμενον δὲ
ὠνόμασαν τοκέες δῖον Ἀθηνόφιλον.

Epigr. Mus. Rhen. 1845. p. 268. 48. 7.

ἀλλά ἑ νοῦσος ἔμαρψε κακὴ καὶ μοῖρα βαρεῖα
ἥρωα πρὶν ἰδεῖν παῖδας ἀεξομένους.

Ex hoc autem Euphorionis carmine, qui vs. 2. primos capillos desectos dixit παιδείην ἀγλαΐην emendavi Antipatri Thessalonicensis inscriptionem ex Anthologia Philippi A. P. VI, 198.

Ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
κειράμενος, γενύων ἄρσενας ἀ γ γ ε λ ί α ς,
Φοίβῳ θῆκε Λύκων πρῶτον γέρας· εὔξατο δ' οὕτως
καὶ πολιὴν λευκῶν κεῖραι ἀπὸ κροτάφων.
τοίην ἀλλ' ἐπίνευε· τίθει δέ μιν, ὡς πρό γε τοῖον,
ὡς αὖτις πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.

Quod legitur vs. 3 γενύων ἄρσενας ἀγγελίας Iacobsius interpretatus est *»virilis aetatis circa genas nascentia signa.*" Ipsam poetae manum restituere mihi videris scripto :

γενύων ἄρσενας ἀγλαΐας.

Ad ultimum distichon idem Iacobsius apte adscripsit Crinagorae epigramma A. P. VI, 242.

Ἠοῖ ἐπ' εὐκταίῃ τάδε ῥέζομεν ἱρὰ τελείῳ
Ζηνὶ καὶ ὠδίνων μειλίχῳ Ἀρτέμιδι.
τοῖσι γὰρ οὑμὸς ὅμαιμος ἔτ' ἄχνοος εὔξατο θήσειν
τὸ πρῶτον γενύων ἠϊθέοισιν ἔαρ·
δαίμονες ἀλλὰ δέχοισθε καὶ αὐτίκα τῶνδ' ἀπ' ἰούλων
Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός.

In cuius vs. 5. adverbium *αὐτίκα* summo iure corruptum habuit Iacobsius, quum Crimagoras inepto admodum a diis petiturus fuisset ut Euclidem statim senem facerent. Aptissimum vero quod lenissima adhibita medela poetae restituendum videtur:

καὶ αὖτις τῶνδ' ἀπ' ἰούλων
Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός.

Ut Antipater: *τίθει δέ μιν ὡς πρό γε τοῖον, ὡς αὖτις πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.* Haec emendatio omnibus videretur veritatis numeris absoluta esse, nisi unum obstaret propter quod alios de ea dubitare posse video, quod Crinagoras nusquam in pede quarto spondeo uno vocabulo absoluto sine caesura usus est. Quo numeri hexametri ex alacrioribus fiunt asperiores. Eiusdem Crinagorae inscriptio habenda est carmen quod legitur A. P. VI, 100.

Λαμπάδα τὴν κούροις ἱερὴν ἔριν ὠκὺς ἐνεγκὼν
οἷα Προμηθείης μνῆμα πυροκλοπίης,
νίκης κλεινὸν ἄεθλον ἔτ' ἐκ χερὸς ἔμπυρον Ἑρμῇ
θῆκεν ὁμωνυμίου παῖς πατρὸς Ἀντιφάνης.

Eiusdem argumenti inscriptiones erutae sunt duae, altera App. Ep. 230. C. I. 243.

Λαμπάδα νικήσας σὺν ἐφήβοις τήνδ' ἀνέθηκα
Εὐτυχίδης, παῖς ὢν Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς.

altera C. I. c. 250.

Ἆθλα τὰ τῆς νίκης Ὡράριος Ἡρα(κλεώτης)
λαμπάδας Ἑρμείῃ θῆκε καὶ Ἡρακ(λέϊ)

In Crinagorae epigrammate codex vs. 1. ἐναγκάς, quod in ἐνέγκας mutarunt editores. Equidem malui ἐνεγκών. Vs. 4. ὁμωνυμίου ex emendatione restitutum est pro codicis lectione: ὁμωνυμίῃ. Similiter Anyte A. P. VI, 153. Ἀριστοτέλης — γενέτᾳ ταὐτὸ λαχὼν ὄνομα. 206. 9. πατρὸς Ἀριστοτέλους συνομώνυμος.

Pariter muneribus in deorum templis dedicatis a mulieribus puerperis et feliciter infantem enixis, de quo more v. Schol. Ap. Rh. I, 288. λύουσι τὰς ζώνας οἱ πρώτως τίκτουσαι καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. Ὅθεν καὶ Λυσιζώνου Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις, inscriptiones in tabulis votivis appositas fuisse consentaneum est, quarum exempla ex Anthologiae libro sexto apponam. Ex hoc genere Leonidae Tarentini sunt carmina VI. c. 200.

Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα
　　Ἀμβροσίη κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δεσμὰ κόμας καὶ πέπλον, ἐφ' ᾧ δεκάτῳ ἐνὶ μηνὶ
　　δισσὸν ὑπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων,

et c. 202.

Εὐθύσανον ζώνην τοι ὁμοῦ καὶ τόνδε κύπασσιν
　　Ἀτθὶς παρθενίων θῆκεν ὕπερθε θυρῶν,
ἐκ τόκου, ὦ Λητοῖ, βαρυνομένης ὅτι νηδὺν
　　ζωὸν ἀπ' ὠδίνων λύσαο τῆσδε βρέφος.

In prioris epigrammatis vs. 3. codex ἐν ᾧ, quod in superioribus emendavi. Quod recte factum esse arguit ὅτι in altero carmine, ut et οὕνεκα in Phaedimi Ep. A. P. VI, 271.

Ἄρτεμι, σοὶ τὰ πέδιλα Κιχησίου εἵσατο υἱὸς
　　καὶ πέπλων ὀλίγον πτύγμα Θεμιστοδίκη,
οὕνεκά οἱ πρηεῖα λεχοῖ δισσὰς ὑπερέσχες
　　χεῖρας ἄτερ τόξου πότνια νισσομένῃ.

Nam ἐφ' ᾧ idem quod ὅτι et οὕνεκα significat. In inscri-

ptionibus autem res laeta propter quam munus diis dicatur memorari solet. Ideo supra in Leonidae Ep. A. P. VI, c. 293. 5. scripsi *οὕνεκα* pro *ἡνίκα*. Posterior quoque ex duabus Leonidae inscriptionibus male a librariis habita necdum a criticis pristinae integritati restituta est. In vs. 4. pro *ἀπ' ὠδίνων* scribendum puto: *ὑπ' ὠδίνων*. Illud quo sensu Graece dicatur, docent A. P. VII, c. 4. 8. *μητρὸς ἀπ' ὠδίνων δέξατο Λητοΐδην*. 383. 8. *φεῦ μακαριστοὶ, ὅσσοι ἀπ' ὠδίνων οὐκ ἴδον ἠέλιον*. Infans igitur *ζωὸς ἀπ' ὠδίνων* est »natus vivus," quod hoc loco, ubi *ζωόν* per se rectissimum est, ineptum. Quod restitui *ὑπ' ὠδίνων*, dictum ut *ὑπ' αὐλῶν*, *ὑπὸ συρίγγων*, *ὑπὸ μαστίγων*. Sed ne sic quidem omnia plane dicta mihi videntur. Nam in priore alterius distichi versu iungenda sunt: *ἐκ τόκου βαρυνομένης*, ut Theocr. XVII, 61. *Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν*. Call. Del. 202. *τλήμον' ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην ὁρόωσα*. Verbo *βαρυνομένης* appositus accusativus *νηδύν*. Sed ita mire dictum: *λύσαο τῆσδε βρέφος*, ubi aut praepositionem additam malueris aut aliud verbum exspectasses. Quod aliis reperire obtingat. Vs. 2. corruptum est: *ὕπερθε θυρῶν*. Corrigo: *παρθενίων θῆκεν ὑπὸ προθύρων*, vel *ἐπὶ προθύρων*. Ut Asclepiades A. P. V, 202. 2. *Πλαγγὼν εὐίππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων*. VI, c. 157. 4. 246. 3. *ῥάβδον ἐπὶ προθύροισι Πόσειδον ἄνθετο*. c. 254. 8. *δῶρα Πριηπείων θῆκεν ἐπὶ προθύρων*. 293. 6. *στεπτοῖς θῆκεν ἐπὶ προθύροις*. Similiter VI, 172. *πρὸ παστάδος ἠώρησε ταῦτα*. 277. 2. *σοὶ πλόκον οἰκείας τόνδε λέλοιπε κόμης Ἀρσινόη θυόεν παρ' ἀνάκτορον*. Ad idem inscriptionum genus referendum etiam Niciae epigramma A. P. VI, 270.

Ἀμφαρέτρις κρήδεμνα καὶ ὑδατόεσσα καλύπτρα
Εἰλήθυια, τεᾶς κεῖται ὑπὲρ κεφαλᾶς,

ἅ σε μετ' εὐχωλᾶς ἐκαλέσσατο λευγαλέας οἱ
κῆρας ἀπ' ὠδίνων τῆλε βαλεῖν λοχίων.

Vs. 1. codicis Palatini lectionem in Δαμαρέτας mutavit cum Salmasio Brunckius. Meinekius vero p. 139. leniore mutatione Ἀμφαρέτας scripsit, idque nomen comparatione similium: Ἀμφιμένης, Ἀμφίμαχος etc. tuitus est. Mihi scribendum videtur: Φαιναρέτας. Vs. 3. codicis scriptura est: ὡς σὲ μετ' εὐχωλαῖς, quam revocavit Meinekius verba ita coniungens: ὥς σε μετεκαλέσσατο εὐχωλαῖς. Scribendum videtur:

ἇς σε μετ' εὐχωλᾶς ἐκαλέσσατο — τῆλε βαλεῖν.

Lucinam invocavit Phaenarete cum voto haec ipsa dona a se dedicatum iri. Comparandum Anacreontis distichon A. P. VI, 137.

Πρόφρων Ἀργυρότοξε δίδου χάριν Αἰσχύλου υἱῷ
Ναυκράτει, εὐχωλὰς τάσδ' ὑποδεξάμενος.

Possem plura hic apponere carmina post felicem partum scripta et donariis addita, sed sufficiat hinc monuisse corruptum esse Persae epigramma VI, c. 272.

Ζῶμά τοι, ὦ Λατωΐ καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν
καὶ μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν
θήκατο Τιμάεσσα δυσωδίνοιο γενέθλας
ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος.

In quo vs. 3. δυσωδίνοιο tenui tantum nititur codicis auctoritate. Scriptum enim: δυδίνοιο suprascriptis in initio literis: σω. Unde reponendum videri possit: θήκατο Τιμάεσσ' εὐωδίνοιο γενέθλας. Sed huic correctioni non favet adiectivum ἀργαλέον, neque recte dici videtur εὐώδιν vel εὐώδινος de prole quam enixa est puerpera. Quamobrem poetam scripsisse puto: δισσωδίνοιο γενέθλας. Sed ita nomen Τιμάεσσα syllaba curtandum est, cuius metro aptandi ratio idonea non succurrit. Hinc autem firmari puto

sententiam quam etiam prius defendi Meinekium non recte statuisse de Marci Argentarii inscriptione A. P. VI, 201.

Σάνδαλα καὶ μίτρην περικαλλέα, τόν τε μυρόπνουν
βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων,
καὶ ζώνην καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος
καὶ τὰ περὶ στέρνοις ἀγλαὰ μαστόδετα,
ἄμβροτον εὐώδινος ἐπεὶ Φύγε νηδύος ὄγκον
Εὐφράντη νηῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος.

Ita hoc carmen edidit Brunckius in Analectis, nisi quod vs. 5. scripsit *ἄβροτος*. De quo uno ab elegantissimi iudicii viro dissensit Meinekius p. 182 sq. *ἄμβροτον* interpretatus *ἀμάρτητος*, *ἁμαρτωλός*, *frustratus*, ut Euphrante abortum fecerit. Ad quam interpretationem recurri posse, ratione habita caeterarum eiusdem argumenti inscriptionum equidem etiam atque etiam nego, neque dubito quin unice vera sit Hermanni emendatio: *ἔμβρυον* — *ὄγκον*.

De more fabrorum et opificum senio confectorum instrumenta artis diis dedicandi ut et militum veteranorum rude donatorum qui idem in armis suis facere solebant omnia notissima. Carmina tamen huc spectantia in Anthologia libro sexto pro parte minore sunt Epigrammata. Ex inscriptionum numero est hoc Leonidae carmen A. P. VI, 205.

Τέκτονος ἄρμενα ταῦτα Λεοντίχου, αἵ τε χαρακταὶ
ῥῖναι καὶ κάλων οἱ ταχινοὶ βορέη,
στάθμαι καὶ μιλτεῖα καὶ αἱ σχεδὸν ἀμφιπλῆγες
σφῦραι καὶ μίλτῳ Φυρόμενοι κανόνες,
αἵ τ' ἀρίδες ξυστήρ τε καὶ ἐστελεωμένος οὗτος
ἐμβριθὴς τέχνας ὁ πρύτανις πέλεκυς,
τρύπανά τ' εὐδίνητα καὶ ὠκήεντα τέρετρα

καὶ γόμφων οὗτοι τοὶ πίσυρες τορέες,
ἀμφίξουν τε σκέπαρνον· ἃ δὴ χαριέργῳ Ἀθάνᾳ
ὡνὴρ ἐκ τέχνας ἄνθετο παυσάμενος.

De primo pentametro haud dubie corruptissimo annotavit Meinekius p. 112. sibi reponendum videri κάλων οἱ ταχινοὶ βορέες, i. e. rapidos liguorum voratores, quibus verbis runcinas describi, quas omissas esse in fabri lignarii instrumentorum recensu nequaquam credibile esse. Vocabulum βορεύς aliunde non cognitum, at recte formatum esse. Mihi haec vix ac ne vix quidem probabilia videntur. Nam ut mittam dictionis insolentiam, de qua anceps haerere possit iudicium, hac unum vel maxime huic coniecturae obstat quod ita copula καί vel τέ desideratur. Vides enim singulorum instrumentorum nomina coniunctionibus connexa esse. Unde pro certo effici potest verba κάλων — βορέῃ ad στάθμαι referenda esse. Quod mihi rectius singulari numero στάθμα scribi videtur. Hoc loco ex Philippi versu A. P. VI, 103. 1.

Στάθμην ἰθυτενῆ μολιβαχθέα, δουριτυπῆ τε
σφῦραν καὶ γυρὰς ἀμφιδέτους ἀρίδας

conieci: καὶ κάλων ἰθυτενὴς μολίβῳ στάθμα, ut genitivus κάλων ad στάθμα referatur. Sed quis talia praestare velit? Pergendum ad vs. 7. ubi valde displicet ὠκήεντα τέρετρα. Sed placeret ὀξήεντα. Quod ab ὀξύς eadem ratione formatum qua ὠκήεις ab ὠκύς et αἰπήεις ab αἰπύς Leonidae Ep. A. P. VII, 273. 1. In Leonidae inscriptionis vs. 9. Suidas adiectivi χαρίεργος interpretationem ex hoc uno loco ductam dedit hanc: ὁ κεχαριτωμένα ἐργαζόμενος. Unde Iacobsius suspicatus est eum in codice suo legisse χαριεργός. Equidem nullum reperi vocabulum, cuius analogia huius vocabuli forma defendi possit, neque illud pessime formatum dicere vereor. Quapropter Minervae

Erganes epitheton aptissimum sane χειρουργῷ Ἀθάνᾳ a poetae manu profectum esse puto. Confer Soph. fr. apud Plut. Moral. p. 99 A. n. 724 Dind.

βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεὼς
οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς
λίκνοισι προςτρέπεσθε

quocum coniunge fr. 743. apud Plut. Moral. p. 802 B. τὴν γὰρ Ἐργάνην οὗτοι μόνον θεραπεύουσιν, ὥς Φησι Σοφοκλῆς, οἱ παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες. In quibus senariorum laciniae servatae sunt hae: οἱ παρ' ἄκμονι Τυπάδι βαρείᾳ. Caetera luxata et lacunosa sunt. Inscriptionibus annumeranda duo alia consimilis argumenti Leonidae Tarentini epigrammata A. P. VI, 296. et 4. Quorum hoc piscatoris senis muneribus additum fuit:

Εὐκαμπὲς ἄγκιστρον καὶ δούρατα δουλιχόεντα
    χώρμιὴν καὶ τὰς ἰχθυδόκους σπυρίδας,
καὶ τοῦτον νηκτοῖσιν ἐπ' ἰχθύσι τεχνασθέντα
    κύρτον, ἁλιπλάγκτων ἄρμενα δικτυβόλων,
τρηχύν τε τριόδοντα, Ποσειδαώνιον ἔγχος
    καὶ τοὺς ἐξ ἀκάτων διχθαδίους ἐρέτας,
ὁ γριπεὺς Διόφαντος ἀνάκτορι θήκατο τέχνας
    ὡς θέμις, ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας.

Vs. 1. vitium quo metrum pessumdatur, diversissima ratione tollere conati sunt eruditi. Equidem unice probandam puto Blomfieldii emendationem: ἄγκιστρ' εὐκαμπῆ, in notis ad Call. Dian. 10. p. 96. Vs. 4. codex εὕρεμα, quod de Dorvillii sententia mutatum est. Vereor ut vel sic ipsam teneamus poetae manum. Vs. 4. ἐρέτας interpretantur ἐρετμά, quod alii silentio suo comprobarunt. Me vero haud poenitet coniecisse:

καὶ τὰς ἐξ ἀκάτων διχθαδίας ἐλάτας.

Quod nomen de remis poetarum usu frequentatum, v. Ap. Rh. II, 661. Oppian. Hal. III, 240. 312. 428. V, 296. Q. Smyrn. VI, 105. Alterum Leonidae carmen venatoris donariis inscriptum legebatur hoc:

Ἀστεμφῆ ποδάγρην καὶ δούνακας ἀντυκτῆρας,
καὶ λίνα καὶ γυρὸν τοῦτο λαγωοβόλον,
ἰοδόκην καὶ τοῦτον ἐπ' ὄρτυγι τετρανθέντα
αὐλὸν καὶ πλωτῶν εὔπλεκὲς ἀμφίβολον,
Ἑρμείῃ Σώσιππος ἐπεὶ παρενήξατο τὸ πλεῦν
ἥβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.

Versu primo Salmasius et Brunckius *αἰθυκτῆρας*, Bernhardyus ad Suid. v. *ἀστεμφέα* suspicatus est *ἀμπυκτῆρας*, Meinekius p. 115. cum Reiskio *ἀνθεκτῆρας*, quod aptissimum esse epitheton arundinum captas aviculas firmiter amplectentium. Mihi haec omnia longius dissita videntur et praeferendum longe simplicius: *δούνακας ἀγρευτῆρας.* Sed si cui parum credibile videatur notissimum vocabulum et intellectu facillimum ita obliteratum esse, nihil afferre possum quo eius sententiam convellam. Ancupis tamen, non piscatoris haec esse munera, satis apertum. Corruptum igitur vs. 4. *πλωτῶν*, quod mutandum in *πτηνῶν*. Vs. 3. scribendum: *κἰοδόκην.* Coniunctio certe aliqua abesse nequit. Sed de hac crasi dubitari video. Ex caeteris inscriptionibus unam praeterea huc referendam seligam, Antipatri Sidonii A. P. VI, 93

Ἁρπαλίων ὁ πρέσβυς, ὁ πᾶς ῥυτὶς, οὑπιλινευτὴς,
τόνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὸν σιβύνην,
ἐκ πολλοῦ πλειῶνος ἐπεὶ βάρος οὐκέτι χεῖρες
ἔσθενον, εἰς κεφαλὴν δ' ἤλυθε λευκοτέρην.

Ultimum eius distichon sanatum esse scripto *ἔστεγον* putarunt Salmasius et Brunckius, probante Mehlhornio ad Anthol. Lyr. p. 88. Equidem paullo plus mihi iuris in

loco corrupto sumo et poetam scripsisse censeo:

ἐκ πολλοῦ πλειῶνος ἐπεὶ βαρὺς οὐκέτι χεῖρας
ἔσθενεν, εἰς κεφαλὴν δ' ἤλυθε λευκοτέρην.

Confer Theocr. XXIV. 101. *Τειρεσίας πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς.* App. Ep. 217. 6. *κεῖται δὴ γήρᾳ βεβαρημένος.* Ad singularem *πολλοῦ πλειῶνος* confer Ovidianum multa sonabat avis, et Antipatrum Thessal. A. P. IX, 10. 2. *ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα.* Quod de polypode dictum significat *πολλοὺς πόδας*, ut hoc loco: *ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν.*

Donariis a poetis dedicatis et tripodibus choregicis ob victoriam in certaminibus reportatam deo sacratis inscripta fuerunt carmina Theocriti A. P. VI, 338.

Ὑμῖν τοῦτο Θεαὶ κεχαρισμένον ἄνθετο πάσαις
τὤγαλμα Ξενοκλῆς τοῦτο τὸ μαρμάρινον
μουσικός· οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ· σοφίῃ δ' ἐπὶ τῇδε
αἶνον ἔχων Μουσέων οὐκ ἐπιλανθάνεται.

et c. 339.

Δαμομένης ὁ χοραγὸς ὁ τὸν τρίποδ' ὦ Διόνυσε
καὶ σὲ τὸν ἅδιστον θεῶν μακάρων ἀναθεὶς
μέτριος ἦν ἐν πᾶσι, χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκαν
ἀνδρῶν καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

De poeta Xenocle sat nobili Theocriti aetate ex hoc uno epigrammate constat. Cuius primum distichon elegantius in Theocriti editionibus ita fertur:

Ὑμῖν τοῦτο Θεαὶ κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον.

Sed *κεχαρισμένος* corrigendum esse, ut Xenocles intelligatur, docet ipsius poetae versus Id. XI, 7. ubi Niciam dicit: *ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα μούσαις.* In altero epigrammate nomen viri fortasse fuit *Δαμομέλης*, quod legitur in Choerob. Can. p. 142. 9. Vs. 3. codex rectis-

sime ἐν πᾶσι. Quod inepte mutarunt in παισί. Hoc esset »puerili aetate fuit μέτριος.'' Quasi oppositum esset: χορῷ ἀνδρῶν. Sed hoc additum, quod chori inter Graecos erant ἀνδρῶν et chori παίδων. Neque virtus Graecis μετριότης dicta in puero cernitur, sed in viro. Ad ἐν πᾶσι confer Callim. A. P. V, 146. 3. εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζαλος Βερενίκα. Q. Smyrn. I, 38. ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος γεγαυῖα. Athen. V, 211. C. ὁ δ' Ἀλέξανδρος προςηνὴς ἦν ἐν πᾶσιν. Dion. Hal. t. VI, p. 774. ἡ μὲν γὰρ Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικής. Clem. Al. Strom. VII, 7. §. 35. ὁ γνωστικὸς οἰκειοῦται θεῷ σεμνὸς ὢν ἅμα καὶ ἱλαρὸς ἐν πᾶσι. Vs: 4. mihi rectius videtur: εἰς τὸ καλὸν ὁρῶν, ut App. Ep. 313. 4.

μηδένα λυπήσας ἀλλ' εἰς τὸ δίκαιον ἀθρήσας.

Vulgatae tamen tuendae admoveri possunt Xen. Cyr. VIII, 1. 26. τὸ δίκαιον ἰσχυρῶς ὁρῶν. Dio Chrys. Or. XXXI. p. 598. τὸ λυσιτελὲς οἴονται δεῖν τινες ὁρᾶν ἐξ ἅπαντος. Donario propter eandem rem laetam Baccho sacrato incisum fuit distichon Anacreontis A. P. VI, 140.

παιδὶ Φιλοστεφάνου Σεμέλας ἀνέθηκε Μέλανθος
μνᾶμα χοροῦ νίκας υἱὸς Ἀρηϊφίλου.

ubi scribendum:

παιδὶ Φιλοστεφάνῳ Σεμέλας μ' ἀνέθηκε Μελάντας κτέ.

Epitheton enim illud Bacchi est, non Semeles. Et ita iam Barnesius iudicavit. Pronomine aut substantivo, quo donarium dicitur, addito opus est, ut in eiusdem Anacreontis inscriptione c. 142.

Σάν τε χάριν Διόνυσε καὶ ἀγλαὸν ἄστεϊ κόσμον
Θεσσαλίας μ' ἀνέθηκ' ἀρχὸς Ἐχεκρατίδας,

et c. 138.

Πρὶν μὲν Καλλιτέλης μ' ἱδρύσατο· τόνδε δ' ἐκείνου
ἔκγονοι ἐστάσανθ' οἷς χάριν ἀντιδίδου.

In cuius distichi versu minore scribendum: ἔστασαν τοῖς χάριν ἀντιδίδου. Sed Bacchylidis inscriptio A. P. VI, 313.

Κούρη Πάλλαντος πολυώνυμε πότνια Νίκη
πρόφρων Καρθαιέων ἱμερόεντα χορόν
αἰὲν ἐποπτεύοις, πολέας δ' ἐν ἀθύρμασι Μουσέων
Κηΐῳ ἀμφιτίθει Βακχυλίδῃ στεφάνους,

intelligi nequit nisi de choro solemniter festo die ad locum religione alicuius Dei nobilem mitti solito cum carmine Bacchylidis prosodiaco. Et fortasse in certamine Deliaco, quo omnes commeabant Graeci vicit Bacchylides et Carthaeensium chorus [1]). Vix enim dubito quin recte Bergkius Lyric. Graec. p. 832. emendaverit codicis lectionem πρόφρων Κραννaίων. Quod quum in Κρανaῶν mutarem, parum reputavi hoc pro Bacchylide et pro simplici inscriptionis conscribendae ratione nimis erudite de Atheniensibus dictum esse. Sed scripto Καρθαιέων dialectus Ionica per omnia restituenda erat. Quod feci in κούρα, Νίκα et Μουσᾶν. Neque praetermittendae hoc loco inscriptiones Simonidis A. P. VI, 213.

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο ταύρους
καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα·

---

[1]) De carminibus a Simonide scriptis ut in panegyri Deliaca canerentur a choris publice e variis Graeciae civitatibus Delum missis interpretanda putabam Strabonis verba XV, 728 B. ταφῆναι λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτον Συρίας παρὰ Βάλαιον (ita Schneidewinus emendavit) ποταμὸν, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι, διθυράμβῳ τῶν Δηλιακῶν. Hoc igitur carmen in Bacchi honorem in insula Delo cantatum videbatur, caetera fortasse quae in hoc unum caput collegerant grammatici, paeanes erant. Sed in tempore video Schneidewinum in commentatione de Aristotelis Peplo p. 40. locum Strabonis ita constituisse: ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυράμβῳ καὶ Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν . . . . τῶν Δηλιακῶν.

τοσσάκις ἱμερόεντα διδαξάμενος χορὸν ἀνδρῶν
    εὐδόξου Νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης,

in qua vs. 3. scripsi τοσσάκις pro vulgata τοσσάκι δ' ἱ., cui coniunctioni quinam sit hic locus non video, et App. Ep. 79. apud Bergkium n. 148.

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
    Ἀντιοχὶς Φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δέ τις υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
    πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ·
ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
    ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

Ubi versu tertio admodum absonum est τις υἱός quum Aristides haud dubie fuerit vir dives et nobilis, neque si forte minus nobilis fuisset, Simonides hoc fuisset memoraturus. Hemsterhusius in editione Callimachi, inter cuius epigrammata hoc carmen edi solebat, annotavit: δέ τοι; Bergkius scripsit Ξ. δὲ τόθ' υἱός. Mihi literis τι in unam coniunctis reponendum videtur:

Ξεινοφίλου δ' ἐΰς υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει.

Hac autem inscriptione comparata utendum est ad emendandam alteram eiusdem Simonidis inscriptionem elegantissimis versibus conditam, A. P. XIII, 28.

Πολλάκι δὴ Φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν ὧραι
    ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
    σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
οἳ τόνδε τρίποδα σφίσι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
    ἔθηκαν· κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας·
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
    Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
    Στρούθωνος υἱὸς ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς,

αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
ἕκατι Μοισᾶν θῆκαν, ἰοστεφάνων θεάων.

Ad integritatem enim inscriptionis desidero mentionem anni, sive nominis viri quo Archonte Eponymo in hoc certamine chororum orbicularium sive dithyrambicorum vicit tribus Acamantidarum. Nam primo versu *πολλάκι δή* cum verbo *ἀνωλόλυξαν* hoc sensu iungi nequit ut multo clamore victoribus applausum esse dicatur. Imo sensus est: Iam saepe antea in superioribus certaminibus vicit Acamantidarum tribus et rursus hoc anno. Confer Simonid. A. P. VI, 2. *τόξα — πολλάκι δὴ στονόεντα κατὰ κλόνον Περσῶν αἵματι λουσάμενα*. Callim. fr. 201. *πολλάκι δὴ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ*, ut recte emendavit Schneidewinus. Inepte quoque omnes quotquot prius victores exstiterunt poetae et choreutae una hunc tripodem dedicasse dicuntur. Unde coniicio post versum quartum excidisse duos versus, quibus archontis nomen et poetae choreutarumque mentionem complexus est Simonides. Eo referendum *οἳ — θήκαντο* ut recte scripsisse videtur Bentleius et *κείνους — ἄνδρας*, quod ingeniosa coniectura mutavit Bergkius in: *θῆκαν· Κικυννεύς δ' Ἀντιγένης* [1]). At Bergkii emendationem in textum recipere non ausim, quod de singulis verbis versuum, quos equidem intercidisse statuo, omnia incerta

---

[1]) Lenius foret, si gentile nomini proprio addendum foret; reponere: *θήκαντο· Κεῖος δ' Ἀντιγένης κτέ.* Idque non improbabile videri possit. Et fuit quum hoc nomen restituendum esse putarem Aristoteli apud Diog. L. II, 46. *Πινδάρῳ ἐφιλονείκει Ἀμφιμένης ὁ Κῷος.* Sed hoc incertius esse ipse fateor. Certius vero scribendum esse: *ὁ Κεῖος*, Simonidis et Bacchylidis eadem insula Ceo oriundorum aequalis et amicus qui graviores etiam cum poeta Thebano lites exercuisse videtur et rixas.

sunt. Neque ἀοιδῶν de choreutis interpretandum, quod Dissenium fecisse video, sed de poetis, quibus solemniter fere σοφία tribuitur. Sed non unum poetam Antigenem sed chorum quoque dedicasse tripodem, ut factum quoque a choro Carthacensium et Bacchylide, demonstrant verba: οἳ — θήκαντο. Antigenem vero dithyrambi poetam fuisse docent versus Simonidis de se in epigrammate superius emendato:

ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

Quod tantum ad dithyrambum spectare potest. Confer Athen. V, 181 B. καθόλου δὲ διάφορος ἦν ἡ μουσικὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τῶν μὲν Ἀθηναίων τοὺς Διονυσιακοὺς χοροὺς προτιμώντων καὶ τοὺς κυκλίους, Συρακοσίων δὲ τοὺς ἰαμβιστάς. Max. Tyr. VII, p. 76. καλὸν μὲν Λακεδαιμονίοις τὸ ἐμβατήριον καλὸν δὲ Ἀθηναίοις τὸ κύκλιον. Versum septimum et octavum non puto ab omni parte sanos neque recte sanatos esse: nam quod Bergkius coniecit Δωριεύς, id ab ipso coniecturae auctore dubitanter propositum, nec sane Δωριεὺς Ἀργεῖος ferri potest. Vs. 10. corruptum sine dubio: ἅρμασιν ἐν Χαρίτων, quod singulari numero dicturus fuisset poeta. Coniicio:

ἀγκάσιν ἐν Χαρίτων φορηθείς.

Compara Stratonem A. P. XII, 200. 3. καὶ μὴν καὶ τὸν ὅτ' ἐστὶν ἐν ἀγκάσιν εὐθὺ θέλοντα, et ad sententiam Pind. Nem. V, 41. θεᾶς Εὐθύμενες Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνὼν ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων. Rhian. A. P. XII, 121. et Meleagri ib. 122.

Ὦ Χάριτες τὸν καλὸν Ἀρισταγόρην ἐςιδοῦσαι,
ἀντίον εἰς τρυφερὰς ἠγκαλίσασθε χέρας.

Vs. 11 et 12. iniuria pro subditiciis habet Schneidewinus sed scripsit poeta:

αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὀνομάκλυτον ἀγλαάν τε νίκαν,
Μοισᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων.

Rectissime dictum: *ὀνομάκλυτον ἐπ' ἀνθρώπους νίκαν*, quod temere vel vulgata lectione servata in dativum *ἀνθρώποις* mutavit Brunckius. Dativus *ἐπ' ἀνθρώποις* significat » in rerum natura," ut in Hom. Od. XIII, 60. *γῆρας καὶ θάνατος, τά τ' ἐπ' ἀνθρώποισι πέλονται*, i. e. quae humana sunt. Theocr. XI, 3. *κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἀδύ γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις, εὑρῆν δ' οὐ ῥᾴδιόν ἐντι.* Plat. Euthyd. p. 278 A. *ὄνομα ἐπ' ἀνθρώποις ἐναντίως ἔχουσι κείμενον.* Symp. p. 186 A. Versus in Hesiod. et Hom. Cert. p. 248. 9. *τῆς σοφίης δὲ τί τέκμαρ ἐπ' ἀνθρώποισι πέφυκεν;* Q. Smyrn. I, 418, *τί δ' ἐπ' ἀνδράσι λώϊον ἄλλο θῆκε θεός;* Sed accusativus proprie dicitur de fama per omnes homines sparsa, ut in Homer. Il. X, 212. *μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἴη πάντας ἐπ' ἀνθρώπους.* Mimnerm. fr. 15. *καί μιν ἐπ' ἀνθρώπους βάξις ἔχει χαλεπή.* Unde intelligitur in Arati vs. 1036. *τί τοι λέγω ὅσσα πέλονται σήματ' ἐπ' ἀνθρώπους;* scribendum esse *ἐπ' ἀνθρώποις.* In versu ultimo codex: *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν*, quae in versus numeros coegit Neuius, quem secutus est Bergkius. Equidem *Μοισᾶν ἕκατι* praetuli, postposito de more Graecorum adverbio.

Propter victoriam in certamine equestri reportatam Tyndaridis munus obtulerat Euaenetus, in cuius gratiam inscriptionem composuit Callimachus, nativo candore insignem A. P. VI, 149.

Φησὶν ὅ με στήσας Εὐαίνετος — οὐ γὰρ ἔγωγε·
γιγνώσκω — νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης
ἀγκεῖσθαι χάλκειον ἀλέκτορα Τυνδαρίδῃσι·
πιστεύω Φαίδρου παιδὶ Φιλοξενίδεω.

Ex Tyndaridarum mentione, cui confer Pind. Ol. III, 1.

et 39. Ἐμμενίδαις Θήρωνί τ' ἐλθεῖν κῦδος, εὐίππων διδόντων Τυνδαριδᾶν, intelligitur victoriam Euaeneti fuisse curulem. Idem discretius de Parmenontis victoria testatur Anonymus in inscriptione A. P. XIII, 18.

Χάλκεα ἔργα λέγοισθε θοῆς ἐπινίκια πώλου
ἥτις κεντρομανῆ λαβοῦσα παῖδα,
Ψιλὴ λευρὸν ἔθυσε περὶ δρόμον· ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνου
Παρμένων χρυσέης κύρησε νίκης.
Φώκριτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ καὶ Ὑλαΐδαι βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

Cuius carminis sensus penitus obscuratus est a criticis qui versum secundum cuius sententiam non perspexerant in integrum sibi restituisse visi sunt assumta Iacobsii coniectura, ex cuius sententia hendecasyllabon primum hic quoque editum vides. Sed codex: ἥτις κεντρορραγῆ βαλοῦσα παῖδα. Et βαλοῦσα παῖδα sanissimum esse docet Pausaniae locus VI, 13. 5. ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα ὄνομα μὲν, ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν, ἔχει Αὔρα, τὸν δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτὴν καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τοῦ δρόμου κτἑ. Ubi malim: περιέστρεφε. Et pueros equitandi artis peritos saepe fuisse equorum vectores, quos hodie Anglico nomine dicere consueverunt, patet ex verbis Callixeni apud Athen. V, 32. 200 E. Hinc sequitur male Iacobsium adiectivum ψιλή interpretatum esse de *equo non instrato*, quum intelligendus sit *equus vectore destitutus*. Neque recte Meinekius Delect. p. 238. pro ἐκείνου praestare putavit scribere ἐκείνης. Pronomen enim redit ad universam sententiam praegressam, qua mira equi celebratur peritia, minime ad unum substantivum πῶλος. Adiectivum κεντρορραγῆ si active interpretari liceret de pue-

ro calcaribus nimium abuso, non mutandum foret. Sed praestat corrigere:

ἥτις κεντροραγὴς βαλοῦσα παῖδα
ψιλὴ λευρὸν ἔθυσε περὶ δρόμον.

Ut equus dicatur calcaribus laceratus esse. Metro hoc dedit poeta ut litera ρ non geminata uteretur. Vs. 5. vere procul dubio quod ad sententiam Iacobsius coniecit: Ἀμυκλαῖται βασιλῆες, quod metro congruum reddidit Meinekius scripto: Ἀμυκλαῖδαι. Idque de Tyndaridis proprie dictum. Sed offendit hiatus in verbis παιδὶ Ἀμυκλαῖδαι, quare praecedentia quoque corrupta puto.

In nutricis sepulcrum inscriptio merito pessima a Boeckhio dicta legitur in C. I. n. 808. v. Welcker. Syll. p. 20., item alia edita in Mus. Rhen. 1845. p. 235. 3.

Ἐνθάδε γῆ κατέχει τιτθὴν παίδων Διογείτου
ἐκ Πελοποννήσου τήνδε δικαιοτάτην.

Unde demonstratur, si argumentis ad hanc causam firmandam opus est, ex cippis descripta esse carmina Dioscoridis A. P. VII, 456. Callimachi c. 458, et Theocriti sive Leonidae Tarentini c. 663.

Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρείσσᾳ
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ κἠπέγραψε Κλείτας·
ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντ' ἐκείνων
ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε τί μάν; ὅτι χρησίμα τελευτᾷ.

Suaviter puer Medius ipse hoc sepulcrum nutrici condidisse et epigramma inscripsisse fingitur. Nutrices autem ex Peloponneso et ex Thracia petere solebant Graeci. Unde repetendum puto quod mulier Thracia oriunda Themistoclis dicitur fuisse mater, quae fuit eius nutrix, apud Athen. XIII, 476 C. καὶ αὐτὸς Θεμιστοκλῆς ἐξ ἑταίρας ἦν γεγεννημένος, ὄνομα Ἀβροτόνου, ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν συγγράμματι·

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα.

Qui versus leguntur etiam in Anth. Pal. VII, 306. tamquam sepulcro mulieris inscripti:

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ πέλον· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Plut. Them. c. 1. Ut Athenis vulgaris haec fuit inimicorum calumnia, qua Cleophontem petiit Aristophanes Ran. 679. et alios alii. Leonidas autem Tarentinus propter metrum primam syllabam gentilis Θρᾷσσα, v. Steph. Byy. in v. Theognost. Can. p. 17. 12. p. 99. 25. corripuit. Quod ab ipso poeta factum esse libentissime credo. Sed caetera quae in hoc uno carmine singularia inveniuntur, librariorum erroribus deberi puto. Hinc fluxisse videtur quod editum exstat vs. 2. ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, quod mutandum censeo in ὑπὸ τᾷ δρυΐ. Extremam enim articuli vocalem et primam substantivi in unam syllabam coalescere posse in versibus poetae doctae elegantiae studiosissimi vix adducor ut credam eoque minus quod haec licentia cumulatur altera in versu tertio, ubi, vocali prima praepositionis elisa scribendum foret: ἁ γυνὰ 'ντ' ἐκείνων. Quae apocope mihi tamen in Leonida non ferenda videtur. Nec admodum probandum quod idem pro vulgari Graeca dictione ἀνθ' ὧν, i. e. ὅτι scribere maluit ἀντ' ἐκείνων ὧν. Quapropter haec omnia quae corruptissima habenda sunt ab acutioribus sanatum iri spero. Ultima inscriptionis verba describendâ curavi ex Hermanni sententia a Meinekio probata; codex: ἔθρεψε τιμᾶν ἔτι χρησίμα τελευτᾷ, quae vereor ut recte emendata sint. Sed melius quid equidem investigare non potui, alios indagaturos esse non dubito.

Inscriptionem in equum ἀθλοφόρον sepulcro ornatum ex

marmore descriptam apud Iacobsium Addend. ad Anth. Pal. p. CIII. invenias hanc:

α. Στήλη μαρμαρέη, τίνος εἶ τάφος; β. ὠκέος ἵππου.
α. τίς δ' ὄνομ'; β. Εὐθύδικος· α. τί κλέος; β. ἀθλοφόρος.
α. ποσσάκις ἐστέφθη δρόμον; β. πολλάκι· α. τίς δ' ἔλαέν μιν;
β. Κοίρανος· α. ὦ τιμῆς κρέσσονος ἡμιθέων.

In cuius versu tertio pro *πολλάκι* quod metro officit scribendum: *ὀκτάκι*, sive quod Cobetum in margine exemplaris sui adscripsisse video: *ἑπτάκι.* Quacum conferendae ex Anthologia duae inscriptiones eiusdem argumenti, altera Mnasalcae A. P. VII, 212, altera Anytes VII, 208.

Μνᾶμα τόδε φθιμένου μενεδαΐου εἵσατο Δᾶμις
ἵππου ἐπεὶ στέρνον τοῦδε δαφοινὸς Ἄρης
τύψε· μέλαν δέ οἱ αἷμα ταλαυρίνου διὰ χρωτὸς
ζέσσ' ἐπὶ δ' ἀργαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

Ut autem in Mnasalcae inscriptione nomen equi cursoris est *Αἴθυια* et in altera *Εὐθύδικος*, ita in Anytes inscriptionis versu primo Meinekius Delect. Epigr. p. 98. cum Grotio *Μενεδαΐου* quod equi nomen fuerit, praefert. Quod mihi parum probabile videtur, equo enim nobilitato victoriis iu certaminibus curulibus nomen inditum esse nil mirum, sed in equis bellicis idem a militibus fieri non solet. Igitur rectissimum est *μενεδαΐου ἵππου*, id est *πολεμιστηρίου*, ut Call. Cer. 109. *καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον*, Polyb. Exc. XII, 2. In eiusdem carminis versu secundo Meinekius ex codice *δαφοινόν* restituit. Ex Suida Iacobsius *δαφοινός*, quod mihi videtur praestare propter adiectum: *μέλαν αἷμα.* Versu quarto ineptum esse quod vulgo legitur *ἀργαλέαν* nemo non intelligit. Insuper *ἔδευσε* languidius dictum videtur. Quamobrem poetriam dedisse puto:

ἐπὶ δ' ἁρμαλέαν βῶλον ἔρευσε φόνῳ.

Adiectivum aptissimum cuius memoria servata est apud unum Hesychium: *ἀρμαλέον, ξηρόν.* Plura huius generis epigrammata haud dubie inscripta fuerunt cippis tumulorum prope Agrigentum, de quibus Diod. Sic. XIII, 82. *δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν τῶν Ἀκραγαντίνων καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων ἅτινα μὲν τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν παίδων καὶ παρθένων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις ἃ Τίμαιος ἑωρακέναι φησὶ μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα,* ut cicadarum et locustarum monumenta magno cum dominorum studio et opificum artificio facta memorat Plinius H. N. 34. 9. 3. » Myronem fecisse et cicadae monumenta ac locustae carminibus suis Erinna significat." Ex quibus descripta aliquot carmina in Anthologiam recepta sunt, ut Mnasalcae A. P. VII, 194.

Ἀκρίδα Δημοκρίτου μελεσίπτερον ἅδε θανοῦσαν
Ἄργιλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει,
ἇς καὶ ὅτ' ἰθύσειε πανέσπερον ὕμνον ἀείδειν
πᾶν μέλαθρον μολπᾶς ἴαχ' ὑπ' εὐκελάδου.

Ubi particula *καί* ut valde absona offendor, quapropter malim: *ἇς κεν — ἴαχεν*, ut iudicetur hoc fieri solitum fuisse. De lectione in voce *Ἄργιλος* dubitatur, quum in codice scriptum sit: *Ἀργειλός.* Urbis Macedoniae nomen restituit Brunckius, sed mihi displicere fateor sententiam ita informatam: *ἥδε πόλις — ἔχει ἀκρίδα ἀμφὶ κέλευθον*, quum exspectaveris: *ἥδε κέλευθος ἔχει.* Sed melius quid non invenio et fortuito factum puto, quod in locustam Democriti aliud exstat epigramma a Phaenno scriptum ib. c. 197.

Δαμοκρίτῳ μὲν ἐγὼ, λιγυρὰν ὅκα μοῦσαν ἀνείην
ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ἆγον ὕπνον·
Δαμόκριτος δ' ἐπ' ἐμοὶ τὸν ἐοικότα τύμβον ὀδῖτα
ἐγγύθεν Ὠρωποῦ χεῦεν ἀποφθιμένᾳ,

unde ad veram lectionem in Mnasalcae carmine inveniendam argumenta ducere non licet. In Phaenni inscriptionis vs. 1. scripsi *ἀνείην* pro *ἐνείην* et dativum *Δαμοκρίτῳ* iunxi cum verbis *τὸν βαθὺν ἄγον ὕπνον*. De quo etiam Hermannus admonuit. His addendum plures inscriptiones in canes sepultos Anthologiae insertas et additas esse, quarum duae, altera Simonidis, altera Anytes leguntur apud Pollucem V, 48. *καὶ γὰρ ἡ Τεγεᾶτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξης ἐμπέπληκεν, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ φέρουσ' ἐπέγραψεν κτἑ.* v. App. Ep. 9 et 341. Addatur inscriptio in Welckeri Syllog. c. 102. p. 137.

χρῆμα τὸ Πανθείας βαιᾶς κυνὸς ἠρία κεύθει
εὐνοίας στοργῆς εἶδεος ἀγλαΐαν,
κούρη δ' ἁβρὸν ἄθυρμα ποθοῦσ' ἐλεεινὰ δακρύει
τὴν τροφίμην Φιλίας μνῆστιν ἔχουσ' ἀτρεκῆ.

In qua inscriptione eleganti suavitate condita haud dubie coniungenda sunt: *ἠρία κεύθει ἀγλαΐαν εἶδεος, εὐνοίας, στοργῆς*. Accusativus igitur *ἀγλαΐαν* redire censendus foret ad initium *χρῆμα τό*, quae verba sana visa sunt Welckero. Sed ita constructione verborum durissima locutus esset poeta, quare *χρῆμα τό* corruptum videtur, at idem nisi ipsius lapidis auctoritate vix sanabile dicam.

Inter poetas quorum carmina in Anthologiam suam collegit Meleager, optimus haud dubie est Simonides qui omnem inscriptionis formam a rudibus profectam initiis in summae artis moderamina coegit et dulcedinem sectatus in argumento grandi verba ipsa ingeniosa in brevem gyrum contraxit, verbo *ἐπίγραμμα πρίνινον ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο*. Inter posteriores optimis annumerandi praeter ipsum Meleagrum Leonidas Tarentinus et Callimachus Cyrenaeus, quos iam ipsorum veterum iudicio optimos in hac literarum parte habitos esse scriptores videmus. Leo-

nidae enim epigramma simulacro Panis subscriptum Latine convertit Propertius III, 11. 41. complura alia imitatione expressa reddiderunt alii epigrammatum poetae, quod in hoc uno poeta saepissime factum videas. De Callimacho idem constat ex verbis Plinii Epist. IV. 3. »Ita certe sum refectus ipse, cum Graeca epigrammata tua, cum iambos ibi proxime legerem: quantum ibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa, quam antiqua, quam arguta, quam recta! Callimachum me vel Herodam vel si quid his melius, tenere credebam." Martialis IV, 23.

Dum tu lenta nimis diuque quaeris
qui primus tibi quisve sit secundus
Graium quisve Epigramma comparabit
palmam Callimachus Thalia de se
facundo dedit ipse Brutiano.
Qui si Cecropio satur lepore
Romanae sale luserit Minervae
illi me facias precor secundum.

Et sane si propter summam in celebrando facinore magnifico simplicitatem summo iure admiramur epigramma publicum Simonidis in Spartanos in Thermopylis occisos conscriptum hoc:

ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις ὅτι τᾷδε
κείμεθα τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι,

huic comparare ausim in diverso genere Callimachi distichon:

δωδεκέτη τὸν παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
ἐνθάδε τὴν πολλὴν ἐλπίδα Νικοτέλην

A. P. VII, 453. et c. 451.

τᾷδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
κοιμᾶται· θνάσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

Ita suavissimum est epigramma in Heraclitum amicum

mortuum, et dulcissimum epigramma amatorium A. P. XII, 134.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
πνεῦμα διὰ στηθέων εἶδες ἀνηγάγετο,
τὸ τρίτον ἡνίκ' ἔπινε, τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
τὠνδρὸς ἀπ' ὀστλίγγων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.
ὤπτηται μέγα δή τι· μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

In quo vs. 4. recepi coniecturam Ottonis Schneideri ἀπ' ὀστλίγγων pro quo in codice legitur ἀπὸ στομάτων, apud Athenaeum ἀπὸ στεφάνων. Quod ipse olim restitutum volui, haud dubie reiiciendum est, sed miror Schneiderum hoc acerbius notare maluisse, quam quae de vera lectione restituenda vs. 2 et 3. monueram assensu suo comprobare neque tamquam indicta praetermittere. In suo genere admirabile est aliud epigramma inscriptum conchae a Selene Veneri Equestri dedicatae, in quo locus suavissimus et nitidissimus de nautilo, qui cum ipso epigrammate hic apponendus est et corrigendus:

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτι παλαίτερον· ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις
ναυτίλον· ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον, εἰ μὲν ἀῆται,
τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων,
εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ θεὸς, οὖλος ἐρέσσων
ποσσί νιν, ὥστ' ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται·
ἐκ δ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδας, ὄφρα γένωμαι
σοί τι περίσκεπτον παίγνιον, Ἀρσινόη,
μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ' ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνους
τίκτηται νοτερῆς ὤεον ἀλκυόνης.
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν· οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
ῥέζειν καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος.

Versu primo pro παλαίτερον Schneiderus correxit: πάλαι

τέρας, quod sane piscis naturae accommodatum. Versu altero corruptum est πρῶτον, nam haec concha haberi nequit princeps prae aliis in hoc Veneris templo dedicata esse. Vs. 6. emendato ab Hermanno optime scribetur: ὧτ' ἔργῳ τοὔνομα σ. Vs. 7. non intelligo quid sit θῖνας Ἰουλίδας, pro quo alii poetae manum genuinam praestabunt. Vs. 10. pro νοτερῆς libenter reponerem γοερῆς — ἀλκυόνης. Sed longe ineptissime extulisse putandus foret poeta sententiam in fine epigrammatis, si revera Selenen ideo a Venere gratias sibi rependendas precatam fecit quod Smyrna esset oriunda. Mihi idonea sententia restituta videtur, correcto:

οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
ῥέζειν ἡ Σμύρνης εἴτις ἀπ' Αἰολίδος.

Selene enim nova nupta prae caeteris mulieribus et civibus Smyrnaeis bonum rectumque colere perhibetur. Callimachi unum vertit epigramma Horatius I. Sat. 2. 105. alterum Q. Catulus apud Gell. XIX, 9. tertium Latine conversum legitur in Catalectis Virgil. XIV, p. 346. Teubner., quartum expressit Helvius Cinna in Anthol. Lat. t. I. p. 440.

Secundus post Meleagrum Anthologiae conditor exstitit Philippus Thessalonicensis sive Macedo, qui se plane ad Meleagri exemplar Anthologiae carmina digessisse professus est Anth. Pal. IV, 2. quam Coronae praefationem hic apponam integram:

Ἄνθεά σοι δρέψας Ἑλικώνια, καὶ κλυτοδένδρου
Πιερίας κείρας πρωτοφύτους κάλυκας,
καὶ σελίδος νεαρῆς θερίσας στάχυν ἀντανέπλεξα
τοῖς Μελεαγρείοις ὡς ἴκελον στεφάνοις.
ἀλλὰ παλαιοτέρων εἰδὼς κλέος, ἐσθλὲ Κάμιλλε
γνῶθι καὶ ὁπλοτέρων τὴν ὀλιγοστιχίην.

Ἀντίπατρος πρέψει στεφάνῳ στάχυς· ὡς δὲ κόρυμβος
Κριναγόρας· λάμψει δ' ὡς βότρυς Ἀντίφιλος·
Τύλλιος ὡς μελίλωτον· ἀμάρακον ὡς Φιλόδημος.
μύρτα δ' ὁ Παρμενίων· ὡς ῥόδον Ἀντιφάνης·
κισσὸς δ' Αὐτομέδων· Ζωνᾶς κρίνα· δρῦς δὲ Βιάνωρ·
Ἀντίγονος δ' ἐλάη καὶ Διόδωρος ἴον·
Εὐήνῳ δάφνην συνεπίπλεκε· τοὺς δὲ περισσοὺς
εἴκασον οἷς ἐθέλεις ἄνθεσιν ἀρτιφύτοις.

Ultimi versus corrupti sunt, quum enim συνεπίπλεκε referendum sit ad Camillum quem Philippus alloquitur, Poetae ita negotium suum in patronum transtulisset, quod ineptum. Carminis quoque tenor monstrat Evenum lauro comparandum esse, quod nostra de hoc loco praestat coniectura:

Εὔηνον δάφνῃ, συνεπιπλεκτοὺς δὲ περισσοὺς
εἴκασον οἷς ἐθέλεις· ἄνθεσιν ἀρτιφύτοις.

Initio versus Εὐήνῳ δάφνην non videtur servari posse. De aetate qua vixerit Philippus, satis certo constare videretur, si item certo constaret recte et vere de hoc Philippo intelligi inscriptionem in Philippum Macedonem Ap. Ep. 354.

Τὸν πάσης ἀρετῆς εἰδήμονα φῶτα Φίλιππον
πρέσβυν κ' Ἀονίης ἐμπέραμον σοφίης
Αὐσονίων ὕπατον πατέρα κλυτὸν Ἀντιγόνοιο
θρέψε Μακηδονίη δέξατο δ' Ἰταλίη.

Romae enim haud dubie demum post gentem Augusteam exstinctam vixisse et in summos honorum gradus provectus esse potuit. Complura Philippi epigrammata esse ἐπιδεικτικά et ex aliorum carminibus expressa notavit Iacobsius, in quibus docilis sermonis et mundae eloquii elegantiae protulit studia et expertus esse videtur quomodo optime similia dissimilibus possent enunciari. Quo magis miror

Meinekium Delect. p. 220. Philippum notasse quod plura in verborum formatione et syllabarum mensura admiserit singularia. Quae exempla contulit vir doctissimus, ea aut valde incerta aut omnino conficta puto. Nam correptio syllabae ante duplicem ζ a Brunckio demum profecta est in inscriptione A. P. VII, 394.

Μυλεργάτας ἀνήρ με κὴν ζωᾶς χρόνοις
βαρυβρομήταν εἶχε δινητὸν πέτρον,
πυρήφατον Δαματρὸς εὐκάρπου λάτριν,
καὶ κατθανὼν στάλωσε τῷδ' ἐπ' ἠρίῳ
σύνθημα τέχνας· ὡς ἔχει μ' αἰεὶ βαρὺν
καὶ ζῶν ἐν ἔργοις καὶ θανὼν ἐπ' ὀστέοις.

Nam ita vs. 1. in codice recte legitur. Brunckius scripsit: *ἀνήρ με ζωᾶς ἐν χρόνοις*. Sed ut eadem sententia quam in fine argute enunciavit poeta prioribus quoque tribuatur, quae ita scripta ut nunc leguntur sensu destituta videntur, primos versus ita scribam:

Μυλεργάτας ἀνήρ με κὴν ζωᾶς χρόνοις
βαρὺν βρομήταν εἶχε δινητὸν πέτρον.

Ubi iungenda sunt: *βαρὺν εἶχε*, ut vs. 5. Vs. 4. correxerim: *καὶ κατθανὼν σταλώσαθ' ὧδ' ἐπ' ἠρίῳ.*

Media enim verbi forma significatur hominem iussisse ut ex lapide molari cippus sibi in tumulo conficeretur. Alter locus est in inscriptione A. P. IX, 742.

Ἄπαιρέ μου τένοντος, ὦ γεωπόνε,
λέπαδνα καὶ σίδαρον αὐλακεργάταν·
χαλκὸν γὰρ ἀμῶν οὐκ ἐσάρκωσεν Μύρων,
τέχνα δ' ἐζωπόνησεν ὄψιν ἔμπνοον κτέ.

Ubi non satis iuvamur Meinekii correctione: *δὲ ζωπόνησεν*, quum restituendum sit: *ἐξεπόνησεν*. Quod vero hoc carmen dixerim inscriptionem mirum visum iri sat scio. Sed non celabo sententiam mihi omnia carmina in Myronis

borem in A. P. IX, 713—743. non scripta videri eo consilio ut locum communem diversis rationibus eleganter enuntiarent poetae, sed revera descriptas fuisse inscriptiones ex imaginibus expressis ex prototypo, et ectypis, quae haud dubie plurima numero aedes privatorum hominum ornabant. Ita puto etiam alia epigrammata inscripta fuisse tabulis expictis ad exemplar tabulae a summis artificibus pictae. Correptio primae syllabae in *ὑφασμένος* A. P. VI, 247. 5. et ipsa idonea caret auctoritate, quum in codice recte scriptum sit:

καὶ τάλαρον σχοίνοις ὑφασμένον,

quod imperite in *σχοίνοισιν* mutarunt. Formam analogiae adversam *τραχηλοδεσμότης* recte sustulit Meinekius p. 220: *ἐξεσύρη* IX, 56. 5. inter singularia referri nequit, quum correptio penultimae legitima sit; *ἀναδράμεται* pro *ἀναδραμεῖται* Philippum IX, 575. aliorum exemplo scripsisse probabiliter statuit Buttmannus Gramm. I. p. 398.; pluribus etiam commune est *ἐλάη*, quod legitur IV, 2. 12. et VI, 102. 6.

καὶ σίκυον χνοάοντα, τὸν ἐν φύλλοις πεδοκοίτην
καὶ πέρκην ἤδη χρυσοχίτων' ἐλάην.
σοὶ, Φιλοδῖτα Πρίηπε, φυτοσκάφος ἄνθετο Δάμων
δένδρεσι καὶ γυίοις εὐξάμενος θαλέθειν.

In quo miror Priapum villicorum deum et rubrum hortorum custodem dici viatorum deum tutelarem, quum dei munus sit fures viatores hortis arcere. Codicis igitur lectio *Φιλοδῆτα* non satis recte emendata videtur. Restant in Philippi carminibus vitiosa *πυρητόκον* in Ep. VI, 90. 6.

λίθον τε ναύταις ἑσπέρης πυρητόκον,

quod mutaverim in *πυρσητόκον*, ut VI, 27. 4. *καὶ λίθον ἀντιτύπῳ κρούσματι πυρσοτόκον*. 28. 5. *καὶ μητέρα πυρσῶν τήνδε λίθον*, et correptio syllabae longae in VI, 103. 5.

τρύπανά θ' ἑλκεσίχειρα τέρετρά τε μιλτοφυρῆ τε
σχοῖνον ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι

quum ipse recte dixerit VI, 251. 3.

δέξαι πλωτήρων μάζης χεριφυρέα δαῖτα.

Equidem conieci μιλτοχρῆ τε, collato Hesychio: ἱαρόχρης, καθαρὸς, θύσιμος et E. M. 265. 48. ἀχρής· οἷον·

ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο

ἔστιν ἄχρους. v. Lobeck. Paralip. I. p. 256 sq. In eiusdem Philippi versibus A. P. VI, 92.

Αὐλὸν καμινευτῆρα τὸν φιλήνεμον
ῥίνην τε κνησίχρυσον ὠκυδήκτορα
καὶ τὸν δίχηλον καρκίνον πυραγρέτην
πτωκὸς πόδας τε τούςδε λειψανηλόγους
ὁ χρυσοτέκτων Δημοφῶν Κυλληνίῳ
ἔθηκε γήρᾳ κανθὸν ἐζοφωμένος

scribendum est, quod unice aptum, ὀξυδήκτορα. In inscriptione sepulcrali VII, 186.

Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει
λωτὸς καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις·
θρῆνος δ' εἰς ὑμέναιον ἐκώμασεν· ἡ δὲ τάλαινα
οὔπω πάντα γυνὴ καὶ νέκυς ἐβλέπετο.
δακρυόεις Ἀΐδη, τί πόσιν νύμφης διέλυσας
αὖτις ἐφ' ἁρπαγίμοις τερπόμενος λέχεσιν;

scripsi vs. 6. αὖτις pro vulgata lectione αὐτός, quam ineptam esse non opus est ut pluribus evincam argumentis. Inter poetae Coronae Philippi optimi sunt Antipater Thessalonicensis; Crinagoras et Diodorus Zonas. Elegantissima et rectissimo verborum delectu admodum commendabilia sunt Diodori epigrammata VI, 347. VII, 365. 404. 624. 627. 632. 700. 701. IX, 226. 312.

Sextus denique idemque Anthologiae hodie superstitis conditor fuit Constantinus Cephalas, cuius cognominis Κε-

Φαλᾶς ratio inde repetenda videtur, quod Anthologiam pro argumento in singula distribuit capita, *ὁ κεφαλαιωσάμενος*. De quo legitur in lemmate ad IV, 1. *συνέταξε δὲ ὁ Μελέαγρος τὰ ἐπιγράμματα κατὰ στοιχεῖον, ἀλλὰ Κωνσταντῖνος ὁ ἐπονομαζόμενος Κεφαλᾶς συνέχεεν αὐτὰ ἀφορίσας εἰς κεφάλαια διάφορα.* De eiusdem moribus legas ad VII, 1. *ἀρχὴ τῶν ἐπιτυμβίων ἐπιγραμμάτων ὧν ἐσχεδίασεν ὁ κύριος Κωνσταντῖνος ὁ Κεφαλᾶς, ὁ μακάριος καὶ ἀείμνηστος καὶ τριπόθητος ἄνθρωπος.* Cephalas fuit discipulus Gregorii Magistri, de quo constat ex lemmate ad VII, 429. *τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα ὁ Κεφαλᾶς προεβάλετο ἐν τῇ σχολῇ τῆς νέας ἐκκλησίας ἐπὶ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου τοῦ μαγίστορος*, i. e. carmen aenigmatice scriptum aliis solvendum proposuit tamquam *ζήτημα* praeside Gregorio Magistro, a quo idem e lapide descriptum accepisse videtur. Quamquam et *ἐπὶ Γρηγορίου τοῦ μαγίστορος* interpretari possis » Gregorio magistro Byzantii vivo." Minus plene dictum *τοῦ μαγίστορος*, quod integrum legitur ad I. 109. *Ἰγνατίου τοῦ μαγίστορος τῶν γραμματικῶν.* In porticu igitur novae ecclesiae Byzantii fuit schola grammaticorum, ut in basilica, quae *βασίλειος στοὰ* dicta. In hac versabantur docebantque philosophi grammatici rhetores et iureconsulti, v. Agath. Hist. II, 29. p. 127. 20. III, 2. p. 138. 15. cl. Ep. A. P. IX, 660. *εἰς τὴν βασιλικὴν τῶν παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ*, unde emendandus Stephanus Byzantius v. *Ἀνακτόριον* » *καὶ Εὐγένιος δὲ ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας*" ubi scribe *βασιλικῇ*. Gregorius ille Magister in itineribus per Asiam Minorem et Graeciam complures collegit inscriptiones, quas Cephalas in Anthologia sua a praeceptore acceptas primus publici iuris fecisse videtur. Gregorii opera in describenda inscriptione Cyzicena laudatur in scholiis ad A. P. VII, 334. t. III, p. 294.

εἰς Φρόντωνα υἱὸν Πωλίττης, εὑρέθη δὲ ἐν Κυζίκῳ, τὸν δὲ ποιήσαντα οὐ γιγνώσκω, ἐγράφη δὲ καὶ τοῦτο ὁμοίως παρὰ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου τοῦ καμψικίζοντος, ὅθεν αὐτὸ ὁ Κεφαλᾶς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν ἔταξεν. Ubi *καμψικίζοντος* ex codice recte Paullesenius, quod verbum Hesychius interpretatus est: *καμψικίζουσα, βαρβαρίζουσα.* Eiusdem igitur opera descripta putem undeviginti epigrammata Cyzicena libri tertii Anthologiae Palatinae et alterum quod superius emendavi A. P. VI, c. 342. fortasse etiam Thespiense VI, 342. et Rhodiacum epigramma VI, 171. Singulis carminibus addidit lemma in quo urbes et vicos memoravit ubi ex lapidibus inscriptiones descripserat, plane ut Meleager. Ita ad VII, 327. *εἰς Κάσσανδρον τὸν ὡραῖον ἐν Λαρίσσῃ κείμενον· κετεγράφη παρὰ Γρηγορίου τοῦ μακαρίτου ἐξ αὐτῆς τῆς λάρνακος*, addito: *ὡραῖον, σημείωσαι.* ad VII, 330. *εἰς Μάξιμον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Καληποδίαν ἐν τῷ Δορυλαίῳ.* 331. *εἰς γυναῖκα σώφρονα καὶ μόνανδρον, εἰς Ὥρακα ἐν Φρυγίᾳ.* 332. *εἰς Ἀκμονίαν εἴς τινα παρὰ βακχευτρίας ἀναιρεθέντα.* 333. *εἰς Ἀδριανοὺς ἐν Φρυγίᾳ.* 337. *εἰς Ἁρμονίαν γυναῖκα πλουσιωτάτην καὶ σώφρονα ἐν Μεγάροις.* 338. *εἰς Περικλέα ἐν Μαγνησίᾳ κείμενον.* 340. *εὑρεθὲν ἐν Θεσσαλονίκῃ.* c. 346. *εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ.* c. 558. *ἀδέσποτον εἰς Ῥουφῖνον υἱὸν Αἰθερίου· εὑρέθη δὲ ἐν Προύσῃ.* 575. *εἰς Ῥόδην ἐν Βυζαντίῳ τελευτήσασαν.* ad VII, 613. *Διογένους ἐπισκόπου τῆς Ποντικῆς Ἀμισοῦ.* 667. *ἀδέσποτον ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐν Θεσσαλονίκῃ.* 672. *ἀδέσποτον ἐν Κορίνθῳ γέγραπται*, ad IX, 597. *Κομητᾶ Σχολαστικοῦ ἐν Ἀναζαρβῷ*, ad XV, 2. *εἰς τὴν πόλιν τῶν Μύρων τῆς Λυκίας*, 3. 4. — 12. 15. XV. t. III. p. 835. *ἐπιγράμματα ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλει*, et in lemmatis inscriptionum aliquot Christianarum libri Primi Anthologiae. Cephalam autem inconsiderate versatum esse

in digerendis carminibus et carmina diversissima sub unum contraxisse titulum pluribus docemur exemplis, idque in ipso codice, notatum ad IX, 15. *τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικὸν ἀλλ' ἐρωτικὸν ἐπίγραμμα.* 16. *Μελεάγρου. καὶ τοῦτο ὁμοίως ἐρωτικὸν διὰ τὴν ἀφυΐαν τοῦ ἐκλεξαμένου.* Ita sepulcralis est inscriptio Diodori Zonae, quae inter *ἀναθηματικά* legitur VI, 347. ut male inter sepulcralia epigrammata collocata carmina Myrini in pictam tabulam A. P. VII, 703. et Antiphili in horologium VII, 641. Et ad epigrammata *ἐπιδεικτικά* potius referendum erat eiusdem Antiphili carmen in ingentem Dicaearcheae molem A. P. VII, 379. ut Philippi epigramma eiusdem argumenti A. P. IX, 709. 6. quae ex eo genere sunt, de quibus scripsit Agathias A. P. IV, 3. 117.

ἀλλὰ πάλιν μετ' ἐκεῖνα· παλαίτερον εὖχος ἀείρει
ὅσσαπερ ἢ γραφίδεσσι χαράξαμεν ἤ τινι χώρῳ
εἴτε καὶ εὐποίητον· ἐπὶ βρέτας εἴτε καὶ ἄλλης
τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.

Confer eiusdem verba Hist. II, 10. p. 87. 10. *ἐμοὶ δέ τις τῶν ἐπιχωρίων καὶ ἐλεγεῖόν τι ἔφη ἐς κύρβιν τινὰ λιθίνην ὑπό του γεγράφθαι ἀμφὶ τὰς ὀχθὰς τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένην, ὧδέ πως ἔχον*, v. App. Ep. 312. In tali cippo rei mememorabilis celebrandae gratia posito incisum fuit epigramma *ἀδέσποτον* quod falso ad sepulcralia transtulit Cephalas A. P. VII, c. 626.

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
ἔθνεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμενα,
οὔ τοι ἐρημαίαισιν ἐπὶ πτήσσεσθε λεόντων
ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων,
φῦλον ἐπεὶ νήριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν
ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·

αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοιτάδες ἀκρώρειαι
θηρῶν, νῦν ἀνδρῶν εἰσὶ βοηλασίαι.

Ita hoc poemation edidit Iacobsius, a quo pluribus de causis mihi dissentiendum est. Hoc unum probandum videtur, quod coniecit vs. 2. scribendum esse *βαρυνόμενα*. Verba enim ita mihi videntur iungenda: *νῶτα ἠπείρου βαρυνόμενα θηρῶν ἔθνεσιν οὐκέτι ἐπιπτοιεῖσθε ὠρυγαῖς λεόντων*. Vere autem dixit Africae dorsa leonibus feta, ut Libya *θηροτρόφος* Ap. Rh. IV, 1561. quae Graecorum proverbio *καινὸν ἀεί τι θηρίον τίκτει*. Vs. 3. codex *ἐπὶ πτύσεσθε*, quod Meinekius p. 237. in *ἐπιπτύρεσθε* mutavit, toto versu ita scripto: *ἠχοῖ ἐρημαίαισι τ' ἐπιπτύρεσθε λεόντων ὠρυγαῖς*, improbante Hermanno. Proximo ad codicis lectionem accedere videtur *ἐπιπτοιεῖσθε*, caetera vero quae in membranis ita scripta exstant: *ἤχοι ἐρημαίαισιν*, olim in hunc modum lecta fuisse autumo:

Ἠχοῖ ἐρημαίᾳ συνεπιπτοιεῖσθε λεόντων
ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων.

Ipsi deserti Libyci recessus et Echo perterriti dicuntur rugitu leonum; Echo autem eadem ratione nympha solitaria dicitur ab Archia Anth. Plan. 94. 5.

ποίμνας ἐξελάσασθε· πάλιν μυκηθμὸν ἀκούοι
Ἠχὼ ἐρημαίης ἐνναέτειρα νάπης

Versum sextum in quo iam olim correxi *ἐν ὀπαῖς*, *in caveis*, nunc certa emendatione mihi redintegrasse visussum, scripto:

δέσμιον αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκ' ἐν ὀπαῖς.

Ita apud Polybium legitur XXV, 8. 7. *τὸν Χαίρωνα — ἐποίησε δέσμιον*. In cippo ad pontem quo Auxentius architectus fluminis Cydni aquas iunxerat posito incisum legebatur carmen, quod post alios Iacobsius edidit in App. Ep. 270.

Ὄντως σῆς ἀρετῆς Αὐξέντιε καὶ τόδε θαῦμα
δείμασθαι ποταμοῦ χειμερίοισι δρόμοις
ἄρρηκτον κρηπῖδα σιδηροδέτοισι θεμείλοις,
ὧν ὕπερ εὐρείην ἐξετάνυσσας ὁδόν,
ἣν πολλοὶ καὶ πρόσθεν ἀπειρείῃσι νόοιο
Κυδναίων ῥείθρων τεῦξαν ἀφαυροτέρην·
σοὶ δ' ὑπὲρ ἀψίδων αἰώνιος ἐρρίζωται
καὶ ποταμὸς πλήθων πρηΰτερος τελέθει.
αὐτὸς τήνδε γέφυραν ἀνασχόμενος τελέσασθαι
ἡγεμόνος Πίθου τοῦ διασημοτάτου,
ὄφρα σε καὶ μετόπισθεν ἔχοι κλέος ἶσον ἐκείνοις
οἳ Νείλου προχοὰς ζεῦξαν ἀπειρεσίους.

In cuius versu decimo Brunckium nomen *Πίθου* summo iure corruptum habuisse intelligitur ex apographo Barthii Mus. Rhen. 1849. p. 248. Ibi scriptum exstat: ΠΙΘΟΙ. Scribendum adeo:

ἡγεμόνος πειθοῖ τοῦ διασημοτάτου.

Praefecti enim nomen vel in alia lapidis parte vel in ipso ponte incisum fuisse videtur. Auxentius igitur hoc opus difficillimum ipse perficere aggressus est, a praefecto huc pertractus. Notanda quoque subita constructionis mutatio vs. 9. ubi nominativus *αὐτὸς ἀνασχόμενος*, pendet. Similiter in moenibus Tirynthis urbis insculptos fuisse suspicor versus Antipatri Thessalonicensis A. P. VII, 748.

Τίς τόδε μουνόγληνος ἅπαν δωμήσατο Κύκλωψ
λάϊνον Ἀσσυρίης χῶμα Σεμιράμιος,
ἢ ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες
κείμενον ἑπταπόρων ἀγχόθι Πληϊάδων,
ἀκλινὲς ἀστυφέλικτον Ἀθωέος ἶσον ἐρίπνᾳ
φυρηθὲν γαίης εὐρυπέδοιο βάρος;
δᾶμος ἀεὶ μακαριστὸς ὅδ' ἄστεος Ἡρακλῆος
οὐράνιον νεφέων τεῦξεν ἐπ' εὐρυάλων.

Quod carmen minus recte Buttmannus et Iacobsius interpretati videntur de templo et turre Beli. Mihi hic urbis Tirynthis moenia celebrari videntur, quae dicuntur *Κυκλώπια οὐράνια τείχη*, nec dissimiliter in versu ignoti tragici quem ex duobus Hesychii glossis egregie concinnavit Meinekius Anal. Alex. p. 41.

Τιρύνθιον πλίνθευμα Κυκλώπων ἕδος.

Paus. VII, 25. 3. *Μυκηναίοις μὲν γὰρ τὸ μὲν τεῖχος ἐτετείχιστο κατὰ ταὐτὰ τῷ ἐν Τίρυνθι ὑπὸ τῶν Κυκλώπων καλουμένων.* Et his apprime convenit vocabulum *χῶμα*, ut et *Φυρηθέν* quod de opere rudiore arte facto rectissime dictum ut de Mercurii imagine Anth. Plan. c. 191. *πηλὸς ἐφυράθην.* In hanc sententiam emendavi ultimum distichon quod vulgo legitur: *δᾶμος ἀεὶ μακαριστὸς ὃς ἄστεσιν Ἡρακλείης οὐρανίων νεφέων κτέ.* Respondendum enim erat ad quaestiones quibus poeta sciscitatus erat quinam hanc molem ingentem Atho monti magnitudine parem exstruxissent. Athos itidem altissimus dicitur montium quos sol quadrigis supervehitur a Catullo comae vs. 44. Quodsi sanum est *Ἀθωέος*, repetenda est haec forma a nominativo *Ἀθωεύς* quae nusquam quantum scio alibi occurrit. Populus igitur Tirynthius haec moenia muniri curaverat et postea hanc inscriptionem ruderibus incidi iussit. Tiryns enim est urbs Herculis, ut Hercules dicitur *Τιρύνθιος ἄκμων* a Call. Dian. 146. Mox *οὐράνιον* emendavi quod iungendum cum *τεῦξεν*, ut in dictione *οὐράνιον ἀναβοᾶν.* Confer Eur. Troad. 519. *ἵππον οὐράνια βρέμοντα.* Ar. Vesp. 1483. *σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων.* 1520. *ῥῖπτε σκέλος οὐράνιον.* Phot. Lex. v. *οὐράνιον παιδιάν· ὅταν τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάλλωσι.* Sponte autem intelligitur ad quaestiones quas poeta tribus distichis fecerat respondendum fuisse, ut factum ab Archemelo App. Ep. 15.

Τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἵσατο; ποῖος
κοίρανος ἀκαμάτοις πείσμασιν ἠγάγετο . . . . .
μανύει στιβαρᾶς κατ' ἐπωμίδος ἀρτιχάρακτον
γράμμα τίς ἐκ χέρσου τάνδ' ἐκύλισε τρόπιν κτέ.

Sed in Anthologia plura invenias carmina in quibus nulla responsio datur ad quaestiones a poeta propositas aut quas oratorem facientem finxit poeta. Hoc ineptissimum esse liquet neque satis mirari possum neminem interpretum hac re offensum fuisse. Exemplum ponam unum ex Anth. Plan. 97.

Χαλκὸν ἀποιμώζοντα τίς ἔπλασε; τίς δ' ὑπὸ τέχνας
καὶ πόνον ἐν μορφᾷ καὶ θράσος εἰργάσατο;
ἔμψυχον τὸ πλάσμα καὶ οἰκτείρω μογέοντα
καὶ Φρίττω κρατερὸν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα·
Ἀνταῖον γὰρ ἔχει πεπονημένον ἐκ παλαμάων,
ἰδνωθεὶς δὲ δοκεῖ καὶ στοναχὰν ἱέναι.

Hoc igitur intelligi nequit, nisi statuas hos versus subscriptos fuisse statuae vel operi artis, et ex eius basi ita descriptos ut artificis nomen et genus et patria inferius addita quibus ad hanc quaestionem respondebatur, omissa sint. Quod in pluribus inscriptionibus factum esse valde dolendum, quum ad historiam artium cognoscendam multum inde nobis redundaret lucri qui nunc tantum inscriptiones tenemus decurtatas. Eadem omissio facta in inscriptione Anth. Plan. 127.

Τίς τὸν Θρήϊκα τόνδε μονοκρήπιδα Λυκοῦργον
χάλκεον Ἠδωνῶν ταγὸν ἀνεπλάσατο;
Βακχιακὸν παρὰ πρέμνον ἴδ' ὡς ἀγερωχὰ μεμηνὼς
βριθὺν ὑπὲρ κεφαλᾶς ἀντέτακεν χάλυβα·
μανύει μορφὰ τὸ πάλαι θράσος· ἁ δ' ἀγέρωχος
λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει.

Anth. Plan. 265. 1.

Τίς τὸν ἐν ἐσθλοῖσιν ταλαπενθέα καὶ τριςάλαστον
Μῶμον ἀμωμήτοις χερσὶν ἀνεπλάσατο κτἑ.

ubi corrigendum est: ἐπ' ἐσθλοῖσιν. Eadem ratione expediendum est epigramma Philippi Anth. Plan. 137.

Τίς σου Κολχὶς ἄθεσμε συνέγραφεν εἰκόνι θυμόν;
τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον· ἤ τις Ἰήσων
δεύτερος ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι πρόφασις;
ἔρρε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε· σῶν γὰρ ἀμέτρων
ζήλων εἰς ἃ θέλεις καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

Ubi vs. 6. alii alia coniecerunt, Schneidewinus εἰςαθρεῖς. Equidem certiorem emendandi viam non reperio. Hic quoque deest artificis nomen ut in Ep. Anth. Plan. c. 142.

Μαίνῃ καὶ λίθος οὖσα καὶ ἐκ κραδίης σέο θυμὸς
ὄμματα κοιλήνας ἐς χόλον ηὐτρέπισεν;
ἔμπης οὐδὲ βάσις σε καθέξεται, ἀλλ' ἄρα θυμῷ
πηδήσεις τεκέων εἵνεκα μαινομένη.
ὤ τις ὁ τεχνίτης τόδ' ἀνέπλασεν ἤ τις ὁ γλύπτης
ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ;

Ubi versum quintum edidi secundum Brunckii emendationem; vulgatur: τόδε γ' ἔπλασεν. Rursus Plan. 194.

Χάλκειόν τίς Ἔρωτα μετήγαγεν ἐκ πυρὸς εἰς πῦρ
τήγανον ἁρμόζων τῇ κολάσει κόλασιν;

Satyrus c. 195. 196. 197. 265. Et talis inscriptionis forma restituenda in c. 251. 1. 2.

Πτανῷ πτανὸν Ἔρωτα τὸν ἀντίον ἔπλασ' Ἔρωτι
ἁ Νέμεσις τόξῳ τόξον ἀμυνόμενα,
ὥς κε πάθῃ τά γ' ἔρεξεν κτἑ.

Ubi corrigendum: Ἔρωτα τίς ἀντίον ἔπλασ' Ἔρωτι, ad quae verba respondetur hisce: ἁ Νέμεσις κτἑ. Eiusdem autem Antipatri cuius modo versus emendavimus, exstant

duo epigrammata in templum Dianae Ephesiacae magnificentissimum quae disiecta leguntur A. P. IX, c. 58. et 790.

Καὶ κρανάας Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος
καὶ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ Ζᾶνα κατηυγασάμην
κάπων τ' αἰώρημα καὶ Ἠελίοιο κολοσσὸν
καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον,
μνᾶμά τε Μαυσωλοῖο πελώριον· ἀλλ' ὅτ' ἐςεῖδον
Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο· τί κεῖνα δὲ; νόσφιν Ὀλύμπου
Ἅλιος οὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

alterum autem:

Τίς ποκ' ἀπ' Οὐλύμποιο μετάγαγε παρθενεῶνα
τὸν πάρος οὐρανίοις ἐμβεβαῶτα δόμοις
ἐς πόλιν Ἀνδρόκλοιο θοῶν βασίλειαν Ἰώνων
τὰν δορὶ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον;
ἦ ρα σὺ Φιλαμένα Τιτυοκτόνε μεῖζον Ὀλύμπου
τὰν τροφὸν ἐν ταύτᾳ τὸν σὸν ἔθευ θάλαμον.

In posteriore carmine nulla exstat causa quare Iones dicerentur *θοοί*, pro quo scribendum est:

ἐς πόλιν Ἀνδρόκλου θείων βασίλειαν Ἰώνων,

ut iidem dicuntur a Dionysio Periegeta vs. 822. *ἀγαυῶν παῖδες Ἰώνων.* In priore carmine versum septimum ex Bentleii coniectura edidit Iacobsius, qua utut eleganti poetae tamen manus non videtur esse restituta. In codice legitur *κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο· δὲ κῆν ιδε*, quod in *κηνίδε* mutavit Brunckius. Et hoc quidem rectissime poetae reddidisse videtur vir elegantis iudicii, nam *ἠνίδε* est indicium epigrammatis, quo velut digito viatores ad spectandam rem miram intendunt poetae ut apud Philippum A. P. VI, 236. 3. Antip. IX, 186. 3. Steph. Byz. v. *Δῖον*, quod epigramma superius emendavi. Aliis locis le-

gitur ἴδ' ὡς. Brunckio hac in re assensus etiam Passovius scripsit. Misc. p. 214. coniecit: ἠμαύρωθ' ὁ δὲ κῆνἴδε, interpretatus: »quicquid sol praeter Olympum vidit, nil tale vidit." Scripsisse mihi videtur poeta quod una literula mutata restitui potest:

κεῖνα μὲν ἠμαύρωσ' ὅδε, κῆνἴδε νόσφιν 'Ολύμπου
"Αλιος οὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

In quo apte reliquis sex mundi miraculis unum hoc templum opponitur. Utrum vero haec carmina in ipsius templi parietibus fuerint inscripta an pro re nata a poeta scripta, diiudicare nolim, hoc certum templis inscriptiones incídi solitas fuisse, ut patet ex Priapeis Catal. Scalig. p. 62.

Ergo quicquid id est quod otiosus
templi parietibus tui notavi,
in partem accipias bonam rogamus.

et p. 75.

Tu quicunque vides circa tentoria nostra
non nimium casti carmina plena ioci,
versibus obscoenis offendi desine.

Et ipsa Antipatri carmina templi parietibus inscripta fuisse mihi probabile videtur, ut dubio careat ea in unum locum coniungenda esse, quod minus certum de epigrammatis Crinagorae A. P. VII, 383. et IX, 439. Ex uno quoque lapide descripta videri possunt epigrammata dulcissima et suavissima Antipatri et Heracliti in Aretemiadem A. P. VII, 464. 465. Sed Tullii Gemini epigramma quod legitur A. P. VI, 260.

Φρύνη τὸν πτερόεντα τὸν εὐτέχνητον Ἔρωτα
μισθὸν ὑπὲρ τέκνων ἄνθετο Θεσπιάσιν·
Κύπριδος ἡ τέχνη· ζηλούμενον οὐκ ἐπιμεμφὲς
δῶρον· ἐς ἀμφοτέρους δ' ἔπρεπε μισθὸς Ἔρως.

δοιῆς ἐκ τέχνης αἰνέω βροτὸν, ὅς γε καὶ ἄλλοις
δοὺς θεὸν ἐν σπλάγχνοις εἶχε τελειότερον.

hoc igitur epigramma neque satis plene intelligi neque inscriptio haberi potest quum artificis nomen non additum sit, nisi ex latere ei apponatur alterum quod alteri basi, ut videtur inscriptum legitur in Anthologia Planudea c. 205.

Ἀντί μ' Ἔρωτος Ἔρωτα βροτῷ θεὸν ὤπασε Φρύνῃ
Πραξιτέλης μισθὸν καὶ θεὸν εὑρόμενος·
ἡ δ' οὐκ ἠρνήθη τὸν τέκτονα· δεῖσε γάρ οἱ Φρὴν
μὴ θεὸς ἀντὶ τέχνης σύμμαχα τόξα λάβῃ·
ταρβεῖ δ' οὐκέτι που τὸν Κύπριδος ἀλλὰ τὸν ἐκ σοῦ
Πραξίτελες τέχνην μητέρ' ἐπισταμένη.

Hoc epigrammate addito sponte intelligitur in priore nomine Praxitelis memorato non opus fuisse. In prioris carminis vs. 2. Iacobsii coniectura ὑπὲρ κτεάνων ita comparata est ut sententiam poetae restitutam probes, sed aliud desideres verbum. Nam κτέανα sunt quae quis possidet, κέρδεα vero pecuniae lucro comparatae, quamobrem hic loci malim: μισθὸν ὑπὲρ κερδέων. Ut Callim. A. P. XIII, 25. τὰ δῶρα Τιμόδημος εἵσατο τῶν κερδέων δεκατεύματα. Pro Θεσπιάσιν quod metro aversari monuit Lobeckius Buttm. Gr. t. II. p. 352. restituendum est quod membranae Palatinae et optimus Suidae codex praebent: Θεσπιέσιν pro Θεσπιεῦσιν, ut δραμέσι, τοκέσι, v. Buttm. Gr. Gr. I. p. 193 sq. Sensus est »dedicavit ut Thespienses deum colere possent," cl. Leonida Plan. 206. 1.

Θεσπιέες τὸν Ἔρωτα μόνον θεὸν ἐκ Κυθερείης
ἅζοντ' οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου.

Possis et Θεσπιάδαις, cl. Anth. Plan. 167. 3. τὸν δ' ἐνὶ Θεσπιάδαις γλυκὺν ἵμερον. In sequentibus iungenda verba:

Κύπριδος ἡ τέχνη ζηλούμενον οὐκ ἐπιμεμφὲς
δῶρον,

ut iungantur Κύπριδος δῶρον. Verba sequentia ἐς ἀμφοτέρους ἔπρεπε μισθὸς Ἔρως comparanda cum verbis Antipatri Anth. Plan. 184. ἔπρεπεν ἄμφω καὶ μέγαρον Βάκχῳ καὶ Βρόμιος μεγάρῳ, et Ovidii Her. XV, 181.

Grata lyram posui tibi Phoebe poetria Sappho,
convenit illa mihi, convenit illa tibi.

Artificem decebat hoc donum quod meretricem perdite amabat, mulierem quod Amoris Venerisque ope talem tantumque artificem allexisset. Compara gemina eiusdem poetae verba in altero epigrammate:

ἀντί μ' Ἔρωτος Ἔρωτα βροτῷ θεὸν ὤπασε Φρύνῃ
Πραξιτέλης μισθὸν καὶ θεὸν εὑρόμενος.

Vs. 6. in codice legitur: αἰνόβροτον, unde equidem corrigo:

δοιῆς δ' ἐκ τέχνης αἰνεῖ βροτόν

scilicet Phryne et propter amorem quo se complecteretur Praxiteles et propter summum artificium quo Amoris imaginem elaboraverat. His subiungam alias inscriptiones operibus artis inscriptas, ut eas a mendis, quibus mihi genuina scriptoris manus obliterata videtur, liberatas in integrum restituam. Inter quas prima nobis occurrit inscriptio Erinnae A. P. VI, 352.

Δέξ' ἀταλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα, λῷστε Προμαθεῦ·
ἔντι καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν·
ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅςτις ἔγραψευ,
αἴκ' αὐδὰν ποτέθηκ' ἧς κ' Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

Vs. 1. in codice coniunctim legitur; δέξατάλαν, quod seiunctum edidit Iacobsius. Brunckius cum Salmasio: ἐξ ἀταλᾶν, quod praeferendum existimat Weiskius de Prometheo p. 500. quae secundum Iacobsium haec tabula

picta Prometheo dedicata habenda foret, quod ineptum sit. Idem vs. 4. *αἱ καὖδάν* emendat, quod unice verum; particulae enim *αἴ κε* coniunctivum postulant. Et hoc ipsum requirit sententia: *εἰ καὶ αὐδὰν προςέθηκε, ἦν ἂν Ἀγαθαρχίς*. Eidem hoc assentior hanc tabulam pictam non dedicatam esse Prometheo, sed liberius verba poetriae restituenda puto hac coniectura:

Δεῖγμ' ἀταλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα λῷστα, Προμαθεῦ,
ὅττι καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.

Poetria pictorem Prometheo aequandum ait quod Agatharchidis imaginem ita ad vivum reddidisset ut spiranti mulieri esset simillima ipsamque redderet nisi quod loquendi deesset facultas. In eodem libro duae leguntur Nossidis inscriptiones, quarum altera c. 354.

Γνωτὰ καὶ τηνῶθε Σαβαιθίδες εἶδε τε μὲν
ἅδ' εἰκὼν μορφᾷ καὶ μεγαλοφροσύναν·
θάεο τὰν πινυτὰν, τὸ δὲ μείλιχον αὐτόθι τήνας
ἔλπομ' ὁρῆν· χαίροις πολλὰ μάκαιρα γύναι.

Prius distichon corruptissimum recte a Meinekio p. 96. ita emendatum videtur:

γνωτὰ καὶ τηνῶθε Σαβαιθίδος εἴδεται ἔμμεν
ἅδ' εἰκὼν μορφᾷ καὶ μεγαλοφροσύνᾳ,

nisi quod vocabulum *μεγαλοφροσύνᾳ* de muliere dictum cui statim post tribuitur *τὸ πινυτὸν* et *τὸ μείλιχον* vix ferendum videtur. Idque coniectura nititur, quum in codice scriptum sit *μεγαλωσύναν*. Itaque tentari: *μελιχροφροσύνᾳ*, et *μετριοφροσύνᾳ* quod sententiae accommodatius. Similis corruptela animadvertenda in eiusdem Nossidis inscriptione A. P. IX, 604.

Θαυμαρέτας μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει· εὖ γε τὸ γαῦρον
τεῦξε τό θ' ὡραῖον τᾶς ἀγανοβλεφάρου·

σαίνοι κέν σ' ἐςιδοῖσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα
δέσποιναν μελάθρων οἰομένα ποθορῆν.

Ubi adiectivum γαῦρον parum convenit eleganti matronae, cuius imagini hi versus subscripti fuerunt et plane repugnat epitheto ἀγανοβλέφαρος. Igitur scribi malim: Φαιδρὸν quod aptissime congruit cum altero adiectivo: ὡραῖον. Sed ineptius etiam de matrefamilias dictum quod vulgatur in Antipatri Sidonii epigrammate A. P. VII, 425.

Μὴ θάμβει μάστιγα Μυροῦς ἐπὶ σάματι λεύσσων
γλαῦκα, βίον, χαροπὰν χᾶνα, θοὰν σκύλακα.
τόξα μὲν αὔδασεῖ με πανεύτονον ἀγέτιν οἴκου
ἁ δὲ κύων τέκνων γνήσια καδομέναν·
μάστις δ' οὐκ ὀλοὰν ξένε δεσπότιν, ἀλλ' ἀγέρωχον
δμωσὶ κολάστειραν δ' ἔνδικον ἀμπλακίας.

Ubi vs. 3. corrigendum est πανέντονον, severam. Sed si vel severissima fuerit et imperiosissima, dici tamen nequit ἀγέρωχος, Quamobrem corrigendum:

ἀλλ' ἀγερώχοις
δμωσὶ κολάστειραν πάνδικον ἀμπλακίας.

Confer Philostr. V. S. II, 16. ἐπιταχθεὶς δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο ἀγέρωχοι καὶ χαλεποὶ ἀρχθῆναι. Antipatri vero Thessalonicensis, minime Sidonii poetae est epigramma in Apollinis iuvenis imaginem Onatae A. P. IX, 238.

Βούπαις ὡπόλλων τόδε χάλκεον ἔργον Ὀνατᾶ
ἀγλαΐης Λητοῖ καὶ Διὶ μαρτυρίη,
οὐδ' ὅτι τῆςδε μάτην Ζεὺς ἤρατο χὤτι κατ' αἶνον
ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἀγλαὸς ὁ Κρονίδης·
οὐδ' Ἥρῃ νεμεσητὸν ἐχεύατο χαλκὸν Ὀνατᾶς
ὃν μετ' Ἐλειθυίης τοῖον ἀπεπλάσατο.

Quod carmen, statuae ipsi Apollinis subscriptum, optimo iure a Iacobsio argutum dictum est. Idem versu tertio

verbis *κατ' αἶνον* respici putavit ad Hom. Il. II, 478. *ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ.* Quod mihi improbandum videtur. Vix enim verosimile in proverbium omnium ore tritum abiisse inter Graecos Iovem pulcris esse oculis et capite. Scribendum igitur videtur *κατ' αἶσαν*, ut dicatur forma Iovis pulcherrima conspicua esse in imagine filii, qui ore matrem simul et patrem pari pulcritudine insignes referat. Eleganter quoque scripta eiusdem Antipatri Thessalonicensis inscriptio in statuas quinque Thyiadum uni basi impositas A. P. IX, 603.

Πέντε Διωνύσοιο θεραπνίδες αἵδε Σαώτεω
ἐντύνουσι θοᾶς ἔργα χοροστασίας,
ἁ μὲν ἀερτάζουσα δέμας βλοσυροῖο λέοντος
ἁ δὲ Λυκαόνιον καλλίκερων ἔλαφον·
ἁ τριτάτα δ' οἰωνὸν εὔπτερον· ἁ δὲ τετάρτα
τύμπανον· ἁ πέμπτα χαλκοβαρὲς κρόταλον.
πᾶσαι φοιταλέαι τε παρηόριόν τε νόημα
ἐκπλαγέες λύσσᾳ δαίμονος εὐϊάδι.

Ad versum primum Iacobsius adscripsit Paus. II, 31. 8. *ὁ μὲν πρῶτος βωμός ἐστι Διονύσου, κατὰ δή τι μάντευμα ἐπίκλησιν Σαώτου.* 37. 2. *ἑτέρῳ δὲ ναῷ Διόνυσος Σαώτης καθήμενον ξόανον.* Ex quibus locis corrigendus idem scriptor IX, 26. 5. *Θεσπιεῦσι δὲ ἐν τῇ πόλει Σαώτου Διός ἐστι χαλκοῦν ἄγαλμα ἔτι ἀντὶ τούτου μὲν τῷ Διὶ γέγονεν ἐπίκλησις Σαώτης, τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου καὶ αὖθις Τύχης ἑτέρωθι δὲ Ὑγείας.* Universus quidem locus luxatus et parum emendabilis, sed hoc certum videtur scribendum esse: *Σαώτου Διονύσου χαλκοῦν ἄγαλμά ἐστι.* et deinde: *ἀντὶ τούτου μὲν τῷ Διονύσῳ γέγονεν ἐπίκλησις Σαώτης*, ut patet ex verbis proximis: *τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου.* In versu quarto offendit: *Λυκαόνιον ἔλαφον.* Nulla enim idonea causa inveniri potest quare Thyadi cervus tam lon-

ginque esset arcessendus et ex Lycaonia petendus. Quam ob causam corrigo:

ἁ δὲ Λυκάστειον καλλίκερων ἔλαφον.

Cervis Cretam scatentem, ut erant Cretenses venatores, nemo non novit. Lycastus urbs Cretae, unde gentile *Λυκάστιος* apud Leonidam A. P. 448. 1. 449. 3. Sed longa penultima in inscriptione quam hic in transcursu corrigam Anth. Plan. 253.

α. Ἄρτεμι, ποῦ σοι τόξα παραυχενίη τε φαρέτρη;
ποῦ δὲ Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων
πόρπη τε χρυσοῖο τετυγμένη ἠδὲ πρὸς ἄκρην
ἰγνύην φοίνιξ πέπλος ἑλισσόμενος.
β. κεῖνα μὲν εἰς ἄγρην ὁπλίζομαι· ἐς δὲ θυηλὰς
εἶμ' αὔτως ἱρῶν ἀντομένη θυέων.

Ubi corruptum est *ἑλισσόμενος*, quod mutandum in *ἀνελκόμενος*, ut patet ex Stratone A. P. XII, 176.

Στυγνὸς δή τί Μένιππε κατεσκέπασαι μέχρι πέζης,
ὁ πρὶν ἀπ' ἰγνύης λῶπος ἀνελκόμενος;

Quo loco corrigas: *ἐπ' ἰγνύης*, collatis Theocriti verbis de Ino, Autonoe et Agave XXVI, 16. *αἱ δ' ἐδίωκον πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι.* Dictionem *ἄντεσθαι θυέων* ex hoc epigrammate restituendam puto in Philodemi versibus Anth. Plan. 234. 6.

Τρισσοὺς ἀθανάτους χωρεῖ λίθος· ἁ κεφαλὰ γὰρ
μανύει τρανῶς Πᾶνα τὸν αἰγόκερων·
στέρνα δὲ καὶ νηδὺς Ἡρακλέα λοιπὰ δὲ μηρῶν
καὶ κνήμης Ἑρμῆς ὁ πτερόπους ἔλαχεν.
θύειν ἀρνήσῃ ξένε μηκέτι· τοῦ γὰρ ἑνός σοι
θύματος οἱ τρισσοὶ δαίμονες ἁπτόμεθα.

Ultimum vocabulum mutandum est in *ἀντόμεθα*, quod significat » pro sacrificio et thure nobis oblato propitii tibi

tres simul gratias rependimus." Eiusdem Antipatri carmen in Bacchum Anth. Plan. 184.

Αὐσονίῳ Πείσωνι συνασπιστὴς Διόνυσος
ἵδρυμαι μεγάρων Φρουρὸς ἐπ' εὐτυχίῃ·
ἄξιον ὦ Διόνυσ' ἐπέβης δόμον· ἔπρεπεν ἄμφω
καὶ μέγαρον Βάκχῳ καὶ Βρόμιος μεγάρῳ.

Simulacri basi inscriptum fuisse intelligimus comparatis Procli versibus a Dorvillio editis App. Ep. 69.

Ῥηγίνου μελάθροισι τὸν εὐαστὴν Διόνυσον
δέρκεο, δεξιτερᾷ χειρὶ κυπελλοφόρον.
ξανθὴν μὲν σφίγγοντα καρήατος αἴθοπι κισσῷ
χαίτην καὶ λαιῇ θυρσοφόρον παλάμῃ,
βαπτὰ δὲ πέπλα φέροντα κατὰ χροὸς αἵματι κόχλου
καὶ στικτὴν νεβρίδων ἀμφικρεμῆ χλαμύδα.
αὐτὸν Βάκχον ἄνακτα δόμων ἔντοσθε δέδορκας
εὐξείνων, εὐχαῖς ἵλαον ἑσταότα.

In qua inscriptione elegantiae et dictionis venustae dotibus conspicua corruptum est σφίγγοντα. Quum enim Bacchus dextra teneat poculum, altera thyrsum ipse hederae coronam nectere non potest. Corrigendum igitur: σφιγχθέντα. Sed ad patronum scriptum videtur eiusdem Antipatri epigramma A. P. IX, 59. Inscriptioni autem in statuas quinque Thyiadum quam modo emendavimus comparandae sunt duae aliae, altera Anacreontis A. P. VI, 134. et Glauci Atheniensis IX, 774. Et Anacreontis quidem carmen tabulae pictae inscriptum videri possit:

Ἡ τὸν θυρσὸν ἔχουσ' Ἑλικωνιὰς ἥ τε παρ' αὐτὴν
Ξανθίππη Γλαύκη τ' εἰς χορὸν ἐρχόμεναι
ἐξ ὄρεος χωρεῦσι Διωνύσῳ δὲ φέρουσιν
κισσὸν καὶ σταφυλήν, πίονα καὶ χίμαρον.

Sed hoc utut sit, falso inter ἀναθηματικά collocatum esse liquet. Quae olim de hoc carmine scripsi, nunc repudio

meliora a Schneidewino edoctus, sed in ultimo versu traiectio coniunctionis *καί* mihi emendatione tollenda videtur. Verbis traiectis malim:

κισσὸν καὶ χίμαρον πίονα καὶ σταφυλήν.

In Glauci carmine:

'Α Βάκχα Παρία μὲν ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.
ὦ Σκόπα, ἃ θεοποιὸς ἐμήσατο μήσατο τέχνα
θαῦμα, χιμαιροφόνον Θυιάδα μαινομέναν.

corruptum esse versum tertium sponte intelligitur sed non facile reperias quod a poeta scriptum esse pro certo contendere ausis. Pro *χιμαιροφόνον* scribendum censeo *χιμαιροφόρον*, quo similius hoc sit Antipatri et Anacreontis versibus supra adscriptis. Mortuam enim capellam gestabat mulier, ut patet ex Callistrato, qui eandem Scopae statuam descripsit Ecphras. c. II. *ἀλλά τι σφάγιον ἔφερεν ὥσπερ εὐάζουσα — τὴν ἐκ τοῦ βακχικοῦ θανατωθεῖσαν οἴστρου.* Mirum vero Cephalam haec epigrammata in diversos libros disiecisse licet argumento quam maxime affinia, ut plane nescio cur inter se simillima carmina, alterum Antipatri Thessalonicensis A. P. IX, 112.

Τρὶς δέκα με πνεύσειν καὶ δὶς τρία μάντιες ἄστρων
φασίν· ἐμοὶ δ' ἀρκεῖ καὶ δεκὰς ἡ τριτάτη·
τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος· οἱ δ' ἐπὶ τούτοις
Νέστορι· καὶ Νέστωρ δ' ἤλυθεν εἰς 'Αΐδην,

alterum vero *ἄδηλον* hinc expressum A. P. VII, 157.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι·
ἀρκοῦμαι τούτοισιν· ὁ γὰρ χρόνος ἄνθος ἄριστον
ἡλικίης· ἔθανεν χὠ τριγέρων Πύλιος,

non in unum eundemque retulerit librum. In priore supra defendi integritatem verborum: *οἱ δ' ἐπὶ τούτοις* Νέ-

στορι; in hoc vs. 3. dure mihi dictum videtur: *ὁ γὰρ χρόνος* pro *οὗτος γὰρ ὁ χρόνος*. Neque sibi constitit Cephalas qui carmina Leonidae Alexandrini VI, 321. 322. 323. 327. 328. et Nicodemi Heracleotae c. 314—321. in librum Sextum retulerit, alia vero parva carmina ad patronos a poetis scripta in librum Nonum. Et falso inter sepulcralia inferendi erant versus Leonidae statuae Archilochi inscripti A. P. VII, 664. et Asclepiadis in Erinnam VII, 11.

Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μὲν,
ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς,
ἀλλ' ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Ἀΐδας μοι
μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

ubi scribendum est: *εἰ δ' Ἀΐδας οἱ μὴ ταχὺς ἦλθε*. Hoc epigramma enim in fronte codicis in quo Erinnae carmina scripta erant, lectum fuit, de quo veterum more confer Ovidii versus Trist. I, 7. 33.

Hos quoque sex versus in prima fronte libelli
Si praeponendos esse putabis habe,

et Martialem l. IX, 1. » Epigramma quod extra ordinem paginarum est, ad Stertinium clarissimum virum scripsimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca sua voluit." Eiusdem Asclepiadis duo alia eiusdem generis ut videtur carmina in librum Nonum retulit, quorum alterum in Antimachi Lyden A. P. IX, 63.

Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ δι' Ἀντίμαχον·
τίς γάρ ἔμ' οὐκ ἤεισε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λύδην,
τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Ubi vs. 3. pro *ἤεισε* quod sensu carere videtur, quum Antimachi carmen elegiacum cantatum fuisse parum sit

probabile, malim: ἤνησε. Alterum uberiore elegantia conscriptum in Hesiodum est IX, 64.

Αὐταί ποιμαίνοντα μεσαμβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι
ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν Ἡσίοδε
καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρεμόνα,
δῶκαν δὲ κράνας Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ
τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ·
οὗ σὺ κορεσσάμενος μακάρων γένος ἔργα τε μολπαῖς
καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

In cuius versu tertio corruptum esse ἐρυσσάμεναι recte vidit Hermannus, sed non multum placet quod idem coniecit: ἐρεισάμεναι, quasi summo studio Musarum turba cingeret Hesiodum. Quamobrem scribi malim:

καί σοι καλλιπέτηλον ἐρασσάμεναι περὶ πάντων
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρεμόνα.

Ut Musae Hesiodum prae reliquis omnibus poetis unice adamasse dicantur. In vs. 7. corrigendum est:

οὗ σὺ κορεσσάμενος μακάρων γένος ἔργα τ' ἔμελπες
καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

Parum enim recte mihi videtur dictum: μολπαῖς γράφειν. Pari errore inter sepulcralia carmina libri septimi Cephalas retulit Dioscoridis epigramma in Sapphonem, c. 407. quod itidem codicis manuscripti fronti inscriptum fuisse videtur:

Ἥδιστον φιλέουσι νέοις προσανάκλιμ' ἐρώτων
Σαπφὼ σὺν Μούσαις· ἦ ῥά σε Πιερίη
ἢ Ἑλικὼν εὔκισσος ἴσα πνείουσαν ἐκείναις
κοσμεῖ τὴν Ἐρέσῳ Μοῦσαν ἐν Αἰολίδι·
ἢ καὶ Ὑμὴν Ὑμέναιος ἔχων εὐφεγγέα πεύκην
σὺν σοὶ νυμφιδίων ἵσταθ' ὑπὲρ θαλάμων·
ἢ Κινύρεω νέον ἔρνος ὀδυρομένῃ Ἀφροδίτῃ

σύνθρηνος μακάρων ἱερὸν ἄλσος ὀρῆς·
πάντη πότνια χαῖρε· θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδὰς
ἀθανάτας ἔχομεν νῦν ἔτι θυγατέρας.

Versu primo codex Palatinus: *πρὸς ἀνάκλιν' ἐρώτων* quod variis tentaminibus emendare studuerunt critici. Equidem corrigo:

ἡδίσταν φιλέουσι νέοις πρὸς ἄναλκιν ἔρωτα
Σαπφώ,

Ita ipsa Sapphus carmina dicuntur lectu iucundissima iuvenibus amantibus. Amor optime dicitur *ἄναλκις* et usus praepositionis *πρὸς* vulgaris, ut in iis quibus uti solent grammatici: *πρὸς τὰ περὶ ναυστάθμου.* Vs. 6. scribendum est:

σὺν σοὶ νυμφιδίων ἵπταθ' ὑπὲρ θαλάμων.

Hymenaeus enim alatus fingitur et super thalamos volitare, ut somnia in Hom. Il. II, 20. *στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς Νηληΐῳ υἷι ἐοικώς.* Solitarius est usus praepositionis *ὑπέρ* in vulgata lectione. In vs. 9 et 10. non una tantum adest offensionis causa, defectus pronominis *σάς*, sed etiam producta vitiose prima syllaba adiectivi *ἴσας* in thesi locum male habitum esse arguit. Productionem eam neminem puto defensurum unico exemplo Chaeremonis, VII, 721. 1.

τοῖς Ἄργει Σπάρτῃ τ' ἴσαι χέρες,

nam ita ex Schaeferi coniectura edere maluit Iacobsius quam iustum statuere pretium emendationi suae prolatae ad Anth. II. p. 174.

τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσαι χέρες,

quod quam vere repertum sit vel illud docet quod Meinekius eandem proposuit p. 206. Reiskius igitur scripsit: *θεοῖς ἴσα σὰς γὰρ ἀοιδάς*, cui longe praeferendum Hermanni inventum:

πάντη πότνια χαῖρε θεοῖς ἴσα,

Cl. A. P. VII, 3. ἶσα θεοῖσι σέβου et Alcaeo XII, 39. 3. ὃν πρὶν ἐν ἀθανάτοις ἐνομίζομεν. Sequentia ita scribo:

σὰς γὰρ ἀοιδὰς
ἀθανάτων ἄγομεν νῦν ἔτι θυγατέρας.

Quum in superioribus dixisset poeta singula carmina poetriam scripsisse singulis diis deabusve pro argumento diverso adiutoribus, recte subiungitur eius carmina vel post tot annorum decursum ab ipsis illis diis deabusve profecta haberi. Dictum ἀθανάτων θυγατέρας, ut ab Antipatro A. P. IX, 192. 1.

αἱ βίβλοι τίνες ἐστέ; τί κεύθετε; θυγατέρες μὲν
Μαιονίδου μύθων δ' ἵστορες Ἰλιακῶν.

De verbo ἄγειν quod idem ac νομίζειν significat, confer Epigr. in Welckeri Syll. 218. p. 273.

τοὺς μὲν ἑταίρους ἦγεν ἶσον μακάρεσσι θεοῖσιν,

Schol. Eur. Med. 1016. ἄγειν γὰρ τὸ τιμῆσαί φησιν ἐν πρώτοις ἐγὼ καὶ

ἡγόμην δ' ἀνὴρ
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ,

in quibus versuum lacinias disposuit Cobetus. Mihi Euripidis videntur esse versus scripta: ἐν Πρωτεσιλάῳ. Nomen poetae reticetur post φησίν supplendum, ut in Scholiis Pindari ad Nem. III, 38. Pindari nomen ad φησίν repetendum esse inde quod in ipsum poetam scripta sunt Scholia, alio loco conieci, v. Epist. Cr. p. 419. Falso item inter epitymbia relata sunt epigrammata codicibus praeposita Antipatri Thessalonicensis in Antimachum A. P. VII, 409. et in Erinnam VII, 713.

Παυροεπὴς Ἤριννα καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς
ἀλλ' ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος·
τοιγάρτοι μνήμης οὐκ ἤμβροτεν οὐδὲ μελαίνης

Νυκτὸς ὑπὰ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι·
αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
μυριάδες λήθῃ ξεῖνε μαραινόμεθα·
λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρόος ἠὲ κολοιῶν
κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

Ad cuius vs. 2. compara eiusdem poetae verba A. P. VII, 18. 4. Ἀλκμᾶν', ὃν Μουσέων ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει. Vs. 4. pro κωλύεται aliud desidero verbum. Sed quod repônendum sit vocabulum non succurrit. Certius mihi emendasse videor versum ultimum, ubi pro εἰαριναῖς scribendum puto οὐρανίαις. Veris enim mentio hoc loco valde absona videtur. Eadem ratione VIII, 95. 4. οὐρανίων ἀντίπαλος νεφέων. 187. 6. οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων. XIV, 5. 2. ἄχρι καὶ οὐρανίων ἱπτάμενος νεφέων. In Erinnam eiusque carmen plura exstant epigrammata in libro Septimo et Nono, quae ea maxime de causa scripta videntur, quod poetriae Ἠλακάτη in grammaticorum scholis lectitari solebat. Id quod efficio ex Antiphanis versibus A. P. XI, 322. 3.

Γραμματικῶν περίεργα γένη ῥιζώρυχα μούσης
ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται,
τῶν μεγάλων κηλῖδες ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες
πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες.

Ingeniose quidem sed vix vere Hermannus coniecit: ἐπὶ ῥίνῃ apud Naekium de Hecale p. 8. Etiam Callimachi carmina a grammaticis in scholis explicabantur, de quo confer Stat. Sylv. V, 3. 156. A. P. XI, 321. IX, 175. Clem. Al. Strom. V. p. 571. Athen. XV, 669 C. Fronton. Ep. I, 3. t. I. p. 177. Unum horum in Erinnam carminum corruptum est A. P. IX, 190.

Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον· εἰ δέ τι μικρὸν
ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι;

οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ
τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς,
ἢ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ μητρὸς φόβῳ ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ
εἱστήκει Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη.
Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων
Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.

Erinna enim non fuit famula neque serva quae dominae iussu pensa trahebat. Nam genitivus Μουσέων cum ἐφαπτομένη iungendus. Quam ob causam corrigo: Μουσέων λάθρῃ ἐφαπτομένη. Ita in novem lyricos in unum volumen coniunctos exstant epigrammata ἀδέσποτα A. P. IX, 571 et 184.

Πίνδαρε Μουσάων ἱερὸν στόμα καὶ λάλε Σειρὴν
Βακχυλίδη Σαπφοῦς τ' Αἰολίδες χάριτες.
γράμμα τ' Ἀνακρείοντος Ὁμηρικὸν ὅς τ' ἀπὸ ῥεῦμα
ἔσπασας οἰκείοις Στησίχορ' ἐν καμάτοις κτἑ.

Ubi vs. 3. malim ᾆσμά τ' Ἀνακρείοντος, ut Anacreon dicitur ᾠδοποιός A. P. IX, 599. 4. Nam γράμμα pro Anacreontis cantilenis non satis significanter dictum mihi videtur. His epigrammatis, et Crinagorae A. P. IX, 239.

Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων
Ἀνακρέοντος,

et de Sapphone Tullii Laureae Ep. A. P. VII, 17. 5.

ἣν δέ με Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, ὧν ἀφ' ἑκάστης
δαίμονος ἄνθος ἐμῇ θῆκα παρ' ἐννεάδι

compertum habemus Anacreontis odaria in quinque libros a grammaticis Graecis distributa fuisse, Sapphonis vero carmina in novem libros. Et ex Antipatri Thessalonicensis versu A. P. IX, 26. 5.

Ἤρινναν Τελέσιλλαν ἀγακλέα καὶ σε Κόριννα
θοῦριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμέναν

constat Corinnam scripsisse hymnum in Minervam, Itoniam fortasse. Eiusdem Antipatri epigramma codici Aristophanis inscriptum legitur A. P. IX, 186.

Βίβλοι Ἀριστοφάνευς θεῖος πόνος, αἷσιν Ἀχαρνεὺς
κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην·
ἠνίδ' ὅσον Διόνυσον ἔχει σελὶς, οἷα δὲ μῦθοι
ἠχεῦσιν φοβερῶν πληθόμενοι χαρίτων·
ὦ καὶ θυμὸν ἄριστε καὶ Ἑλλάδος ἤθεσιν ἶσα,
κωμικὲ, καὶ στύξας ἄξια καὶ γελάσας.

Pro ἄξια Antipatrum sibi scripsisse videri ἀστικά, i. e. ἀστείως annotavit Iacobsius. Equidem adiectivum ἄξια, quod solum sine genitivo recte dici non videtur, iungere malim cum Ἑλλάδος, et pro ἤθεσιν ἶσα coniicio sed dubitanter coniicio: ἔνθεος οἷα vel ἐνθέῳ ἶσα. Hoc carmen excipiunt tria epigrammata argumenti non diversi in Menandrum Platonem et Sapphonem ἀδέσποτα. Primum est c. 187.

Αὐταί σοι στομάτεσσιν ἀνηρείψαντο μέλισσαι
ποικίλα Μουσάων ἄνθεα δρεψάμεναι·
αὐταὶ καὶ Χάριτές σοι ἐδωρήσαντο Μένανδρε
στωμύλον εὐτυχίην δράμασιν ἐνθέμεναι.
ζώεις εἰς αἰῶνα· τὸ δὲ κλέος ἐστ' ἐν Ἀθήναις
ἐκ σέθεν οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων.

Quum aliis locis apes poetas mundos et iucundos melle et favis labra texisse dicantur, ut apud Antip. Anth. Plan. 305. 3.

οὐδὲ μάτην ἁπαλοῖς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς ἐκεῖνος
ἔπλασε κηρόδετον Πίνδαρε σεῖο μέλι,

ut legitur apud Eust. Prooem. Pind. §. 27. p. 18. 56. Schneid. et Christod. Ecphr. 342.

Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἀλᾶτο
κηρίον ὠδίνουσα μελισταγές,

mirum mihi accidit hoc loco Menandrum ferri floribus nutritum esse ab apibus. Quod Iacobsius tuitus est versibus Theocriti VII, 80.

ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.

Sed hunc quoque locum corruptum puto et vix dubium mihi videtur quin Theocritus scripserit: *μαλακοῖς σχαδόνεσσι.* Favis enim Comatam enutrivisse aptissime dicuntur apes. Neque apes flores decerpsisse potuerunt, sed ipsi poetae solemniter fere hoc fecisse feruntur. Ut apud Leonidam A. P. VII, 13. 2. *Ἤρινναν Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομέναν.* Pompeium c. 219. 2. *ἡ μούνη Χαρίτων λείρια δρεψαμένη.* Anth. Plan. 274. 3. *ἄλλοθεν ἄλλα ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.* Quamobrem hos versus ita refinxerim:

αὐταί σε σχαδόνεσσιν ἀνεθρέψαντο μέλισσαι
ποικίλα Μουσάων ἄνθεα δρεψάμενον.

Vs. 4. non abs re fuerit monere *ἐνθέμεναι* esse infinitivum *ἐνθεῖναι.* Vs. 5. Planudes recte: *ἔστιν Ἀθήναις.* Eleganter quoque scriptum epigramma in Platonem A. P. IX, c. 188.

Ἀτθίδος εὐγλώσσου στόμα φέρτατον, οὗ σέο μεῖζον
φθέγμα Πανελλήνων πᾶσα κέκευθε σελίς·
πρῶτος δ' εἴς τε θεὸν καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας
θεῖε Πλάτων ἤθη καὶ βίον ηὑγάσαο,
Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας μυκτῆρι φρόνημα
κάλλιστον σεμνῆς σῆμα διχοστασίης.

Ubi vs. 6. haud dubie corruptum est *σῆμα*, quod Iacobsius mutabat in *κρᾶμα.* Unice sententiae accommodatum videtur:

κάλλιστον σεμνῆς τέρμα διχοστασίης,

ut diversa placita scholae Socraticae et Pythagoricae per

Platonem in unum coniuncta coaluisse dicantur. Hoc carmen excipit epigramma item *ἀδέσποτον* in Sapphonem, unde coniicere licet poetriae statuam in templo Iunonis dedicatam esse c. 189.

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης
Λεσβίδες ἁβρὰ ποδῶν βήμαθ' ἑλισσόμεναι,
ἔνθα καλὸν στήσασθε θεῇ χορόν· ὔμμι δ' ἀπάρξει
Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην·
ὄλβιαι ὀρχηθμοῦ πολυγηθέος· ἦ γλυκὺν ὕμνον
εἰσαΐειν αὐτῆς δόξετε Καλλιόπης.

Vs. 1. epitheton *γλαυκῶπις* Minervae proprium Iunonis esse nequit. Scribendum est:

ἔλθετε πρὸς τέμενος ταυρώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης.

Deorum regina apud Homerum dicitur *βοῶπις*, et epitheto quod hoc loco restitui apud Nonn. Dion. IX, 68. XLVII, 727. *ταυρώπιδος Ἥρης Βωμὸν ἀναστήσουσι.* Vs. 2. praesens *ἑλισσόμεναι* parum aptum videtur et in *ἑλισσέμεναι* qui infinitivus cum *ἔλθετε* iungendus aut in *ἑλιξόμεναι* mutandum. In codice legitur *βήματ' ἑλισσόμεναι.* Ex ultimis fere efficias Sapphonem scripsisse hymnum in Iunonem. Ad hoc genus epigrammatum referendi etiam Callimachi versus in Aratum, et in eundem Leonidae Tarentino tributum epigramma A. P. IX, 28.

Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος ὅς ποτε λεπτῇ
φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο,
ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας οἷσιν ἐναργὴς
ἰλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται·
αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα καὶ Διὸς εἶναι
δεύτερος ὅστις ἔθηκ' ἄστρα φαεινότερα.

Quod Antipatro Sidonio tribuit Brunckius, sine ulla idonea auctoritate, sed mihi quoque propter adverbium *ποτε* hi versus non esse videntur Leonidae Tarentini fere ae-

qualis Arato. Ad *δηναιούς* annotavit Iacobsius: »In hoc epitheto sed sine causa idonea offendit Casaubonus, quem hic aliquid coniecisse ex Schedis Bibliothecae Bodleianae patet, sed ductus obscuri sunt.'' Equidem Leonidam scripsisse puto *δινητοὺς ἀστέρας*, neque sanum videtur *ἐναργὴς οὐρανός* vs. 3. Item in Callimachi Causarum libros apud Cephalam inter sepulcralia VII, 42.

Ἆ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς·
τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴδμεν
ἀμφί τε ἀθανάτους ἀμφί τε ἡμιθέους·
εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα
ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρων·
αἳ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων
Αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι.

Ubi vs. 3. corrigendum *τόσσα* et vs. 8. *εἶπον* propter proxime praegressum: *εἰρομένῳ*. Alia vide apud Welckerum Syll. Epigr. n. 239. Inde Theocrito non recte tributum epigramma quod in codice, quo eius carmina diligentiore cura adhibita complexus erat spuriis reiectis grammaticus aliquis, praefixum legebatur A. P. IX, 434.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα
εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων,
υἱὸν Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείαν οὔτιν' ἐφελκυσάμαν.

Qui versus fortasse ipsius poetae imagini in fronte codicis manuscripti subscripti fuerunt. Alterius pentametri sensus: nulla nisi genuina poetae carmina complector, quo grammatici, qui ea recensuit et edidit, laudatur diligentia. Ut Artemidorus grammaticus praefatus est editioni Bucolicorum suae disticho A. P. IX, 205, et Antipater carmini genethliaco Pisoni scripto epigrammate IX, 93. cl.

c. 92. plane ut Leonidas Alexandrinus Pappo IX, 353. et Antipater carmini quo Bessos a Romanis devictos celebravit praelusit epigrammate servato IX, 428. et Lucilius ad Neronem scriptum librum secundum epigrammatum dedicavit IX, 572. Ita Dionysii grammatici libro in codice Taurinensi praemissum legitur:

ἄξιος αἰνεῖσθαι Διονύσιος, ὃς τάδ' ἔγραψεν
ἀνθρώποις ἐρατὴν δεικνύμενος σοφίην,

et Apollodori Bibliothecae tria disticha, v. App. Ep. 106. Item Menis comoediarum poeta in fronte hymenaei Procillae scripti collocari iussit epigramma A. P. IX, 514.

Ἐς γάμον ἔζευξέν με νεοζεύκτοιο Προκίλλης
τὸν νυμφῶν θαλάμοις αἰὲν ἀειδόμενον
εὐξάμενος τάδε Μῆνις ὁ κωμικός· ὦ Ὑμέναιε
ἔρχεο καὶ νύμφῃ καὶ γαμέοντι φίλος.

Et Platonis Phaedoni praepositum fuit epigramma, A. P. 358.

Εἴ με Πλάτων οὐ γράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνες·
Σωκρατικῶν ὀάρων ἄνθεα πάντα φέρω·
ἀλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος· ὅς ῥ' ἐτέλεσσε
καὶ ψυχὴν θνητὴν κἀμὲ νόθον τελέσει,

quod Syriani esse constat ex Davide Armeno, v. Neuman. De Davide Armeno p. 62. Addantur epigrammata A. P. IX, 160. 184. 185. 190—204, 205—209, 210—215. 583. 540. 578. In libro Nono sepulcralia sunt carmina c. 574.

Ἡμάξευσα καὶ αὐτὸς ὁ τριςδύστηνος Ἄναξις
τοῦτον δύςζωον κοὐ βίοτον βίοτον·
οὐ μὴν πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἤλασα· λὰξ δὲ πατήσας
λυσσώδη ζωὴν ἤλυθον εἰς Ἀΐδεω,

ubi vs. 1. scripsi *Ἄναξις*, quod nomen Diod. Sic. XV, 95. C. I. 3034. Schol. Lys. 511. *Ἀνάξας* Choerobosc.

Can. p. 41. 22. item c. 65. 243. 245. 407. 483. Ex adverso latere cipporum descripta esse c. 23. 29. 96. supra conieci. Inscriptiones aliunde descriptae sunt c. 60. 142.

Κρημνοβάταν δίκερων Νυμφῶν ἡγήτορα Πᾶνα
ἁζόμεθ᾽ ὃς πέτρινον τόνδε κέκευθε δόμον,
ἵλαον ἔμμεναι ἄμμιν ὅσοι λίβα τήνδε μολόντες
ἀενάου πόματος δίψαν ἀπωσάμεθα,

ubi corrupta verba τόνδε κέκευθε δόμον nondum recte sanata sunt, c. 143. 144. 146. 156. 179. 237. 249. 313. 314. 318. 325. et 406. 391. 435. 506. 510. 601—606. 614—617. 619—645. 649. 650. 651. 656—684. quae inscriptio laudatur in Anecd. Bekk. II. p. 784. ubi vs. 1. Ὠκεανῷ et vs. 3. θνητοῖς δ᾽ ὑγιείην. Ut versus primus hymni in Apollinem c. 525. 1. laudatur in Schol. Soph. O. T. 154. Hymnus eiusdem generis in Bacchum IX, 524. saepius a choris decantatus, et haud dubie lapidi inscriptus in ipso templo repositus erat. Fragmenta enim ex lapide descripta leguntur Inscr. Boeckh. n. 38. Inscriptionem etiam quae c. 688. legitur satis antiquam esse inde patet, quod versus quartus laudatur in Schol. Ap. Rh. III. vs. 1241. Duo disticha quae leguntur A. P. IX, 786. ex lapide descripta esse testatur Demosth. de Halonneso §. 39. qui ea dicit τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Ὁρίου. Ita inter ἐπιδεικτικά relatum a Cephala carmen c. 704.

Τήκει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, ἀλλ᾽ ἀρετάων
Ἀσκληπιοδότου τὸ κλέος ἀθάνατον,
ὅσσα καὶ οἷα πόρεν γέρα πατρίδι· τοῖς ἐπὶ πᾶσι
καὶ τόδε μετρείσθω κοῖλον ἔρεισμα θόλου,

quod in marmore legitur C. I. 2851. ubi vs. 3. recte scriptum exstat: ὅσσα καὶ οἷα. Codex: ὅσσα κέοῖ πόρρεν. Sed ut metro consulatur praeterea scribendum: ὅσσα καὶ

οἷα γέρα πόρε πατρίδι. Boeckhius hoc iure refert ad Asclepiodotum Procli discipulum Damascii magistrum. In altero lapidis latere exstat alterum epigramma hoc:

Λάμπει καὶ φθιμένοις ἀρετῆς φάος, οἳ περὶ πάτρης
πολλὰ πονησάμενοι ξυνὸν ἔθεντ' ὄφελος·
Ἀσκληπιοδότῳ λόγος ἥρμοσεν ᾧ πόλις ἥδε
οἷάπερ οἰκιστῇ τόνδ' ἀνέθηκε τύπον.

Quod recte a Welckero emendatum est. Vs. 1. marmor *περὶ πάτα*, et vs. 2. ΖΗΝΟΝΕΘΕΝΤΟΦΕΝ. Item versus qui legitur A. P. X, 111.

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει

editus ex lapide C. I. c. 1935. et sententia disticho inclusa A. P. XI, 193.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὑτῷ·
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην,

in cippo Lugduni eruto subscripta legitur titulo Latino, v. Welcker. ad Syll. Epigr. p. 94. Ibi rectius scriptum est: *ὁ φθόνος ὡς κακόν ἐστιν*, sed male pro *δέ* legitur *γάρ*. Et epigramma apud Cephalam *συμποτικόν* A. P. XI, 8.

Μὴ μύρα μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη·
ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

uno disticho auctius legitur in sepulcrali lapide apud Welckerum Syll. n. 60.

τοῦτ' ἔσομαι γὰρ ἐγών· σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας
εἶφ' ὅτι οὐκ ὢν ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα.

Ibidem vs. 1. legitur: *στεφάνους στήλῃ χαρίσῃ, λίθος ἐστί*, et vs. 3. *ζῶντί μοι εἴ τι ἔχεις μετάδος.* Ultimum distichon intellectu difficilius resecuisse videtur Cephalas. Ab altero latere legitur inscriptio App. Ep. c. 236. Et ultimum distichon epigrammatis Polemonis Regis A. P. XI, 38.

Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη, ἀρτολάγυνος
αὕτη καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος,
καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν
ἐγκεφάλου, ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον,
πῖνε, λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε καὶ περίκεισο
ἄνθεα· τοιοῦτοι γιγνόμεθ' ἐξαπίνης

ex sarda annulari edita exstant in spicilegio Epigrammatum Graecorum 55. Mus. Rhen. 1845. p. 275. ubi Welckerus. »In sarda annulari, literis ex albo colore exstantibus, superne hominis calvaria, infra scalpta mensa dapibus referta. Edidit Gorius Inscr. Ant. Etrur. t. III. p. 21." Idem hominis sceletum vel cranium mortis imaginem in epulis propositam fuisse demonstravit ex Petronio c. 34. quod Aegyptios quoque fecisse ex Herod. II, 78. monuit Iacobsius. Simillima est inscriptio poculi Galli in Anth. Plan. c. 89.

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,
νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται· ἡ φθονερὴ δὲ
κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη·
πῖνε, λέγει τὸ τόρευμα, καὶ ὄργια μάνθανε σιγῆς·
οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

Alia inscriptio poculi arte caelati ex Athen. XI, 19. v. Meinek. Exerc. II. p. 20 sq. a Iacobsio relata est in Appendicem Epigrammatum c. 141.

Γραμμὰ Παρρασίοιο τέχνα Μυός· ἐμμὶ δὲ εἰκὼν
Ἰλίου αἰπεινᾶς ἂν ἕλον Αἰακίδαι.

In Polemonis vero carmine corruptus est versus primus, in quo Huetius vocem *ἀρτολάγυνος* interpretatus est de panis offa in lagenarum usum excavata, Brodaeus et Schneiderus de pera in qua panis et lagena. Equidem corrigendum suspicor:

ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη αὐτολαγύνων
αὕτη.

Ut saepe pauperes dicuntur αὐτολήκυθοι et μονολήκυθοι, ita a Polemone αὐτολάγυνοι dicti videntur. Reliqua fere omnia carmina libri Noni inde a c. 684. inscriptiones sunt, quarum unam in fine huius libri tractabo, sacello inscriptum carmen Apollonidis c. 791.

Μητρὶ περιστεφέα σηκὸν Κυθέρεια θαλάσσῃ
κρηπῖδας βυθίας οἴδματι πηξαμένη·
χαίρει δ' ἀμφὶ σὲ πόντος, ἐπὶ Ζεφύροιο πνοῇσιν
ἀφρὸν ὑπὲρ νώτου κυάνεον γελάσας·
εἵνεκα δ' εὐσεβίης νηῷ τὸν ἐγείρατο σεῖο
Πόστουμος, αὐχήσει μέζονα φλουσι Πάφου.

Vs. 1. brevem syllabam in caesura productam, ubi codex περιστρεφέα, tolli iussit Hermannus ad Orph. p. 767. corrigens: περιστεφέας σηκοῦ. Quod probavit Iacobsius. Sed ne omnia adiectiva uni substantivo κρηπῖδες tribuantur, equidem rectius puto:

Μητρὶ περιστεφέος σηκοῦ Κυθέρεια θαλάσσῃ
κρηπῖδας βυθίας οἴδματι πηξάμεθα.

Pro πηξαμένη Iacobsius ad Anth. t. XII. p. 480. coniecit πῆξα μέσῳ, sed mihi medium πηξάμεθα aptius videtur. Postumus enim hoc faciendum curaverat, quod media verbi forma significatur, ut et vs. 5. ubi ἐγείρατο scripsi, quam personarum mutationem ut a prima fiat transitus ad quartam in superioribus illustravi. Pro ἐγείνατο quod vs. 5. in codice legitur Iacobsius Brunckio obsecutus edidit ἐδείματο, et sane illud defendi posse vix crediderim, sed ἐγείρατο potius poetae reddendum putavi, nam ἐγείρειν de aedificiis faciundis optime dicitur et pluribus locis literam ν a patulo ρ non differre testatur Paullsenius.

Vs. 4. membranae exhibent quod exarandum curavi. Lectionem corruptam feliciter sanavit Iacobsius:

ἁβρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου γελάσας

nisi quod praesens γελῶν hic loci requiri videtur. Confer verba de puero quem cum mari comparat poeta Ep. A. P. XII, 156. 3. ἄλλοτε δ' αὖτε εὔδιος, ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. Sententiam ultimi distichi olim hanc fuisse puto: »Hoc templo quod Postumi iussu tibi aedificatum, propter pietatem conditoris magis quam ipsa urbe tibi delectissima Papho gloriabere.'' Quare scripsi: νηῷ τὸν, sed verba ultima μέζονα φλουσι Πάφου mihi vix sanabilia videntur. Confer Addaeum A. P. VII, 238. 3. εἰ δέ τις αὐχεῖ μεῖζον ἐμεῦ.



LIBER SECUNDUS.

Notae criticae in Epigrammata Graeca.

Hinc epigrammata emendatione in integrum restituere conabor, ordinem librorum Anthologiae Palatinae secutus. In qua post librum primum quo inscriptiones et epigrammata *Χριστιανικά* complexus est Cephalas, et secundum quae est Christodori Ecphrasis. primum in libro Tertio nobis occurrunt epigrammata undeviginti Cyzicena quae multifariam corrupta olim maiore studio sed hic illic minus feliciter emendare conatus sum. Alia vitia certa manu sustuli, quod haud scio an mihi affirmare liceat de medela quam excogitavi de epigrammate decimo:

Φαῖνε Θόαν Βάκχοιο Φυτὸν τόδε· ματέρα γάρ σου
ῥύσῃ τοῦ θανάτου οἰκέτιν Ὑψιπύλαν·
ἃ τὸν ἀπ' Εὐρυδίκας ἔτλα χόλον ἦμος ἀφοῦθαρ
ὕδρος ὁ γαγενέτας ὤλεσεν Ἀρχέμορον.
στεῖχε δὲ καὶ σὺ λιπὼν Ἀσωπίδος ἔνδια κούρας
γειναμένην ἄξων Λῆμνον ἐς ἠγαθέην.

Etiam nunc teneo quod prius conieci pro codicis lectione: Ἀσωπίδος νέαν κούραν, quae Graefius mutata voluit in Ἀσωπίδος αἶαν ἀρούρας. Quod restitui vocabulum recentiorum usu tritum de sedibus et domo, ut ἔνδια λόχμης Nonn. Dion. V, 541. qui XIV, 249. εὔδια καλλείψας χοροτερπέος ἔνδια Ῥείης. XVI, 198. πλαζομένης λοφόεντα μετέρχεαι ἔνδια κούρης. Oppian. Hal. IV, 371. αὐτῆς ἔνδια πέτρης. P. Silent. Ecphr. 354. τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια κύκλων. Versu vero tertio ad literarum maiorum ductus ΑΦΟΥΘΑΡ proxime accedere videtur:

ἧμος ὁ σῦφαρ
ὕδρος, ὁ γαγενέτας ὤλεσεν Ἀρχέμορον.

Quod apprime accommodatum videtur serpenti Terrae filio. Substantivum σῦφαρ est ὑπεργεγηρακώς apud Lycophronem vs. 793. σῦφαρ θανεῖται. Ut Sophron: σῦφαρ ἀντ' ἀνδρός. Idem vocabulum fere inservit dirae belluae devovendae. In librum quartum collecta sunt diversarum Anthologiarum Prooemia, de quibus iam in superioribus dixi. Unum hic illustrabo locum Agathiae IV, 3. 87—93.

Ἐσχατιὴν δὲ Λίβυσσαν ἐπιστείβων Νασαμώνων
ἔρχεο καὶ παρὰ Σύρτιν ὅπῃ νοτίῃσι θυέλλαις
ἐς κλίσιν ἀντίπρῳρον ἀνακλασθεῖσα Βορῆος
καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν ὑπὲρ ῥηγμῖνι ἁλίπλῳ
ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει.

In quibus vs. 91. Iacobsius ῥηγμῖνι ἁλίπλῳ interpretatus est *littus vadosum*, collata Hesychii glossa: ἁλίπλοα, ὑποβρύχια, οἷς ἡ θάλασσα ἐπιπολάζει, quae plane contrarium significat, ut patet ex Homeri loco quo pertinet, Il. XII, 26. ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη, i. e. mari mersa, ut ἁλίπλοα φῦλα de piscibus mari innatantibus Anth. Plan. IV, 311. 1. de nave Arion. Hymn. vs. 20. de nautis Call. Del. 15. 52. Ap. Rl. III, 1329.

Eadem vi Agathiam hac voce usum putem, cui restituendum est:

ὑπὲρ ῥηγμῖνος ἁλίπλοις
ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει.

Praepositioni enim genitivus iungendus, et hiatus tollendus erat. Forma contracta pro ἁλιπλόοις usus est Agathias, ut πυρίπνῳ Simias XV, 22. 2. Hunc locum egregie illustrant versus Apollonii Rhodii Argon. IV, 123 6 sqq.

ἔνδοθι Σύρτιν ὅθ' οὐκέτι νόστος ὀπίσσω
νηυσὶ πέλει, ὅτε τόν γε βιῴατο κόλπον ἱκέσθαι·
πάντη γὰρ τέναγος, πάντη μυιόεντα βυθοῖο
τάρφεα· κωφὴ δέ σφιν ἐπιβλύει ὕδατος ἄχνη,
ἠερίη δ' ἄμαθος παρακέκλιται· οὐδέ τι κεῖσε
ἑρπετὸν οὐδὲ ποτητὸν ἀείρεται· ἔνθ' ἄρα τούς γε
πλημμυρὶς — καὶ γάρ τ' ἀναχάζεται ἠπείροιο
ἦ θαμὰ δὴ τόδε χεῦμα καὶ ἂψ ἐπερεύγεται ἀκτὰς
λάβρον ἐπερχόμενον — μυχάτῃ ἐνέωσε τάχιστα
ἠϊόνι· τρόπιος δὲ μάλ' ὕδασι παῦρον ἔλειπτο.

ubi Scholia ad vs. 1235. δύο εἰσὶν ἐν τῇ Λιβύῃ Σύρτιες, εἰσὶ δὲ πηλώδεις, γίνονται δὲ ἀμπώτεις εἰς αὐτάς. Eadem haec quae Apollonius sed brevius dixisse videtur Agathias, cuius versuum haec fuisse videtur sententia » tutus peragres recessus Africae et terram Syrtibus adiacentem, ubi aquae repulsae a ventis e meridie flantibus in septentrionem versus ita ut earum refluxu omnia sint sicca et vadosa, cogunt nautas iter mari omittere et terra pergere.'' Plane ut Argonautae apud Apollonium terram Africae peragraverunt Argo navem humeris ferentes. Hanc sententiam restitutam habebis scripto:

καὶ παρὰ Σύρτιν ὅπη νοτίῃσι θυέλλαις
ἐς κλίσιν ἀντίπρῳρον ἀνακλασθεῖσα Βορῆος

καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν, ὑπὲρ ῥηγμῖνος ἁλίπλοις
ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει.

Ubi iungenda sunt verba: *θάλασσα ἀνακλασθεῖσα θυέλλαις νοτίαις εἰς κλίσιν Βορῆος καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν ἀνοίγει πόρον χερσαῖον.* Hinc pergendum ad Librum Quintum, de quo quae olim partim recte, ut videtur, partim secus scripsi nunc mutata et aucta hic proponere non vacat, quum nova addere malim. Et in Callimachi quidem epigrammate V, 23.

Οὕτως ὑπνώσαις Κωνώπιον ὡς ἐμὲ ποιεῖς
κοιμᾶσθαι ψυχροῖς τοῖςδε παρὰ προθύροις,
οὕτως ὑπνώσαις ἀδικωτάτη, ὡς τὸν ἐραστὴν
κοιμίζεις· ἐλέου δ' οὐδ' ὄναρ ἠντίασας·
γείτονες οἰκτείρουσι· σὺ δ' οὐδ' ὄναρ· ἡ πολιὴ δὲ
αὐτίκ' ἀναμνήσει ταῦτά σε πάντα κόμη.

recte etiam nunc mihi emendasse videor, quod membrorum parilitas requirit: *ἀντιάσαις.* Sed corrigere neglexi *αὐτίκα*, quod ineptissimum, quasi statim Conopion vetula fieret. Corrigendum igitur: *αὖτις ἀναμνήσει.* Neque omnino recta quae scripsi de Rufini epigrammate V, 27.

Ποῦ σοι κεῖνα Μέλισσα τὰ χρύσεα καὶ περίοπτα
τῆς πολυθρυλήτου κάλλεα Φαντασίης;
ποῦ δ' ὀφρύες καὶ γαῦρα φρονήματα καὶ μέγας αὐχήν,
καὶ σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη;
νῦν πενιχρὴ ψαφαρή τε κόμη παρὰ ποσσὶ τραχεῖα
ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων.

Cuius versum quintum nunc ita scriptum malim:

νῦν πενιχρῇ ψαφαρῇ τε κόμην παρὰ ποσσὶν, ἀχρεία,
ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων.

Coma nullis unguentis delibuta indicium cultus corporis neglecti adeoque summae paupertatis, ut Philoctetae apud Iulian. Anth. Plan. IV, 113. 4. *χαίτη τρηχαλέοις χρώμα-*

σιν αὐσταλέη. et apud Theocr. XIV, 4. *χὡ μύσταξ πολὺς οὗτος ἀὐσταλέοι δὲ κίκιννοι* Simonid. fr. 50. 9. *αὐαλέαν δ' ὕπερθε τεὰν κόμαν βαθεῖαν παριόντος κύματος οὐκ ἀλέγεις.* Q. Smyrn. XI, 344. *αὐαλέαι δέ οἱ ἀμφὶ κόμαι περὶ κρᾶτι κέχυντο.* Nonn. Dion. IV, 363. *ψαφαρὴ δὲ κατ' αὐχένος ἔρρεε χαίτη.*

Dioscorides V, 54.

Μήποτε γαστροβαρῆ πρὸς σὸν λέχος ἀντιπρόσωπον
παιδογόνῳ κλίνῃς Κύπριδι τερπόμενος·
μεσσόθι γὰρ μέγα κῦμα καὶ οὐκ ὀλίγος πόνος ἔσται
τῆς μὲν ἐρεσσομένης, σοῦ δὲ σαλευομένου.
ἀλλὰ πρὶν στρέψας ῥοδοειδέϊ τέρπεο πυγῇ,
τὴν ἄλοχον νομίσας ἀρσενόπαιδα Κύπριν.

Pro *κλίνῃς* quod praesens post *μή* ferri nequit scribendum est *κλινθῇς*, quo simul activa verbi forma in passivam mutatur. Hoc verbum iungendum cum *πρός*, ut Hom. Il. VI, 468. *ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης ἐκλίνθη ἰάχων.* Anth. Plan. I, 12. 2. *πρὸς μαλακοὺς ἠχεῖ κεκλιμένα Ζεφύρους.* A. P. VI, 287. 6. *πρὸς λαιὰν ποταμοῦ κεκλιμένον λαγόνα*, ut in codice secundum Paullsenium legitur. Vs. 5. Iacobsius coniecit: *πάλιν στρέψας*, nec sane *πρίν* sanum habendum est. Sed aptius simul et lenius corrigas: *περιστρέψας.*

Dioscorides V, 55.

Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων διατείνας
ἄνθεσιν ἐν χλοεροῖς ἀθάνατος γέγονα·
ἡ γὰρ ὑπερφυέεσσι μέσον διαβᾶσά με ποσσὶν
ἤνυεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον,
ὄμμασι νωθρὰ βλέπουσα· τὰ δ' ἠΰτε πνεύματι φύλλα,
ἀμφισαλευομένης, ἔτρεμε πορφύρεα,
μέχρις ἀπεσπείσθη λευκὸν μένος ἀμφοτέροισι
καὶ Δωρὶς παρέτοις ἐξεχύθη μέλεσιν.

Versu quinto mihi improbanda videtur Hermanni coniectura qui in censura Delectus Meinekiani Annal. Vindob. t. CIV. p. 250. coniecit: πνεύματι γυῖα. Sensus enim: Oculi erant tremuli et volvebantur ut folia quae ventus huc illuc iactat. Sed corruptum est ἄνθεσιν, quod parum congruit cum verbis versus primi: ὑπὲρ λεχέων. Lectum enim foliorum rosarum Sybariticum hoc loco non intelligitur. Corrigam:

ἄψεσιν ἐν χλοεροῖς ἀθάνατος γέγονα.

Incertus c. 83.

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δὲ δὴ στείχουσα παρ' αὐγάς
στήθεα γυμνώσαις καί με πνέοντα λάβοις.

Verba παρ' αὐγάς nemini offensioni fuerunt ante Meinekium p. 229. qui tentat παρ' ἀκτάς, addito vulgatam significare posse »prodire in luminis auras." Quem sensum hic unice aptum puto, sed ita scribendum: πρὸς αὐγάς, ut πρὸς φῶς ἴτε Aesch. Eum. 991. Idem coniecit Hermannus.

Diodorus Zonas c. 122.

Μή σύ γε μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ' ἀπ' ὄσσων
ἀμφοτέρων κλεινοῦ, κοῦρε, Μεγιστοκλέους,
κἢν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος, ἀμφιδοναίης
τὸν καλόν· οὐ γὰρ ὁ παῖς ἤπιος οὐδ' ἄκακος,
ἀλλὰ μέλων πολλοῖσι καὶ οὐκ ἀδίδακτος ἐρώτων·
τὴν φλόγα ῥιπίζειν δείδιθι δαιμόνιε.

Versu primo codex Palatinus: εἴδεται ὄσσων, quod Iacobsius non recte emendavisse videtur. Probavit tamen eius coniecturam Meinekius p. 189. qui praeterea offensus eo quod neque nomen pueri amati a poeta appositum sit isque qui insidiatur illi et ipse appelletur κοῦρος, et ἀμφοτέρων plane iners oculorum epitheton putans coniecit:

Μή σύ γε, μηδ᾽ εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ᾽ ἀπ᾽ ὅσσων
Ἀμφοτερὸς, κλεινοῦ Κῦρε Μεγιστοκλέους κτἑ.

Quorum singulis tentaminibus non opus esse puto. Iungenda enim videntur verba: *κλεινοῦ κοῦρε Μεγιστοκλέους*, qua paraphrasi enunciavit poeta filii nomen *Μεγιστοκλείδης*. Neque *ἀμφοτέρων* iners est oculorum epitheton, ut patet ex dicendi formula *ὁρᾶν ἀμφοτέροις*, quod Latine dicitur »ambobus oculis aliquid cernere," ut Callim. A. P. XII, 71. 6. *τὸν καλὸν, ὦ μόχθηρ᾽, ἔβλεπες ἀμφοτέροις*, cl. Anth. Plan. 258. 4. *τείνω βλέμμα διπλοῦν πρὸς ὅρος*, et quem Iacobsius citavit, Stratone XII, 196. 4. *οὕτως ἀστράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις*, item Catullo 103. 2.

male dicere vitae
ambobus mihi quae carior est *oculis*.

Unde in hoc Zonae versu corrigam: *πολὺ φίλτερος ὅσσων ἀμφοτέρων*, ut Call. Dian. 211. *καλὴν Ἀντίκλειαν ἶσον φαέεσσι φιλῆσαι*. Theocr. XI, 53. Mosch. IV, 9. *τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἶσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν*. Sed ita *εἴδεται* parum aptum est, pro quo malim: *ᾄδεται*, hoc sensu: etiamsi tibi poetarum more ambobus oculis carior esse a te ipso dicatur pulcher ille iuvenis. Ad vs. 3. confer Theocr. I, 150. *Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς*. Rhian. A. P. XII, 38. *Ὧραί σοι Χάριτές τε κατὰ γλυκὺ χεῦαν ἔλαιον* et ad vs. 5. et verba *μέλων πολλοῖσι* Anacreon fr. 93 *ὤραννε δὴ λίην, πολλοῖσι γὰρ μέλεις*. Theocr. XXVI, 35. *ἀδελφεαὶ αὐτᾶς Καδμεῖαι πολλοῖς μεμελημέναι ἡρωῖναι*, ut recte codicum lectiones emendavit Graefius. Vs. 5. pro *ἀμφιδοναίης* Brunckius ex pluribus apographis *ἀμφιδοκεύοις* probante Meinekio. Equidem *ἀμφιδονοίης* praefero quod linguae postulant leges et commendatur a lenitate mutationis. Idque verbum aptissimum sive imaginem desumptam putes ab apibus quae circum flores vagantur sive

a culicibus aliisque eius generis bestiolis quae flammam lucernae circumvolitant.

Philodemus c. 132.

Ὦ ποδὸς, ὢ κνήμης, ὢ τῶν ἀπόλωλα δικαίως
μηρῶν, ὢ γλουτῶν, ὢ κτενὸς, ὢ λαγόνων,
ὢ ὤμοιν, ὢ μαστῶν, ὢ τοῦ ῥαδινοῖο τραχήλου
ὢ χειρῶν, ὢ τῶν μαίνομαι ὀμματίων,
ὢ κατατεχνοτάτου κινήματος, ὢ περιάλλων
γλωττισμῶν, ὢ τῶν θῦέ με φωναρίων·
εἰ δ' ὀπικὴ καὶ Φλῶρα καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφοῦς
καὶ Περσεὺς Ἰνδῆς ἠράσατ' Ἀνδρομέδας.

Versu septimo codex φλωρα nullo accentu notatum et ὀπική corruptelae nota addita Brunckius ex coniectura Martini scripsit χλωρά, *pallida* idemque eidem ὀπική valere visum est, ut poeta illud e lingua Latina transtulerit. Iacobsius lectionis ita constitutae hanc dedit explicationem: »Si rudior est et pallidior, minus tamen barbara est minusque decolor quam Andromeda.'' Quae verba fere in vituperium amasiae in qua omnia alia laudat poeta, dicta essent. Et Andromedam novimus fuscam, pallidam non item; confer Ovid. Her. XV, 35.

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromeda.

Hinc vix dubitandum φλωρα, quod in Codice legitur esse nomen puellae. Et quaenam intelligenda sit Flora monstravit Seidlerus Plutarch. Pompei. p. 619 E. 647 B. hetaera nempe Pompeii aetate Romae nobilissima scribendum igitur:

εἰ δ' Ὀπικὴ παῖς Φλῶρα καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφοῦς
καὶ Περσεὺς Ἰνδῆς ἠράσατ' Ἀνδρομέδας.

Persei exemplo se defendit homo Graecus quod et peregrinam et linguae Graecae imperitam caetera pulcherri-

mam amet. Ad Ὀπική confer Steph. Byz. v. Ὀπικοὶ, ἔθνος Ἰταλίας· Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου· γλώσσας συνέμιξαν, ut ὀπίζειν Graeci dicunt de iis qui imperite loquuntur secundum Schol. Iuven. III, 207. idemque gentile fere adiectivi βάρβαρος synonymum. Anecd. Paris. II. p. 162. 5. εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς ὃς καλεῖται Λάτιον. Idem Seidlerus in vs. 6. pro θύεμε coniecit ὦ τῶν »θύμ' ἐμέ" Φωναρίων, quod non magis probo quam coniecturam Viscontii: ὦ τῶν θύαε Φωναρίων et Iacobsii τῶν θύμμεθα, ad quam formam tuendam usus est Etymologi testimonio, ubi τεθυμμένον emendaverant Valckenaer. Eur. Phoen. p. 743. Ruhnken. Tim. p. 209. Scripsisse videtur Philodemus:

ὦ τῶν θῦψ' ἐμὲ Φωναρίων,

admiratus suadam loquelae qua ipsum totum ussit Flora. Ad genitivum confer vs. 1. ὦ τῶν ἀπόλωλα δικαίως μηρῶν et vs. 4. ὦ τῶν μαίνομαι ὀμματίων. Ad ipsum verbum Suidam v. ὑποτυφούσης, ὑποκνιζούσης, ὑποκαιούσης, Phot. v. ὑπετέθυπτο, ὑπεκαίετο καὶ ἐκέκνιστο. Ἀπολλοφάνης. Hesych. θῦψαι, τυφῶσαι, v. θύψαντα θύψαι E. M. 458. 43. Clem. Al. Strom. V, 8. 49. θῦψαί τε τῷ κεραυνῷ φλέξαι. Versum tertium hypermetrum esse vidit Geelius, et primum ὦ in codice Palatino non additum legitur, a recentioribus demum versui praepositum. Geelius coniecit: ᾤμοι τῶν μαστῶν quod equidem minus probabile habeo propter eandem interiectionem omnibus vocabulis additam quam uno loco mutaturum fuisse poetam parum verosimile. Idem articulum τοῦ delendum censueram, sed eo versus fit minus numerosus. Vs. 5. recte Planudes κακοτεχνοτάτου emendasse videtur.

Asclepiades c. 158.

Ἑρμιόνῃ πιθανῇ ποτ' ἐγὼ συνέπαιζον ἐχούσῃ

ζωνίον ἐξ ἀνθέων ποικίλον, ὦ Παφίη.
χρύσεα γράμματ' ἔχον· διόλου δ' ἐγέγραπτο· Φίλει με
καὶ μὴ λυπηθῇς ἤν τις ἔχῃ μ' ἕτερος.

In hoc epigrammate nihil corruptum, sed parum apte vs. 3. iunxerunt interpretes διόλου ἐγέγραπτο, quum διόλου iungendum sit cum verbo Φίλει. Pariter non intellectum est epigramma eiusdem poetae XII, 162.

Οὔπω τοξοφορῶν οὐδ' ἄρκιος ἀλλὰ νεογνὸς
οὑμὸς ἔρως παρὰ τὴν Κύπριν ὑποστρέφεται
δέλτον ἔχων χρυσέην· τὰ Φιλοκράτεος δὲ Διαύλου
τραυλίζει ψυχῆς φίλτρα καὶ 'Αντιγένους.

Ita scribendum hoc carmen puto. Vs. 1. codex ἄριος, quod in ὥριος mutarunt Iacobsius et Hermannus. Vs. 2. membranae ὑποτρέφεται quod ex duobus apographis in ὑποστρέφεται mutavit Hermannus. Idem vs. 3. coniecit τὰ Φιλοκράτεος δὲ δι' αὐτῆς, sed Diaulus est viri nomen, cuius filius Philocrates. Vs. 4. codex ψυχή, et κατ' 'Αντιγένους. Illud in ψυχῆς mutatum a Salmasio probante Brunckio, hoc emendarunt Iacobsius et Graefius. Iacobsius autem scripto Ψυχῇ interpretationem dedit hanc: »Amor pusillus dum apud Psychen magistram legere discit, ei non id quod est in pugillaribus, sed pulchrorum puerorum nomina balbutit et illecebras." Hermannus vero servato κατ' 'Αντιγένους hanc poetae mentem fuisse putavit »Balbutiens ait Amor Philocratem meum, Antigenis, animum amore urere." Qui adeo hoc epigramma ex Antigenis persona scriptum ait. Sed Asclepiades dicit amorem suum quo aut Philocratem aut Antigenem complecti coeperat recentem et sub ipsa initia moratum ad matrem revertisse puerulum, quum comperisset Philocratem et Antigenem mutuo se invicem amare, suum igitur amorem hoc facto

in ipso ortu exstinctum esse. In eiusdem Asclepiadis epigrammate V, 164.

Νὺξ, σὲ γὰρ οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷά μ' ὑβρίζει
Πυθιὰς ἡ Νικοῦς, οὖσα Φίλ' ἐξ ἀπάτης·
κληθεὶς οὐκ ἄκλητος ἐλήλυθα· ταὐτὰ παθοῦσα
σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ προθύροις.

egregie Meinekius p. 104. emendavit Φιλεξαπάτης sive Φιλεξαπάτις. Sed versu primo languidissimum est σὲ γὰρ οὐκ ἄλλην, pro quo coniicio:

Νὺξ σὲ γὰρ οὐκ ἀλαὴν μαρτύρομαι κτἑ.

Ut non unam noctem sed Lunam quoque clare in coelo fulgentem obtestatus sit poeta. Confer Incerti poetae versus, de quibus dixit Naekius Opusc. I. p. 351, apud Charis. IV. p. 254.

Luna Deum quae sola vides periuria vulgi,
Seu Cretea magis seu tu Dictynna vocaris
huc descende:

Et ἀλαήν emendavit, nisi memoria fallor, ante me Ungerus. Versum quartum alii aliter emendare conati sunt, nuperrime Meinekius: σοὶ μεμψαίατ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ προθύροις. Ego unice verum habeo:

σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοὶ στᾶσα παρὰ προθύροις.

Eodem in malo versata ipsa de me conqueratur.

Meleager c. 166.

Ὦ Νὺξ, ὦ Φιλάγρυπνος ἐμοὶ πόθος Ἡλιοδώρας
καὶ σκολιῶν ὄρθρων κνίσματα δακρυχαρῆ,
ἆρα μένει στοργῆς ἐμὰ λείψανα καὶ τὸ φίλημα
μνημόσυνον ψυχρᾷ θάλπετ' ἐν εἰκασίᾳ;
ἆρά γ' ἔχει σύγκοιτα τὰ δάκρυα κἀμὸν ὄνειρον
ψυχαπάτην στέρνοις ἀμφιβαλοῦσα φιλεῖ;
ἢ νέος ἄλλος ἔρως, νέα παίγνια; μήποτε λύχνε
ταῦτ' ἐσίδῃς, εἴης δ' ἧς παρέδωκα φύλαξ.

In hoc carmine plura corrupta sunt, quae pro parte emendarunt critici, ut vs. 2. ubi in codice legitur δακιχαρῆ, us vs. 3. κόττι φίλημα. Idem codex vs. 4. exhibet ἐνοικισίαι, Brunckius ἐν οἰκεσίᾳ, Purgoldus, Graefius et Iacobsius ἐν εἰκασίᾳ. Equidem ἐνοικεσίᾳ scribendum puto, ut μετοικεσίη Leonid. VII. 731. 4. πανοικεσία An. Ox. II. p. 314. 20. v. Lobeck. Phryn. p. 505. Versu secundo corruptum videtur σκολιῶν ὄρθρων, cuius adiectivi nulla ad manum est idonea explicatio. Vide an scribendum sit σκοτίων, id est *clandestinorum*. Vs. 5 et 6. haud dubie corrigendum :

κἄμ' ἐν ὀνείρῳ
ψυχαπάτῃ στέρνοις ἀμφιβαλοῦσα φιλεῖ;

Asclepiades c. 167.

Ὑετὸς ἦν καὶ νὺξ καὶ τὸ τρίτον ἄλγος ἔρωτι
οἶνος καὶ Βορέης ψυχρὸς, ἐγὼ δὲ μόνος·
ἀλλ' ὁ καλὸς μόσχος πλέον ἴσχυε· καὶ σὺ γὰρ οὕτως
ἤλυθες οὐδὲ θύρην πρὸς μίαν ἡσυχάσας·
τῇδε τοσοῦτ' ἐβόησα βεβρεγμένος· — ἄχρι τίνος Ζεῦ;
Ζεῦ φίλε, σίγησον καὐτὸς ἐρᾶν ἔμαθες.

Vs. 1. codex articulum ante τρίτον omittit, a Brunckio insertum, sed inauditum est τὸ τρίτον, quarto accedente. Geelius igitur qui eadem de re admonuit Bibl. Cr. Nov. III. p. 95. οἶνος corruptum esse statuit, ut in verbis οἶνος καὶ lateat epitheton ad ἄλγος referendum, fortasse αἰνότατον; frigus autem infestissimum esse voluptati. Iacobsii interpretationem incongruam esse: vinum enim quod poetae semper amori iungant, grave amori esse non posse. Sed hoc loco vocabulum οἶνος iungendum cum verbis ἐγὼ δὲ μόνος et interpretandum ex Posidippi verbis c. 213. 3.

εἶπε δὲ σημεῖον μεθύων ὅτι καὶ διὰ κλωπῶν
ἦλθον Ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

Omnia igitur sibi ad amasium properanti adversa fuisse scribit poeta, pluviam, noctem obscuram, ventum vehementem, *μέθην* suam et plateas urbis parum a furibus latronibusque tutas. Corruptum igitur haud dubie *τρίτον* aut *τὸ τρίτον*. Ex hac autem carminis interpretatione sequitur *ἐβόησα* vs. 5. omnino alienum esse et mutandum in *ἐβόησε*. Posteriora igitur disticha ita informanda puto:

ἀλλ' ὁ καλὸς μόσχος πλέον ἴσχυε καὶ » σὺ γὰρ οὕτως
ἤλυθες οὐδὲ θύρην πρὸς μίαν ἡσυχάσας
τῇδε — τοσοῦτ' ἐβόησε — βεβρεγμένος· ἄχρι τίνος Ζεῦ;
Ζεῦ φίλε, σιγήσω, καὐτὸς ἐρᾶν ἔμαθες.

Omnia enim adversa parum curavit poeta pueri desiderio, et puer hoc miratus exclamavit. » Tu pluvia madidus nulla mora iniecta huc venisti, quousque tandem Iupiter? Iupiter taceam, tu et ipse amasti." Scilicet amasius plura dicturus erat de vi amoris in homines insigni, per quam pericula nihil morantur, sed Iovem allocutus melius haec taceri reputat, dicta quippe ad deum unum omnium huius rei gnarum amorisque vim expertum. Emendationem plane firmat simillimum epigramma Callimachi A. P. XII. 230.

τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον, εἰ μὲν ἔμ' ἔχθει
τετράκι μισοίης, εἰ δὲ φιλεῖ φιλέοις·
ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος, οὐράνιε Ζεῦ,
καὶ σύ ποτ' ἠράσθης, οὐκέτι μακρὰ λέγω.

Futuro *σιγήσω* utuntur Archias A. P. IX, 27. 4. Nonn. Dion. V. 497. idemque restituendum esse vidit etiam Hermannus. Verbum *βεβρεγμένος* de pluvia et vino intelligendum videtur, ut in A. P. XI, 3. 5. *ταῖς κοτύλαις μ' ὑποβρέξας*. Hedyl. Athen. XI, 473. A. *ἀλλὰ κάδοις Χίου με κατάβρεχε*, Eubulus. I, 41. *βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος*.

Asclepiades c. 169.

Ἡδὺ θέρους διψῶντι χιὼν ποτὸν, ἡδὺ δὲ ναύταις
ἐκ χειμῶνος ἰδεῖν εἰαρινὸν στέφανον·
ἥδιον δ' ὁπόταν κρύπτῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα καὶ αἰνῆται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων.

In verbo *στέφανον* interpretando parum feliciter mihi versati videntur critici, quum mihi scripsisse videatur poeta:

ἐκ χειμῶνος ἰδεῖν εἰαρινὸν Ζέφυρον.

Quod Zephyro tribuitur etiam a Pancrate Athen. XV, 677. E. *καὶ ῥόδον εἰαρινοῖσιν ἀνοιγόμενον Ζεφύροισιν*, Oppian. Hal. III, 244. *εἰαρινοῦ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις*, et Nonn. Dion. II, 133. 532. Miror hoc non vidisse Schaeferum qui in Melet. Crit. p. 102. contulit Meleagrum A. P. IX, 363. 9. 10.

ἤδη δὲ πλώουσιν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται
πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντες

ubi corrigendum est *κολπώσαντος*. Cui alia ex libro decimo addenda sunt, ut hoc Satyri X, 5.

Ἤδη πηλοδομεῦσι χελιδόνες, ἤδη ἀν' οἶδμα
κολποῦται μαλακὰς εἰς ὀθόνας Ζέφυρος
ἤδη καὶ λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο
ἄνθεα καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος·
σχοίνους μηρύεσθε, ἐφ' ὁλκάδα φορτίζεσθε
ἀγκύρας καὶ πᾶν λαῖφος ἔφεσθε κάλοις.
ταῦτ' ὔμμιν πλώουσιν ἐπ' ἐμπορίην ὁ Πρίηπος
ὁ λιμενορμίτης ναυτιλίην γράφομαι.

Ubi vs. 2. recte emendavit Schneidewinus: *μαλακὸς τὰς ὀθόνας Ζέφυρος*, ut *μαλακοὶ Ζέφυροι* Anth. Plan. I, 12. 2. Pal. VI, 290. 4. Vs. 5. hiatus tollendus videtur *μηρύεσθε* in *μηρύεσθαι* qui infinitivus significationem imperativi habet. Vs. 7. Iacobsius male *ταῦτα* interpretatus est *id-*

circo; verba enim quorum ordo perturbatior ita iungenda: *ταῦτα γράφομαι ὁ Πρίηπος ὔμμιν πλώουσιν ναυτιλίην ἐπ' ἐμπορίην.* cl. Oppian. Cyn. II, 219. *ναυτιλίην πλώοντες ὅτ' ἐξανύωσι θάλασσαν.*

Meleager c. 177.

Κηρύσσω τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον· ἄρτι γὰρ ἄρτι
ὀρθρινὸς ἐκ κοίτας ᾤχετ' ἀποπτάμενος·
ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς ἀείλαλος ὠκὺς ἀθαμβής
σιμὰ γελῶν, πτερόεις νῶτα φαρετροφόρος·
πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος· οὔτε γὰρ Αἰθὴρ
οὐ χθὼν φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν οὐ πέλαγος. κτὲ.

Vs. 3. in Amoris imagine quem vendere cupit poeta, mihi parum aptum videtur adiectivum *γλυκύδακρυς*, pro quo aptius Moschus IX, 440. 25.

κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ
κἢν γελάῃ τύ νιν ἕλκε

Non enim hoc perpetuum morum ipsius Dei amoris est ut lacrimis dolorem expleat et egerat. Corrige: *γλυκύπικρος*, quo epitheto et alii Amorem dixerunt et Sappho fr. 43. *γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.* In fine versus eiusdem pro *ἀθαμβής* corrigendum *ἀταρβής*, *audax.* Verbum enim *θαμβεῖν* significat »admirabundus stupere," *ταρβεῖν* vero est »metuere." Idem vitium in Homeri irrepsit exemplaria Il. VIII, 75.

αὐτὸς δ' ἐξ Ἴδης μεγάλ' ἔκτυπε, δαιόμενον δὲ
ἧκε σέλας μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν· οἱ δὲ ἰδόντες
θάμβησαν καὶ πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν.

Corrige: *τάρβησαν*, non enim mirabantur fulgur sed exstupescebant omnes. Et in Meleagri versibus de Niobe eiusque liberis Anth. Plan. c. 134. 9.

ἄλλα δ' ἀντωπὸν θαμβεῖ βέλος· ἁ δ' ἐπ' ὀϊστοῖς
πτάσσει· τᾶς δ' ἔμπνουν ὄμμ' ἔτι φῶς ὁράᾳ·

ἁ δὲ λάλον στέρξασα πάλαι στόμα νῦν ὑπὸ θάμβευς
μάτηρ σαρκοπαγὴς οἷα πέπηγε λίθος,

corrigendum: *ταρβεῖ* et vs. 11. *ὑπὸ τάρβευς*. Etiam in Antipatri Ep. A. P. VI, 219. 15.

αὐτὰρ ὁ θαμβήσας φθόγγον βαρὺν ἐκ μὲν ἅπαντα
ἐν στέρνοις ἐάγη θυμὸν ὀρινόμενον,

corrigendum esse patet *ταρβήσας*. Contra in Antiphili epigrammate IX, 294. 2.

Πορφυρέαν τοι τάνδε Λεωνίδα ὤπασε χλαῖναν
Ξέρξης ταρβήσας ἔργα τεᾶς ἀρετᾶς,

corrigendum *θαμβήσας*. Leonidam enim Xerxes in proelio metuit sed post victoriam victi virtutem admiratus mortuum hoc munere affecit. In eiusdem Antiphili carmine VI, 97.

Δοῦρας Ἀλεξάνδροιο· λέγει δέ σε γράμματ' ἐκεῖνον
ἐκ πολέμου θέσθαι σύμβολον Ἀρτέμιδι,
ὅπλον ἀνικήτοιο βραχίονος· ἆ καλὸν ἔγχος
ᾧ πόντος καὶ χθὼν εἶκε κραδαινομένῳ·
ἵλαθι δοῦρας ἀταρβὲς· ἀεὶ δέ σε πᾶς τις ἀθρήσας
ταρβήσει μεγάλης μνησάμενος παλάμης.

versu sexto scribendum est *θαμβήσει*. Alexandri enim hastam metuerunt aequales, posteri vero mirati sunt virtutis regis bellicae memores. Vs. 3. graviter offendit interiecta vox *ὅπλον*, nam verba *ἀνικήτοιο βραχίονος* iungenda sunt cum substantivo *σύμβολον*. Recta sententia restituta esset scripto: *αἰὲν ἀνικήτοιο βραχίονος*, sed mutatio esset violentior. Versus 1 et 5. in unum confudit Grammaticus Anecd. Bachm. II. p. 373. 21. *δόρασιν· ἡ εὐθεῖα δόρας ὡς »δοῦρας Ἀλεξάνδροιο ἀταρβές" καὶ τὸ γόνασι δοκεῖ ἔχειν τὴν εὐθεῖαν τὸ γόνας.*

Leonidas c. 188.

Οὐκ ἀδικέω τὸν Ἔρωτα· γλυκύς, μαρτύρομαι αὐτὴν

Κύπριν· βέβλημαι δ' ἐκ δολίου κέραος
καὶ πᾶς τεφροῦμαι· θερμὸν δ' ἐπὶ θερμῷ ἰάλλει
ἄτρακτον λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβολῶν·
χὼ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει· θνητὸς ὁ δαίμων·
τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος.

De ultimis mihi cum Meinekio convenit ea sanissima esse, modo per interrogationem efferantur quo omnis tollitur verborum ambiguitas. Rogat enim poeta:

ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος;

ut praecedentium verborum iactantiam aliquantum leniret. Versum quintum idem Meinekius ita scribit:

χὼ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγὼ, κεἰ θνητὸς ὁ δαίμων
τίσομαι,

ut posterius θνητός corruptum sit. Equidem teneo quod olim conieci:

χὼ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν — ἔοικεν θνητὸς ὁ δαίμων
τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος,

nisi quod Ottonis Schneideri monitu perfectum nunc substitui plusquam perfecto ἐῴκει. Sententia haec unice apta: cf. A. P. IX, 157. 1.

Τίς θεὸν εἶπεν Ἔρωτα· θεοῦ κακὸν οὐδὲν ὁρῶμεν
ἔργον· ὁ δ' ἀνθρώπων αἵματι μειδιάᾳ.

Eur. Andr. 1161.

τοιαῦθ' ὁ τοῖς ἄλλοισι θεσπίζων ἄναξ
ὁ τῶν δικαίων πᾶσιν ἀνθρώποις κριτὴς
δίκας διδόντα παῖδ' ἔδρασ' Ἀχιλλέως
ἐμνημόνευσε δ' ὥσπερ ἄνθρωπος κακὸς
παλαιὰ νείκη· πῶς ἂν οὖν εἴη σοφός;

Plat. Symp. p. 202 D.

Meleager c. 191.

Ἄστρα καὶ ἡ Φιλέρωσι καλὸν Φαίνουσα Σελήνη
καὶ Νὺξ καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον,

ἦρά γε τὴν Φιλάσωτον ἔτ' ἐν κοίταισιν ἀθρήσω
ἄγρυπνον λύχνῳ πόλλ' ἀποδαομένην;
ἢ τιν' ἔχει σύγκοιτον; ἐπὶ προθύροισι μαράνας
δάκρυσιν ἐκδήσω τοὺς ἱκέτας στεφάνους,
ἓν τόδ' ἐπιγράψας· Κύπρι, σοὶ Μελέαγρος ὁ μύστης
σῶν κώμων στοργῆς σκῦλα τάδ' ἐκρέμασεν.

Vs. 4. verba *πόλλ' ἀποδαομένην* multis modis tentata sed nondum sanata ab aliis felici successu emendatum iri spero. Vs. 5. recte Graefius scripsit *ἐπὶ προθύροις δέ*, et ex locis a Iacobsio adscriptis, Asclepiad. A. P. V, 145. *αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ δικλίσι ταῖςδε κρεμαστοὶ μίμνετε — οὓς δακρύοις κατέβρεξα*, et Ep. Adesp. 24. *λάβε τοῦτον τὸν στέφανον τὸν ἐμοῖς δάκρυσι λουόμενον*, patet verbo *μαράνας* hic nullum locum esse. Corrigendum:

ἢ τιν' ἔχει σύγκοιτον, ἐπὶ προθύροισι δὲ ῥάνας
δάκρυσιν ἐκδήσω τοὺς ἱκέτας στεφάνους,
ἓν τόδ' ἐπιγράψας· κτέ.

Idem verbum reddendum videtur Antipatro VII, 464. 5. *σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς δάκρυσιν ἄγγειλας κεῖν' ἀνιαρὸν ἔπος*, ubi scribendum *ῥαίνουσα*.

Meleager c. 195.

Αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα, σύνευναι
Ζηνοφίλαν τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας·
ἁ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἁ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἁ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος·
τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ Κύπριδος ὤπλισαν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Versu primo Toupius et Brunckius scripserunt *συνεύνᾳ Ζηνοφίλᾳ*, a quo recentiores discesserunt quod *συνεύνη* Graecum non sit; imo illam Graecitati plane adversari Lobeckius peritissimus iudex statuit Paral. II. p. 473. qui nostro loco *συνήνουν* coniecit, quod non magis probandum

puto quam Iacobsii coniecturas: *ἐπένευσαν* et *ἀπένειμαν*. Idem tamen vocabulum occurrit in inscriptione satis antiqua apud Boeckhium n. 2498. *ὦ συνεύνα χρηστὰ χαῖρε*, sed quum constanter forma *σύνευνος* poetae utantur, sublestae fidei vocabulum Meleagro obtrudi nolim; accentus quoque monstrat ex codice potius *σύνευνε* quam *συνεύνα* eruendum esse. Alloquitur autem puellam his verbis poeta:

αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα, σύνευνε
Ζηνοφίλα, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας.

Sed hoc facto verbum sententiae deest, quod revocandum esse conieci, coniuncto hoc carmine cum c. 140.

Ἡδυμελεῖς Μοῦσαι σὺν πηκτίδι καὶ λόγος ἔμφρων
σὺν Πειθοῖ και Ἔρως κάλλος ὑφηνιοχῶν
Ζηνοφίλα, σοὶ σκῆπτρα Πόθων ἀπένειμαν, ἐπεί σοι
αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας·
αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα, σύνευνε
Ζηνοφίλα, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας,
ἁ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἁ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἁ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος·
τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ Κύπριδος ὥπλισαν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Vs. 2. Scripsi *κάλλος ὑφηνιοχῶν* ex Graefii coniectura; codex: *καλὸς ἐφ' ἡνιόχῳ*. Sed *ὑφηνιοχῶν* ita vi diversa dictum ab ea de qua dixerunt Lehrs. Aristarch. p. 115. et Lobeck. Soph. Ai. 1105. Significat enim »habenis regens." Vs. 8. ter repetitum vocabulum eiusdem significationis non ferendum, quamobrem conieci:

ἁ δ' ὀάροις τὸ γλυκύθυμον ἔπος.

Vs. 9. codex: *τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ Κύπριδος ὥπλισεν εὐνάν*, quod emendavit Graefius, qui in notis addidit hoc tamen sequentibus non satis convenire. Quod mihi longe secus videtur, sed prioribus haec accommodanda erant

quod perfeci alio epigrammate addito. Iacobsius eleganti et ingeniosa coniectura poetae restituit versum ita scriptum :

τρισσάκις εὐδαίμων, ἇς καὶ Κύπρις ὥπλισεν εὐνὰν
καὶ Πειθὼ μύθους καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Sed ita quoque hoc distichon prioribus parum congrue adiectum est, quo perspecto iam olim Iacobsii coniectura probata hoc carmen coniungendum censui cum duobus versibus qui hoc epigramma subsequuntur c. 196. in hunc modum :

Ζηνοφίλα, κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ φίλτρα
Κύπρις ἔδωκέ σ' ἔχειν, αἱ Χάριτες δὲ χάριν·
αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα, σύνευνε
Ζηνοφίλα, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας,
ἁ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἁ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἁ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος·
τρισσάκις εὐδαίμων ἇς καὶ Κύπρις ὥπλισεν εὐνὰν
καὶ Πειθὼ μύθους καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Epexegesi addita poeta explicat quaenam sit venustas a Gratiis Zenophilae concessa. In vs. 1. vulgo editum *Ζηνοφίλᾳ* sed codex vocativum exhibet, quare *ἔδωκέ σ' ἔχειν* scripsi pro *ἔδωκεν ἔχειν*, ut infra XII, 96. 6. *οὐκέτι τὰν αὐτὰν δῶκαν ἔχειν σε χάριν.* Confer praeterea eiusdem Meleagri verba A. P. V, 137.

ἔγχει τᾶς Πειθοῦς καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας
καὶ πάλι τᾶς αὐτᾶς ἁδυλόγου Χάριτος.

Aliorum etiam carminum partes disiectae in codice diversis leguntur locis, ut Meleagri epigrammata V, 182. et 187. coniungenda esse dudum critici perspexerunt, et Alcaei Messenii epigramma A. P. XII, 29. disticho incerti poetae A. P. XI, 53. augendum esse ex codice Parisino

docuit Meinek. Anal. p. 397. Et ex epigrammate quod Simonidis esse traditur VII. c. 496. 5.

Ἠερίη Γεράνεια κακὸν λέπας ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐν Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος·
νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἱ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

et altero Callimachi VII, 271.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν·
νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς· ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα,

demonstravi unum effingendum esse Callimachi epigramma hoc:

Ἠερίη Γεράνεια κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐν Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος·
ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν·
νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς· ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

quod enim carmini quod Simonideum dicitur affictum est distichon, nihil est nisi pannus assutus ut ei species quaedam integritatis conciliaretur, vel varians lectio distichi ex diversa recensione orta. Ita in epigrammate Antipatri IX, 150. 1.

Πλοῦτος Ἀριστείδῃ δάμαλις μία καὶ τριχόμαλλος
ἦν ὄϊς· ἐκ τούτων λιμὸν ἔλαυνε θύρης,

variatur in codice c. 255. ubi idem Philippo tribuitur, ita:

Ἠρίθμει πολὺν ὄλβον Ἀριστείδης ὁ πενιχρὸς
τὴν ὄϊν ὡς ποίμνην, τὴν βόα δ' ὡς ἀγέλην.

In caeteris nulla varietas nisi quod hoc loco vs. 5. pro πεδήσας recte legitur λυγώσας. In Meleagri carmine V, 215. quod recurrit XII, 19. pueri nomen in puellae mutatum et vs. 5. illic λείψω φωνὴν προϊέντα, hic λείψω φωνεῦντ' ἐπὶ τύμβῳ scriptum est. In Stratone XII. c. 242.

πρῴην τὴν σαύραν ῥοδοδάκτυλον Ἄλκιμ' ἔδειξας,
νῦν αὐτὴν ἤδη καὶ ῥοδόπηχυν ἔχεις

libro undecimo, c. 21. legitur:

πρῴην τὴν σαύραν Ἀγάθων ῥοδοδάκτυλον εἶχεν κτἑ.

Quae in nonnullis diversa leguntur epigrammata Dioscoridis V, 53 et 193. tantum correctorum praepostera cura temere interpolata sunt, quum pristina species non diversa fuerit. Fortasse etiam Palladae epigramma A. P. IX, 172.

Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει οὐδ' ἀλεγίζω
λοιπὸν τῆς ἀπάτης· ἤλυθον εἰς λιμένα·
εἰμὶ πένης ἄνθρωπος, ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶ·
ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι

emendandum ex c. 49.

Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον·
οὐδὲν ἐμοὶ χὐμῖν· παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Confer eiusdem epigramma IX. c. 172. Ita primum distichon aenigmatis XIV, 55. multum immutatum legitur c. 29. et ultimum distichon epigrammatis Leonidae Tarentini IX, 99.

ῥίζα γὰρ ἔμπεδος οὖσα πάλιν γλυκὺ νέκταρ ἀνήσει
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ τράγε θυομένῳ

Eveno Ascalonidae tributum ita legitur per se constans c. 75.

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ τράγε θυομένῳ.

Unde conieci Evenum illud distichon in Domitianum detorsisse, v. Sueton. Domit. c. XIV.

Meleager c. 208.

Οὔ μοι παιδομανὴς κραδία· τί δὲ τερπνὸν Ἔρωτες
    ἀνδροβατεῖν, εἰ μὴ δούς τι λαβεῖν ἐθέλοι;
ἁ χεὶρ γὰρ τὰν χεῖρα· καλὰ μένειν παράκοιτις,
    εἶν πᾶς ἄρσην ἀρσενικαῖς λαβίσιν.

Sententia carminis satis perspicua, licet foede corruptum sit alterum distichon, cui in codice adscripta est notula: ζήτει τὴν ἔννοιαν. Varia tentarunt critici quae recensuit Iacobsius; mihi lenissima emendatione sententia recta restituta videtur scripto:

καλὰ μὲν ἐὰν παράκοιτις,
μείων πᾶς ἄρσην ἀρσενικαῖς λαβίσιν.

Posidippus c. 211.

Δάκρυα καὶ κῶμοι τί μ' ἐγείρετε, πρὶν πόδας ἆραι
    ἐκ πυρὸς εἰς ἑτέρην Κυπρίδος ἀνθρακιήν;
λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος, ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
    ἄλγος ὁ μὴ κρίνων κοινὸν ἄγοντι πόθος.

Versu primo corruptum est δάκρυα, quum lacrimae hominem in amorem perducere nequeant. Desidero ad sententiam vocabulum quale est κραδία, sed hoc metro aptari nequit. Versu quarto criticorum tentamina recensuit Iacobsius Anim. II, 1. p. 140. quibus addidit t. XII. p. 463. Boschii hoc: ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
    ἄλγος ὁ μὴ κρίνων καινὸν ἄγει τι Πόθος.
Quod nuper proposuit etiam Meinekius p. 195. qui rectius quam Boschius verba ὁ μὴ κρίνων non iunxit cum ἄλγος, sed per se ad Πόθος apposita putavit. Neque tamen haec recte interpretatus est »nullo formarum delectu habito" quum Amor dicatur ἄκριτος δαίμων etiam a Maecio Anth. Plan. c. 198. 1. Confer etiam Phaniam A. P. XII, 31. 4.

καὶ Πόθος εἰς ἑτέρην λοιπὸν ἄγει μανίην.

Ita genuinam poetae manum restitutam puto.

Macedonius c. 231.

Τὸ στόμα ταῖς Χαρίτεσσι, προσώπατα δ' ἄνθεσι βάλλει,
ὄμματα τῇ Παφίῃ, τὴν χέρα τῇ κιθάρῃ·
συλεύεις βλεφάρων φάος ὄμμασιν, οὖας ἀοιδῇ,
πάντοθεν ἀγρεύεις τλήμονας ἠϊθέους.

Versu primo Planudes βάλλεις, Brunckius θάλλεις scripsit quae neque per se aptum sensum praebent neque cum sequentibus bene coeunt, quorum cum prioribus aptum nexum desidero vel in ingeniosissima Graefii coniectura:

τὸ στόμα ταῖς Χαρίτεσσι προσώπατα δ' ἄνθεσο Κάλλει,

quae delitescit in libello Observationum Criticarum in Triphiodorum (Petropoli 1817) post Coluthi Lennepiani editionem Lipsiensem p. 236. Significatione certe longe diversa ἀνατίθεσθαι ad ultima verba τῇ κιθάρῃ repetendum. Quare huius epigrammatis veram lectionem a nemine dum restitutam puto.

Macedonius c. 238.

Τὸ ξίφος ἐκ κολεοῖο τί σύρεται; οὐ μὰ σὲ κούρη,
οὐχ ἵνα τι πρήξω Κύπριδος ἀλλότριον,
ἀλλ' ἵνα σοὶ τὸν Ἄρηα καὶ ἀζαλέον περ ἐόντα
δείξω τῇ μαλακῇ Κύπριδι πειθόμενον·
οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι συνέμπορος, οὐδὲ κατόπτρου
δεύομαι, ἐν δ' αὐτῷ δέρκομαι αὐτὸν ἐγώ·
καὶ καλὸς ὡς ἐν ἔρωτι, σὺ δ' ἢν ἀπ' ἐμεῖο λαθῆναι
τὸ ξίφος ἡμετέρην δύσεται εἰς λαγόνα.

Ad ἀζαλέον vs. 3. confer Lobeckium Soph. Ai. 648. substantivum Ἄρης significat *ferrum*, ut A. P. VII, 531. 2. IX, 431. quae loca contulit Meinekius p. 178. adde Philipp. IX, 311. 7. Pro λαθῆναι Planudes λυθείης scripsit, Meinekius coniecit ἀπ' ἐμεῖο λιασθῇς, quod vir doctissi-

mus ipse improbabit prae lenissima medela qua poetae manus restituenda est:

σὺ δ' ἣν ἀπ' ἐμεῖο λάθηαι.

Nam hoc praeferendum monuit Schneiderus correctioni a me propositae: σὺ δ' ἣν ἀπ' ἐμεῖο λάθῃ, ναί.

Paulus Silentiarius c. 270.

Οὔτε ῥόδον στεφάνων ἐπιδεύεται οὔτε σὺ πέπλων
οὔτε λιθοβλήτων πότνια κεκρυφάλων·
μάργαρα σῆς χροιῆς ἀπολείπεται οὐδὲ κομίζει
χρυσὸς ἀπεκτήτου σῆς τριχὸς ἀγλαΐην·
Ἰνδῴη δ' ὑάκινθος ἔχει χάριν αἴθοπος αἴγλης,
ἀλλὰ τεῶν λογάδων πολλὸν ἀφαυροτέρην.
χείλεα δὲ δροσόεντα καὶ ἡ μελίφυρτος ἐκείνη
ἤθεος ἁρμονίη κεστὸς ἔφυ Παφίης·
τούτοις πᾶσιν ἐγὼ καταδάμναμαι· ὄμμασι μούνοις
θέλγομαι οἷς ἐλπὶς μείλιχος ἐνδιάει.

Integrum opposui carmen ut ex eius tenore statim intelligi possit vs. 8. inepte mores puellae memorari; per totum enim epigramma de corporis forma loquitur poeta neque animus mitis benigneque compositus aliquem domare (καταδαμνᾶν) sed potius allicere (θέλγειν) videtur. Hisce, ni fallor, de causis Planudes infelici coniectura scripsit ἔνθεος, quod iure editores reiecerunt. Unice verum puto:

καὶ ἡ μελίφυρτος ἐκείνη Στήθεος ἁρμονίη.

Quod nomen de partibus corporis occurrit etiam in Leonidae Ep. VII, 472. 7. ἐκ τοίης ἀπηκριβωμένοι ὀστῶν ἁρμονίης 480. 2. Crinag. 383. 6. καὶ κώλων ἔκλυτος ἁρμονίη. IX. c. 439. 2. ἀγλώσσου θ' ἁρμονίη στόματος. Epicrat. Athen. XIII, 570. C. τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος.

Macedonius c. 271.

Τήν ποτε βακχεύουσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων

τὴν χρυσεοκροτάλῳ σειομένην σπατάλῃ,
γῆρας ἔχει καὶ νοῦσος ἀμείλιχος· οἱ δὲ Φιληταὶ
οἵ ποτε τριλλίστως ἀντίον ἐρχόμενοι
νῦν μέγα πεφρίκασι· τὸ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο
ἐξέλιπεν, συνόδου μηκέτι γινομένης.

Pluribus coniecturis tentata sunt verba ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων, quas recensuit Iacobsius t. XI. p. 211. qui ipse corrigit: ἐν εἴαρι θηλυτεράων. Sed saepius ἐν εἴδεϊ dictum invenias hoc sensu: in speciem, ad imaginem. Quare malim:

τήν ποτε βακχεύουσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων
τῶν χρυσεοκροτάλῳ σευομένων σπατάλῃ, κτέ.

Quibus verbis hetaeras et meretrices dicit poeta. Pro σείεσθαι mihi reponendum videbatur σεύεσθαι, quod idem reddendum puto Philostrato V. S. I, 21. 5. ἐλέγετο γὰρ ὁ Σκοπελιανὸς σείεσθαι ὥσπερ βακχεύων. Praeterea νοῦσος corruptum.

Plato VI, c. 1.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐραστῶν
ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον, ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος οὐ δύναμαι.

Participium praesens ἔχουσα hoc loco ineptum, quum nulli amplius amatores ad Laidem accederent. Corrigendum igitur: ἥ ποτ' ἐραστῶν, ut A. P. IX, 103. 3. ἡ βασίλειον ἀσφαλὲς Ἑλλήνων οὖσά ποθ' ἡμιθέων.

Philippus VI, c. 5.

Δούνακας ἀκροδέτους καὶ τὴν ἁλινηχέα κώπην
γυρῶν τ' ἀγκίστρων λαιμοδακεῖς ἀκίδας,
καὶ λίνον ἀκρομόλιβδον ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου
φελλὸν καὶ δισσὰς σχοινοτενεῖς σπυρίδας,
καὶ τὸν ἐγερσιφαῆ πυρὸς ἔγκυον ἔμφλογα πέτρον
ἄγκυράν τε νεῶν πλαζομένων παγίδα,

Πείσων ὁ γριπεὺς Ἑρμῇ πόρεν ἔντρομος ἤδη
δεξιτερὴν, πολλοῖς αἰθόμενος καμάτοις.

Adiectivum σχοινοτενεῖς Schneiderus interpretatus est e *iuncis plexas*, probante Schaefero Greg. Cor. p. 509. Equidem scribendum puto: σχοινοδέτους. Vs. 8 Iacobsius pro αἰθόμενος scripsit ἀχθόμενος; mihi Reiskius recte emendavisse videtur βριθόμενος ex Theaeteto VI, c. 27. 8. γήραϊ νουσοφόρῳ βριθομένης παλάμης.

Zonas VI, c. 22.

Ἀρτιχανῆ ῥοιάν τε καὶ ἀρτίχνουν τόδε μῆλον
καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον,
πορφύρεόν τε βότρυν μεθυπίδακα πυκνορρᾶγα,
καὶ κάρυον χλωρῆς ἀντίδορον λεπίδος,
ἀγροιώτῃ τῷδε μονοστόρθυγγι Πριήπῳ
θῆκεν ὁ καρποφύλαξ δενδριακὴν θυσίην.

Versu quarto recte Meinekius p. 230. scripsisse videtur ἀμφίδορον, quum probabile sit hortulanum Priapo decorticatam nucem consecrasse. Eodem adiectivo usum esse annotavit Phalaecum A. P. VI, 165. σκύλος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαιίνεω. Verum etiam versu quinto corruptum est μονοστόρθυγγι, quod Iacobsius Animadv. t. VIII. p. 204. recte Scholiasten explicuisse putat μονόποδι, collato versu Sophoclis apud Aelian. H. A. VII, 39.

ἄρασα μύξας . . . καὶ κερασφόρους
στόρθυγγας εἶρφ᾽ ἔκηλος,

interpretatus στόρθυγγας de pedibus quos tollat cerva. Sed intelliguntur ibi cornua quae cerva tollit. Alii μονοστόρθυγξ de Priapi veretro interpretantur, quasi interdum bina membra eius imaginibus adderentur, Brunckius ut μονόξυλος explicuit: » ex uno stipite dolatus." Equidem corrigam τανυστόρθυγγι Πριήπῳ, quod de altis Priapi cornibus in-

telligendum; ita A. P. VI, 232. 7. εὐστόρθυγγι Πριήπῳ. Vs. 5 pro τῷδε scribendum τῇδε.

Macedonius VI, c. 30.

Δίκτυον ἀκρομόλιβδον Ἀμύντιχος ἀμφὶ τριαίνῃ
δῆσε γέρων ἁλίων παυσάμενος καμάτων,
ἐς δὲ Ποσειδάωνα καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης
εἶπεν ἀποσπένδων δάκρυον ἐκ βλεφάρων·
οἶσθα μάκαρ κέκμηκα κακοῦ δ' ἐπὶ γήραος ἡμῖν
ἄλλυτος ἡβάσκει γυιοτακὴς πενίη·
θρέψον ἔτι σπαῖρον τὸ γερόντιον, ἀλλ' ἀπὸ γαίης,
ὡς ἐθέλεις, μεδέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει.

Vs. 8 Brunckius correxit: ὡς δύνασαι; Iacobsius ὥς γε θέμις et in Addendis: ὡς ὅθ' ἁλός. Hoc minus etiam probabile, sed caeteris etiam praestare videtur: ὡς ἐθέλει, quod in precibus addi solet: cf. Herod. VII, 47. ὄψις μὲν ἡ ἐπιφανεῖσα τοῦ ὀνείρου ὡς βουλόμεθα ἀμφότεροι τελευτήσειε, et ab hominibus qui aliis fausta apprecantur, ut Homerus: σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς. H. Hom. Cer. 135. ἀλλ' ὑμῖν μὲν πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες δοῖεν κουριδίους ἄνδρας — ὡς ἐθέλουσι τοκῆες. Ap. Rh. I, 890. νίσσεο καὶ σὲ θεοὶ σὺν ἀπήμοσιν αὖτις ἑταίροις χρύσειον βασιλῆϊ δέρος κομίσειαν ἄγοντα αὔτως ὡς ἐθέλεις. Soph. Phil. 462. καί σε δαίμονες νόσου μεταστήσειαν ὡς αὐτὸς θέλεις. O. C. 1119.

καὶ σοὶ θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,
αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδε κτἑ.

Horat. Sat. II, 8. 75. »Tibi Di quaecunque preceris commoda dent," ubi plura Bentleius. Vs. 8 corrige κἀν χθονὶ κἀν πελάγει.

Plato VI, c. 43.

Τὸν Νυμφῶν θεράποντα Φιλόμβριον, ὑγρὸν ἀοιδὸν,
τὸν λιβάσιν κούφαις τερπόμενον βάτραχον,

χαλκῷ μορφώσας τις ὁδοιπόρος εὖχος ἔθηκεν
καύματος ἐχθροτάτην δίψαν ἀκεσσάμενος·
πλαζομένῳ γὰρ ἔδειξεν ὕδωρ, εὔκαιρον ἀείσας
κοιλάδος ἐκ δροσερῆς ἀμφιβίῳ στόματι·
φωνὴν δ' ἡγήτειραν ὁδοιπόρος οὐκ ἀπολείπων
εὗρε πόσιν γλυκερῶν ὧν ἐπόθη ναμάτων.

Vs. 2 corruptum est *κούφαις*; ranae enim non delectantur aquis rapidis et properantibus, sed stagnantibus et pigris, ut Babrias Fab. 120. 1.

ὁ τελμάτων ἔνοικος, ὁ σκιῇ χαίρων
ὁ ζῶν ὀρυκτοῖς βάτραχος παρ' εὐρίποις.

Corrigendum igitur: *λιβάσιν κωφαῖς*. Versu tertio *μορφώσας* superscriptum est in codice voci *τυπώσας*, quod in contextu legitur metro repugnans. Falso, ut mihi certe videtur, *μορφώσας* Platoni restitutum est; quae enim huius verbi a Iacobsio collecta sunt exempla, omnia recentioribus debentur et Christianis scriptoribus, unde illam correctoris coniecturam poetae non obtrudendam esse intelligitur. Pro *χαλκῷ τυπώσας* coniicio *χαλκοτυπησάμενος*, ut viator hanc aeneam ranam faciendam curaverit. Ita *γραψάμενος* A. P. VI, 126. 4. 355. 2. IX, 605. 2. *γλύψατ' ἄγαλμα* VI, 337. 4. cl. VII, 394. 4. IX, 791. 5. Versus octavus in codicis margine legitur et a Iacobsio recte Platoni abiudicatur. Idem vitium metricum tolli voluit scripto: *ὧν ἐπόθει νασμῶν εὗρε πόσιν γλυκερῶν*. Sed aoristus hic requiritur, quare praestaret: *ὧν ἐπόθησ' ἀμαρῶν*.

Incertus VI, c. 51.

Μῆτερ ἐμή, γαίη Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων,
Δίνδυμον ἧς μύσταις οὐκ ἀπάτητον ὄρος,
σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς οἰστρήματα λύσσης
ἄνθετο χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης·

κύμβαλά τ' ὀξύφθογγα βαρυφθόγγων τ' ἀλαλητὸν
αὐλῶν οὓς μόσχου λοξὸν ἔκαμψε κέρας·
τύμπανά τ' ἠχήεντα καὶ αἵματι φοινιχθέντα
φάσγανα καὶ ξανθὰς τὰς πρὶν ἔσεισε κόμας·
ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα
γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγρειοσύνης.

Vs. 1 Hermannus coniecit *μῆτερ ἐμὴ Ῥείη*, quod certissimum Meinekio visum p. 230; Passovius vero Script. Misc. p. 199. formam *γαίη* defendit ex App. Ep. c. 153. 2. et 172. 3. Iacobsius coniecit: *μήτηρ ὦ μεγάλη*, qua coniectura pro parte assumta scribendum est:

Μῆτερ ἐμὴ μεγάλη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων,
Δίνδυμον ἧς μύσταις οὐκ ἀπάτητον ὄρος.

Vs. 2. in codice legitur *Δινδυμόνης* quod iam Scaliger rectissime in duo vocabula disiunxit. Passovius l. c. *ἧ* maluit et cum *ἄνθετο* iunxit: *ἄνθετο ἧ Δίνδυμον κτέ.* quod durius est. Pronomen possessivum ita deorum dearumve nominibus quos prae caeteris colebant addi solet, ut in Eur. Ion. 455. *σὲ τὰν ὠδίνων λοχιᾶν ἀνειλείθυιαν ἐμὰν Ἀθάναν ἱκετεύω*, cl. ib. 209. *λεύσσω Παλλάδ' ἐμὰν θεόν.* Phaniae Ep. A. P. VI. 299. 7. *τοῖσιν ἅδοι καὶ Κύπρις ἐμὰ θεός.* Call. Del. 82. *ἐμαὶ θεαὶ εἴπατε Μοῦσαι.* Sed in App. Ep. 231. 1.

Λαοδίκης ὅδε πέπλος ἑᾷ δ' ἀνέθηκεν Ἀθάνᾳ
πατρίδ' ἐς εὐρύχορον Κύπρου ἀπὸ ζαθέας,

recte Spengelium emendasse puto *Ἀλέᾳ*. In tertio disticho dubito an sana habenda sint verba: *οὓς μόσχου λοξὸν ἔκαμψε κέρας.* Cornua enim vituli ex quibus confectae tibiae, mire dicuntur ipsa tibias incurvasse. Et ingrata admodum repetitio eiusdem verbi in adiectivis *ὀξύφθογγος* et *βαρύφθογγος*. Vs. 10 *ἀγρειοσύνης*, quod duo codices Anthologiae Planudeae praebent, receperunt Brunckius et

Iacobsius, quorum hic tamen *ἀχρημοσύνης* malebat. Secundum Meinekium l. c. apertum est poetam scripsisse *ἀχρειοσύνης*, *stultitia*. Mihi vero fortius aliquod vocabulum, ut *λύσσα*, requiri videtur idque ex ipso codice restituendum, in quo scriptum:

γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγριοσύνης.

In quo ut in longiore vocabulo secunda syllaba metri causa producta usus est poeta.

Paulus Silentiarius c. 71.

Σοὶ τὰ λιποστεφάνων διατίλματα μυρία φύλλων,
σοὶ τὰ νοοπλήκτου κλαστὰ κύπελλα μέθης,
βόστρυχα σοὶ τὰ μύροισι δεδευμένα, τῇδε κονίῃ
σκῦλα ποθοβλήτου κεῖται Ἀναξαγόρα,
σοὶ τάδε Λαῒς ἅπαντα κτέ.

Pro *νοοπλήκτου* corrige *νοοπλάγκτου*, quod adiectivum vocabulo *μέθη* iunxit etiam Nonnus in Dionysiacis. Simili vitio corruptus etiam Antipatri versus VI, 206. 3.

τὸν δὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φιλαινὶς
βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον,

ubi scribendum *φιλοπλάγκτοιο*, collato Archia c. 207. 1.

σάνδαλα ταῦτα Βίτιννα, πολύπλαγκτον δὲ Φιλαινὶς
πορφύρεον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον,

ubi recte Iacobsius *πολυπλάγκτου* scripsit et aliis firmavit exemplis. Adiectivum *ποθόβλητος* de homine amante legitur etiam apud Nonn. Dion. VII, 115. 254. X, 268. XI, 335. XV, 234. 269. 353. 401. XX, 27. XXXII, 21. XXXIII, 34. XL, 561. XLII, 122. Paraphr. VIII, 124. Alio sensu idem Nonnus eo usus est Dion. V, 202. *καὶ Χαρίτων ἴνδαλμα ποθοβλήτοιο προσώπου*, XVI, 113. XXXIV, 77. unde defendenda vulgata in Asclepiadis Ep. A. P. V, 153. 1.

Νικαρέτης τὸ πόθοισι βεβλημένον ἡδὺ πρόσωπον,

quod Salmasius mutavit in *πόθοις μεμελημένον*, Meinekio probante p. 104.

Diodorus Zonas c. 106.

Τοῦτό σοι, ὑλειῶτα, κατ' ἀγριάδος πλατάνοιο
δέρμα λυκορραίστης ἐκρέμασεν Τελέσων,
καὶ τὰν ἐκ κοτίνοιο καλαύροπα, τάν ποκα τῆνος
πολλάκι ῥομβητὰν ἐκ χερὸς ἠκροβόλει·
ἀλλὰ τὺ Πὰν βουνῖτα τὰ μὴ πολύολβά τε δέξαι
δῶρα καὶ εὐάγρει τῷδε πέτασσον ὄρος.

Velim scire qua lege formatum sit vocabulum *ὑλειώτης*, quod apud Suidam ex hoc uno loco ductum comparet. Emendandum puto: *ὑλῃωρέ*, ut Leonidas IX, 337. 3. *κἀμὲ τὸν ὑλῃωρὸν ἀπὸ κρημνοῖο βόασον Πᾶνα.* Versu sexto recte Iacobsius *εὐαγρεῖ*, collatis Oppiani locis Hal. III, 49. IV, 157. 587. V, 445.

Simmias c. 113.

Πρόσθε μὲν ἀγραύλοιο δασύτριχος ἰξάλου αἰγὸς
δοιὸν ἐπὶ χλωροῖς ἐστεφόμαν πετάλοις·
νῦν δέ με Νικομάχῳ κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων
ἐντανύσας ἕλικος καρτερὰ νεῦρα βοός.

Lemma in codice adscriptum legitur: *ἀνάθημα παρὰ Νικομάχου*, sed nihil in hoc carmine inest quod inscriptionem donario additam prodat. Nicomacho enim faber cuius nomen non additum arcum artificiose confecisse dicitur, quae sententia et per se ieiuna et inscriptioni aut epigrammati nullum dabat locum. Corrigendum:

νῦν δέ με Νικόμαχος κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων.

Ita hos versus ipsi donario inscriptos habere possis. Unde explicandum quod adiectivo *δοιόν* nullum additum est substantivum, quod in anathematicis omitti solet. Minime igitur cum Meinekio *δοιόν* de mendo suspectum habendum, cui oppositum *ἥρμοσε*, i. e. in unum duo cornua coniunxit,

ut in arcu Pandari apud Hom. Il. IV, 109 sq. Sed in caeteris prioris distichi verbis haereo, ubi ex pentametro: *ἐπὶ χλωροῖς ἐστεφόμαν πετάλοις*, haec de cornu copiae intelligenda esse efficere possis. Sed ita genitivus *αἰγὸς* non habet quo referatur. Quare pro *ἐστεφόμαν* corrigam *ἐστρεφόμαν*, ut capri cornua dicuntur *στρεπτὰ* Oppian. Cyn. II, 329, et verba *ἐπὶ χλωροῖς πετάλοις* insigniter corrupta habeo.

Moero c. 119.

Κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ παστάδα τὰν Ἀφροδίτας
βότρυ Διωνύσου πληθόμενος σταγόνι·
οὐδ' ἔτι τοι μάτηρ ἐρατὸν περὶ κλῆμα βαλοῦσα
φύσει ὑπὲρ κρατὸς νεκτάρεον πέταλον.

Templum Veneris aureum dici mihi mirum videtur, quare epitheto solenniter Veneri tribui solito usam poetriam puto:

κεῖσαι δὴ χρυσέας ὑπὸ παστάδι τᾷ δ' Ἀφροδίτας.

In uno apographo legitur *τᾶς Ἀφροδίτας*. Epitheton illud et aliis locis, ut in Homero, Veneri tribuitur et a Poeta apud Plut. Non posse sec. Epicur. c. 21.

καί τε γέρων καὶ γρηῦς ἐπὴν χρυσέης Ἀφροδίτης
μνήσωνται καὶ τοῖσιν ἐπηέρθη φίλον ἦτορ.

Mnasalcas c. 125.

Ἤδη τῇδε μένω πολέμου δίχα, καλὸν ἄνακτος
στέρνον ἐμῷ νώτῳ πολλάκι ῥυσαμένα,
καίπερ τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ
μυρία καὶ δολιχὰς δεξαμένα κάμακας·
οὐδέποτε Κλείτοιο λιπεῖν περιμάκεα πᾶχυν
φαμὶ κατὰ βλοσυρὸν φλοῖσβον Ἐνυαλίου.

Vs. 1 praeter necessitatem Hermannus Opusc. I. p. 93. coniecit *κάμνον* pro *καλόν*, quod parum decorum fortis pectoris epitheton sit. Mihi potius *κάμνον στέρνον* a forti

viro alienum videtur, neque mirum clypeum laudare a pulcritudine domini pectus. Codicis lectionem Meinekius p. 91. tutatus est Homerico πάρος χρόα καλὸν ἰκέσθαι. Quibus alia addi possent. Praeterea asyndeton tollendum est scripto vs. 3. ἅπερ pro καίπερ.

Incertus c. 145.

Βωμοὺς τούςδε θεοῖς Σοφοκλῆς ἱδρύσατο πρῶτος,
ὃς πλεῖστον Μούσης εἶδε κλέος τραγικῆς.

Vs. 2 scribendum εἷλε, non εἶχε quod Brunckius reposuit, ut App. Ep. 271. 1. κλέος εἷλον ἀοίδιμον. Non dissimilis inscriptio apud Athen. XIII, 609 D. συνέβη δὲ, ὥς φησι Κλείδημος ἐν ὀγδόῳ Νόστων, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται· App. Ep. 302.

Ποικιλομήχαν' Ἔρως σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν
Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Ubi scribendum: σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο πρῶτος, ex Pausania I, 30. 1. πρὸ δὲ τῆς ἐςόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος, ἔχων ἐπίγραμμα ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη.

Tymnes c. 151.

Μίκκος ὁ Πελλαναῖος Ἐνυαλίου βαρὺν αὐλὸν
τόνδ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος,
Τυρσανὸν μελέδαμα, δι' οὗ ποκα πόλλ' ἐβόασεν
ὠνὴρ εἰράνας σύμβολα καὶ πολέμου.

Ad substantivum μελέδαμα vs. 3 annotavit Iacobsius: » μελέδαμα Pal. Brunckius, qui in Lectionibus μελέταμα Salmasii coniecturam commendat; μελέδαμα, *cura*, et ex poetarum usu id quod quis curat et exercet. Hinc tuba qua Tyrrheni utuntur μελέδαμα Τυρρηνόν, i. e. Τυρρηνῶν recte vocari potuit.'' Equidem scribendum arbitror:

Τυρσανὸν κελάδημα κτέ.

Ita Crinagoras VI, c. 350.

Τυρσηνῆς κελάδημα διαπρύσιον σάλπιγγος.

Et ipsa tuba vocabulo, quo sonitus dicendus erat, dicta, ut tympanum ipsum *λαλάγημα* dicitur a Dioscoride A. P. VI, 220. 15. Phalaeco c. 163. 3.

καὶ κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων,

et vs. 5. Incert. VI, 51. 4. *ἄνθετο βαρυφθόγγων ἀλαλητὸν αὐλῶν.*

Meleager c. 163.

Τίς τάδε μοι θνητῶν περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψεν
σκῦλα, πανaισχίστην τέρψιν Ἐνυαλίου;
οὔτε γὰρ αἰγανέαι περιαγέες, οὔτε τι πήληξ
ἄλλοφος οὔτε φόνῳ χρανθὲν ἄρηρε σάκος·
ἀλλ' αὔτως γανόωντα καὶ ἀστυφέλικτα σιδάρῳ
οἷάπερ οὐκ ἐνοπᾶς ἀλλὰ χορῶν ἔναρα·
οἷς θάλαμον κοσμεῖτε γαμήλιον, ὅπλα δὲ λύθρῳ
λειβόμενα βροτέῳ σηκὸς Ἄρηος ἔχοι.

Versum primum cui pes deest variis modis sarcire conati sunt eruditi. Vix mihi dubitandum videtur quin poeta primum distichon ita scripserit:

Τίς τάδε μοι θνητὰ περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψεν
σκῦλα πανaισχίστην τέρψιν Ἐνυαλίου;

Spolia enim dicuntur *θνητά*, nullo sanguine illita, ut mox *γανόωντα*, quae Marti pudori sunt, ut Leonidas quoque Tarentinus in epigrammate eiusdem argumenti A. P. IX, 322.

Οὐκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα· τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας
Ἄρηος ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα; . . . . .
αἰδοῖ πάντα πρόσωπ' ἐρυθαίνομαι, ἐκ δὲ μετώπου
ἱδρὼς πιδύων στῆθος ἐπισταλάει.

in quo loco ex Cobeti sententia scriptum oportet:

αἰδοῖ πᾶν τὸ πρόσωπον ἐρεύθομαι,

quod vere animadversum puto.

Paulus Silentiarius c. 168.

Βοτρυΐων ἀκάμαντα φυτῶν λωβήτορα κάπρον,
τὸν θρασὺν ὑψικόμων ἐνναέταν δονάκων,
πολλάκις ἐξερύσαντα θοῶν ἀκμαῖσιν ὀδόντων
δένδρεα καὶ νομίους τρεψάμενον σκύλακας,
ἀντήσας ποταμοῖο πέλας πεφρικότα χαίτας
ἄρτι καὶ ἐξ ὕλας πάγχυ λιπόντα βάθος,
χαλκῷ Ξεινόφιλος κατενήρατο καὶ παρὰ φηγῷ
θηρὸς ἀθωπεύτου Πανὶ καθῆψε δέρας.

Versu septimo corrigendum περὶ φηγόν, cl. Leonida VI, 298. 5.

ταῦτα καταφθιμένοιο μυρικίνεον περὶ θάμνον
σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος Λιμὸς ἀνεκρέμασεν.

Praedae a venatoribus captae primitias clavo ad aliquam arborem suspendere solebant, cuius moris plura testimonia in hoc Anthologiae libro comparent inscriptiones et effigies aeri incisa apud Spanhemium ad Call. Dian. 105.

Rhianus c. 173.

Ἀχρυλὶς ἡ Φρυγίη θαλαμηπόλος, ἡ περὶ πεύκας
πολλάκι τοὺς ἱεροὺς ῥιψαμένη πλοκάμους,
γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δοῦσα
τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἦχον ἀπὸ στομάτων,
τάςδε θεῇ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὀρείᾳ
θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ' ἀνέπαυσε πόδα.

Ad primum distichon cf. Thyill. A. P. VII, 223. 1.

ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκας
καὶ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥῖψαι ἐπισταμένη,

ubi corrigendum: τῇ Κυβέλῃ, de quo dativo Paus. II, 7. 5. Διονύσῳ μαίνεσθαι, II, 11. 6. κόμαι — αἳ κείρονται τῇ θεῷ. Bernhardy Synt. p. 86. Ex Latinis plurima conduxit Peerlkamp. Virg. Aen. t. II. p. 34. inter quae Iu-

ven. Sat. VI, 314. »ululantque Priapo.'' Ad eandem normam in Rhiani epigrammatis vs. 3 corrigo *Κυβέλῃ* quod iungendum cum verbis *δοῦσα ἦχον*, ut Call. fr. 310. *θεῷ τ' ἀλάλαγμα νομαῖον δοῦναι.* Huic dativus appositus *γαλλαίῳ ὀλολύγματι*, quod in vulgata iungendum cum verbis *δοῦναι βαρὺν ἦχον* idoneo sensu caret. Vs. 2 corrigendum *περὶ πεύκας — τὰς ἱεράς*; faces enim Cybelae sacrae, Nonn. Dion. XVI, 13 sq. Ad versum sextum confer Dioscorid. A. P. VII, 37. 6.

εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ' ἀνέπαυσα πόδα.

Zosimus c. 183.

Σοὶ τάδε, Πὰν θηρευτὰ, ἀνηρτήσαντο σύναιμοι
δίκτυα τριχθαδίης δῶρα κυναγεσίης·
Πίγρης μὲν πτανῶν, Κλείτωρ ἀλὸς, ὃς δ' ἀπὸ χέρσου
Δᾶμις τετραπόδων ἀγκύλος ἰχνελάτης·
ἀλλὰ σὺ κὴν δρυμοῖσι καὶ εἰν ἁλὶ καὶ διὰ μέσσης
ἠέρος εὔαγρον τοῖςδε δίδου κάματον.

Vocativi *θηρευτά* ultima brevis est; hiatus igitur tollendus est scripto *θηρευταί*, cl. c. 184. 1.

τρισσὰ τάδε τρισσοὶ θηραγρέται, ἄλλος ἀπ' ἄλλης
τέχνης πρὸς νηῷ Πανὸς ἔθεντο λίνα.

c. 13. 1. 14. 1. 16. 1. In eiusdem argumenti carmine Alexandri, quem cave Aetolum putes, VI, 182. 4 Pan dicitur:

ἱδρίτα καὶ γαίης, ἱδρίτα καὶ πελάγευς.

pro quo scribendum videtur:

ἴδρι τὰ καὶ γαίης ἴδρι τὰ καὶ πελάγευς,

traiecta particula *καί*, nam scriptum oportebat: *καὶ τὰ γῆς καὶ τὰ πελάγευς.* Lobeckius *ἀγρότα* coniecit Pathol. p. 381.

Leonidas Tarentinus c. 188.

Ὁ Κρὴς Θηρίμαχος τὰ λαγωβόλα Πανὶ Λυκαίῳ

ταῦτα πρὸς Ἀρκαδικοῖς ἐκρέμασεν σκοπέλοις·
ἀλλὰ σὺ Θηριμάχῳ δώρων χάριν, ἀγρότα δαῖμον,
χεῖρα κατιθύνοις τοξότιν ἐν πολέμῳ,
ἔν τε συναγκείαισι παρίστασο δεξιτερῆσι
πρῶτα διδοὺς ἄγρης δῶρα καὶ ἀντιπάλων.

Vs. 5 codex in verborum contextu: ἐν ταῖς ἀγκείαισι, in margine ἔν τε ἀναγκαίῃσι, unde Planudes scripsit: ἔν τε συναγκείαισι. Scribi possit etiam: ἔν τ' εὐαγκείῃσι, ut Call. Cer. 82. Ἐρυσίχθονα δ' ἤλασε κάπρος Πίνδω ἀν' εὐάγκειαν. In fine versus Brunckius δεξιτερῇ σῇ, Iacobsius et Meinekius δεξιτερῆφι. Sed unice verum:

παρίστασο δεξιτερῇ οἱ.

ut in Antipatri Ep. VI, 115. 7.

σᾶς τοι ὅδ' ἐκ ῥίζας ἀναδέδρομεν· οὔτι ἀεικές
πατρῷα ζαλοῦν ἔργα βοοκτασίας,

corrigendum: οὔ οἱ ἀεικές, cl. Hom. Il. XV, 496. οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν. Vs. 6 codex κατ' ἀντιπάλων quod Iacobsius correxit. Eidem summo iure corruptum visum δῶρα, cui πρῶτα substituit, ὦνα vero Meinekius. His praestare videretur σκῦλα.

Laco sive Philippus c. 203.

Ἡ γρηῢς ἡ χερνῆτις ἡ γυιὴ πόδας
πύστιν κατ' ἐσθλὴν ὕδατος παιωνίου
ἦλθέν ποθ', ἑρπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ
τό μιν διεσκήριπτε τὴν τετρωμένην·
οἶκτος δὲ Νύμφας εἷλεν αἵτ' ἐρινόμου
Αἴτνης παρωρείῃσι Συμαίθου πατρὸς
ἔχουσι δινηέντος ὑγρὸν οἰκίον·
καὶ τῆς μὲν ἀμφίχωλον ἀρτεμὲς σκέλος
θερμὴ διεστήριξεν Αἰτναίη λιβάς,
Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον· αἱ δ' ἐπῄνεσαν
πέμπειν μιν ἀστήρικτον, ἡσθεῖσαι δόσει.

Hos versus inscriptionem habeo incisam tabulae votivae donario ex voto dedicato additae. Ita in aquis Pyrmontanis olim ad fontem cuius vaporibus sulfureis sanabantur aegroti et claudi et paralytici appendebantur baculi, quibus adminiculis usi erant antequam aquarum ope sanati fuerant. Hoc si verum, ineptum est adverbium *ποτέ* vs. 3, ubi scribendum *ποθερπύζουσα*. Vs. 5 metrico vitio mederi conati sunt Hemsterhusius et Toupius, quorum ille *ἐριβρόμου* coniecit, probante Schneidewino, hic *πυριπνόου*. Scribendum est: *αἵτ' ὀρείνομοι*, i. e. *ὀρεστιάδες*, ex Babriae Fab. 23. 3. Et ita altera coniectura Hemsterhusius. In fine sententiae tenor hiulcus. Versu enim nono aquae fontis calidi sanasse dicuntur pedes vetulae, quamobrem Nymphis baculum dono dedit, munus gratificata. Tum demum Nymphae dono delectatae quod sanata vetula dedicaverat eam sanasse dicuntur eique tribuisse ut sine baculi ope domum redire posset. Huic incommodo ut prospiciatur, scribendum existimo:

Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον, αἵτ' ἐπῄνεσαν
πέμπειν μιν ἀστήρικτον, ἡσθεῖσαις δόσει.

Simonides c. 212.

Εὔχεό τοι δώροισι Κύτων θεὸν ὧδε χαρῆναι
Λατοΐδαν ἀγορᾶς καλλιχόρου πρύτανιν,
ὥσπερ ὑπὸ ξείνων τε καὶ οἳ ναίουσι Κόρινθον
αἶνον ἔχεις χαρίτων δέσποτα τοῖς στεφάνοις.

Hanc inscriptionem a Simonide abiudicavit et recentissimi alicuius poetae esse cum Reiskio statuit Schneidewinus p. 227. propter usum vocis *δέσποτα* ab antiquo certe poeta alienum. Quod recte quidem animadversum, sed temerius hac una de causa hos versus Simonidi abiudicaveris. Et ultimam tantum quarti versus penthemimerin ab alia manu additam censet Iacobsius, qui in Addendis conie-

cturam expromsit Simonidem scripsisse: *αἶνον ἔχεις χαρίτων, αἶσι πάτραν στεφανοῖς.* Sed quid significent verba: *αἶνον ἔχεις χαρίτων* nemo facile dixerit. Schneidewinus haec interpretatus est: laudaris propter dona deo tributa, ut *ἐπαινεῖσθαι* genitivo iungitur, v. Meinek. Anal. Alex. p. 211. Sed donum deo tributum dicitur *χάρις*, non *χάριτες*, v. Asclepiad. VI, 308. 3. et ex Schneidewini coniectura V, 202. 5. unde *χαρίζεσθαι* App. Ep. 242. 2. 325. 3. Sed in his etiam res laeta memoratur ob quam deo gratificati sunt donatores, quod hic quoque faciendum fuisse puto, si vera esset Schneidewini interpretatio. Quapropter genitivus *χαρίτων* seiungendus a verbis *αἶνον ἔχεις*, collatis App. Ep. c. 210. 8. *ὄφρ' ἂν ἐς αἰῶ Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶναν ἔχῃ*, et Theocr. A. P. VI, 388. 3. *σοφίᾳ δ' ἐπὶ τᾷδε αἶνον ἔχων*, et Simonidem scripsisse puto:

αἶνον ἔχεις, χαρίτων μεστοτάτοις στεφάνοις.

Similiter Lynceus apud Athen. VI, 242 C. *ὅ τι λαλήσειε καὶ διηγήσαιτο πᾶν ἐπαφροδισίας καὶ χάριτος ἦν μέστον*, et Aelian. V. H. XIII, 1. *χωρίον χαρίτων ἀνάμεστον.* Coronas autem summa arte et venustate confectas Apollini dedit dono artifex Cyto, ut auream coronam item Apollini tribuit Flamininus, Plut. Flamin. c. 12. Vs. 1 Schneidewinus recte cum Salmasio: *τοῖς δώροισι.*

Alcaeus c. 218.

Κειράμενος γονίμην τις ἀπὸ φλέβα Μητρὸς ἀγύρτης
ὕλης εὐδένδρου πρῶνας ἐβουνοβάτει·
τῷ δὲ λέων ἤντησε πελώριος ὡς ἐπὶ θοίνην
χάσμα φέρων χαλεπὸν πειναλέου φάρυγος·
δείσας δ' ὠμηστέω θηρὸς μόρον, ὡς αὔδαξαι
τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησε νάπης·
χὠ μὲν ἐνέκλεισεν φονίαν γένυν, ἐκ δὲ τενόντων
ἔνθους ῥομβητὴν ἐστροφάλιγξε φόβην·

κεῖνος δ' ἐκπροφυγὼν ὀλοὸν μόρον, εἵσατο Ῥείῃ
θῆρα, τὸν ὀρχησμῶν αὐτομαθῆ Κυβέλης.

Historiam eandem versibus enarrarunt Antipater, Dioscorides, Antistius et Simonides, qui iniuria fertur c. 217. In Alcaei epigrammatis vs. 2 Schneiderus Ἴδης probante Iacobsio et Meinekio. Equidem aliud quid hic oblitteratum puto et quidem montis nomen in Lydia vel Phrygia, propter Dioscoridis versum c. 220. 1. In tertio disticho corruptum esse versum maiorem perspexerunt omnes, sed iidem versum minorem

τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησε νάπης

intellexisse videntur, quo magis mihi diffido, qui haec intelligi posse negem. Nihili enim est πλαταγεῖν ἐκ νάπης. Quare Alcaeum scripsisse coniicio:

τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησ' ἐνόπης.

Sacra deae voce admonitus tympana pulsavit. Similiter et de eodem Gallo Dioscorides c. 220. 9.

ὃς τότ' ἄναυδος ἔμεινε δέους ὕπο καί τινος αὔρῃ
δαίμονος ἐς τὸν ἑὸν τύμπανον ἧκε χέρας,

ubi Brunckius masculinum iure non ferendum ratus τὸ ἑόν scripsit, Iacobsius τὸ κενόν. Sed propter Simonidis verba c. 217. 5.

αὐτὰρ ὁ πεπταμένῃ μέγα τύμπανον ὃ σχέθε χειρὶ
ἤραξεν καναχῇ δ' ἴαχεν ἄντρον ἅπαν,

ut recte Passovius scribendum monuit Script. Misc. p. 200. verbis πεπταμένῃ χειρί cum ἤραξεν iunctis, et Antipatri c. 219. 19. χειρὶ δ' ἀνασχόμενος μέγα τύμπανον, malim sane: ἐς τανα δὸν τύμπανον. Nec non Antistius idem Deae nutui tribuit c. 237. 5.

ἀλλὰ θεὰ Γάλλῳ μὲν ἐπὶ Φρενὸς ἧκεν ἀράξαι
τύμπανον ὠμηστὰν δ' ἔτραπε Φυζαλέον,

ubi scriptum malim: ἐπὶ Φρενί vel Φρεσὶ θῆκεν, Hom. Il.

I, 55. Od. XXI, 1. Ap. Rh. IV, 1199. Substantivum *ἐνοπή* non tantum de clamore pugnantium verum etiam de voce leniore dici patet ex Ap. Rh. I, 27. *πέτρας θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ*, et Oppian. Hal. IV, 125. *θηλυτέρης δ' ἐνοπῇσι παραπλαγχθέντες ἰωῆς*. In versu quinto apud Alcaeum Meinekius p. 159. pro *ὡς αὔδαξαι* voluit *ἐξαλαλάξας*. Equidem tentavi:

δεινὸν δ' ὠμηστέω θηρὸς μόρον εἰςαυγάξας
τύμπανον ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησ' ἐνοπῆς.

Ad genitivum confer Oppian. Hal. III, 116. *μίμνων μόρον ἀγρευτῆρος*, Eur. Or. 723. *θάνατον Ἀργείων*, v. Pflugkium ad Herc. Fur. 309. Participium *εἰςαυγάξας* est »mortem sibi imminentem videns." Nisi *δείσας* servato repositum malis:

δείσας δ' ὠμηστέω θηρὸς μόρον εἰςαυγάξαι,

collato Soph. El. 196. *τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν*, Q. Smyrn. XIII, 125. *πότμον ὁμῶς ὁρόωντες ὀνείρασιν*, Nonn. Paraphr. VIII, 160. *ἔδρακε πότμον ὁ τήλικος*, Maneth. IV, 198. *σκολοπηΐδα μοῖραν ὁρῶσιν*, Peerlkamp. ad Xenoph. Ephes. p. 162.

Dioscorides c. 220.

Σάρδις Πεσσινόεντος ἀπὸ Φρυγὸς ἤθελ' ἱκέσθαι
ἔκφρων μαινομένην δοὺς ἀνέμοισι τρίχα
ἁγνὸς Ἄτυς Κυβέλης θαλαμηπόλος· ἄγρια δ' αὐτοῦ
ἐψύχθη χαλεπῆς πνεύματα θευφορίης,
ἑσπέριον στείχοντος ἀνὰ κνέφας· εἰς δὲ καταντὲς
ἄντρον ἔδυ νεύσας βαιὸν ἄπωθεν ὁδοῦ. κτέ.

Adiectivum *μαινομένη* cum *κόμη* iunctum per se non vituperandum, ut *λυσσομανεῖς πλοκαμοί* legitur apud Antipatrum A. P. VI, 219. 2. et *λυσσάδα χαίτην* dixit Nonnus Dion. VII, 93. Sed parum recte dictum videtur *διδόναι ἀνέμοισι τρίχα*, quare elegantiam suam poetae restituendam censeo scripto:

ἔκφρων κυμαίνειν δοὺς ἀνέμοισι τρίχα.

Confer Himerium I. 4. τὰς λοιπὰς κόμας ἀφῆκε ταῖς αὔραις ὑποκυμαίνειν, Callistr. Ecphr. II. ἀνεῖτο δὲ ἡ κόμη Ζεφύρῳ σοβεῖν.

Leonidas c. 221.

Χειμερίην διὰ νύκτα χαλαζήεντά τε συρμὸν
 καὶ νιφετὸν φεύγων καὶ κρυόεντα πάγον
μουνολέων καὶ δὴ κεκακωμένος ἄθρόα γυῖα
 ἦλθε φιλοκρήμνων αὖλιν ἐς αἰγινόμων·
οἱ δ' οὐκ ἀμφ' αἰγῶν μεμελημένοι ἀλλὰ περὶ σφέων
 εἵατο σωτῆρα Ζῆν' ἐπικεκλόμενοι·
χεῖμα δὲ θὴρ μείνας θὴρ νύκτιος οὔτε τιν' ἀνδρῶν
 οὔτε βοτῶν βλάψας ᾤχετ' ἀπαυλόσυνος·
οἱ δὲ πάθης ἔργον τόδ' ἐΰγραφὲς ἀκρολοφῖται
 Ζανὶ παρ' εὐπρέμνῳ τᾷδ' ἀνέθεντο δρυΐ.

Vs. 7 Canterus coniecit δὲ δειμήνας, Iacobsius δὲ θερμήνας, quod Peerlkampius assensu suo comprobavit Bibl. Crit. Nov. t. IV. p. 56. Sed χεῖμα μείνας mihi a poetae manu esse videtur, eademque dictione usus est Q. Smyrn. VII, 137. ἀλλ' ἄρα χεῖμα μένουσιν ὑπὸ σκέπας, VIII, 379. ὡς δ' ὅτε μηλοβοτῆρες ἐνὶ σταθμοῖσι μένωσι Λαίλαπα κυανέην. In eodem versu ut alterum θήρ tolleretur, Brunckius διανύκτιος scripsit, Meinekius vero p. 136. χεῖμα δ' ἄφαρ coniecit. Quibus locum sanatum esse non puto neque quod ipse olim proposui:

χεῖμα δ' ἀθὴρ μείνας θὴρ νύκτιος κτέ.

ut leo dicatur ferae indolem plane exuisse, nunc in verborum contextum recipere ausim, quum vere obmoverit Otto Schneiderus in similibus quae plurima inveniuntur, ut Ἶρος ἄϊρος Hom. Od. XVIII, 73. τοῦτον δύςζωον κοὐ βίοτον βίοτον A. P. IX, 574. 2. ἄβιος βίος VII, 715. 3, substantivum et adiectivum numquam vocabulo medio in-

terposito seiungi, sed semper arcte iungi solere. Certiore emendatione nunc mihi sanasse visus sum ultimum distichon, ubi scribendum:

οἱ δὲ πάθης ἔργον τόδ' εὔγραφὲς ἀκρολοφίτᾳ
Πανὶ παρ' εὐπρέμνῳ τᾷδ' ἀνέθεντο δρυΐ.

cl. Anth. Plan. c. 256. 3. *οὐ γὰρ ὀρειοχαρὴς ὡρμᾶς οὐδ' ἀκρολοφίτας.* In tempore video id iam I. G. Schneiderum occupasse.

Crinagoras c. 229.

Αἰετοῦ ἀγκυλοχείλου ἀκρόπτερον, ὀξὺ σιδήρῳ
γλυφθὲν, καὶ βαπτῇ πορφύρεον κυάνῳ
ἤν τι λάθῃ μίμνον μεταδόρπιον ἐγγὺς ὀδόντων
κινῆσαι πρηεῖ κέντρῳ ἐπιστάμενον,
βαιὸν ἀπ' οὐκ ὀλίγης πέμπει φρενὸς, οἷα δεδαπὸς
δῶρον ὄπασσ' ἐπὶ σοὶ Λεύκιε Κριναγόρης.

Vs. 1 codex *ἀγκυλόχειλος* quod emendavit Salmasius. Vs. 3 ineptissimum est *ἐγγὺς ὀδόντων*, quod mutandum in *ἐντὸς ὀδόντων.* Distichon tertium corruptum esse neminem latuit, nam ultima versus maioris verba neque Graeca sunt nec intelligi possunt. Pro *δεδαπός* recte Salmasius reposuisse videtur *οἷα δὲ δαιτός*, in caeteris si liberius aliquid audere licet, equidem libenter restituerem:

βαιὸν ἀπ' οὐκ ὀλίγης πέμπει φρενὸς οἷά τε δαιτὸς
δῶρον ἐπεισόδιον Λεύκιε Κριναγόρης.

Dentiscalpium recte dicitur instrumentum necessario coenae addendum: confer Crinagor. VI, 232. 6. *ὄγχναι δαψιλῇ οἰνοπόταις γαστρὸς ἐπεισόδια*, Rufin. V, 19. 4. *φύκους ἄνθος ἐπεισόδιον*, et ad verba *ἀπ' οὐκ ὀλίγης φρενός* Crinagoram c. 227. 5. *ὀλίγην δόσιν ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ πλείονος.*

Quintus Maecius c. 230.

Ἀριτα Φοίβῳ Βιθυνίδος ὃς τόδε χώρης

κράσπεδον αἰγιαλοῖς γειτονέουσιν ἔχει,
Δᾶμις ὁ κυρτευτὴς ψάμμῳ κέρας αἰὲν ἐρείδων
Φρουρητὸν κήρυκ' αὐτοφυεῖ σκόλοπι
θῆκε γέρας, λιτὸν μὲν, ἐπ' εὐσεβίῃ δ' ὁ γεραιὸς,
εὐχόμενος νούσων ἐκτὸς ἰδεῖν 'Αΐδην.

Vs. 1 varia tentarunt critici, ἀκτίτᾳ, 'Ακρίτᾳ et ἀκταίῳ; nemo vero rationem habuit eorum quae ex Artemidori libris de Geographia excerpsit Stephanus Byzantius v. Χαλκίτης, et ex Menippi Periplo Bithyniae in v. Χαλκηδών· ἀπὸ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου καὶ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου ἀριστερὰν ἔχοντι τὴν ἤπειρον καὶ ἐπιπλέοντι εἰς Χαλκηδόνα τὴν πόλιν εἰσὶ στάδια ἑκατὸν εἴκοσι, ἀπὸ δὲ ταύτης ἕως τοῦ 'Ακρίτου ξ. Hinc constat promontorium cuius nomen 'Ακρίτας in litore Ponti Euxini fuisse, eiusque mentionem in hoc Maecii epigrammate instaurandam esse nullum dubium. Nam Apollinem dictum fuisse 'Ακρίταν, qui in promontorio Acrita colebatur, minime probabile. Corrigendum igitur:

'Ακρίταν Φοίβῳ Βιθυνίδος ὃς τόδε χώρης
κράσπεδον αἰγιαλὸν γειτονέοντά τ' ἔχει.

Nam etiam verba αἰγιαλοῖς γειτονέουσιν corrupta sunt quum iungenda sint κράσπεδον χώρης Βιθυνίδος, ut VII, 78. 6. πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ, IX, 419. 2. Eur. Thes. fr. VIII. σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας. Soph. fr. 536. Dativus igitur explicari nequit, etiamsi cum Iacobsio impeditiorem hunc esse verborum ordinem statuas: ὃς ἔχει τόδε κράσπεδον αἰγιαλοῖς γειτονέουσι χώρης Βιθυνίδος. Scripsi igitur: αἰγιαλὸν γειτονέοντά τ' ἔχει.

Crinagoras c. 232.

Βότρυες οἰνοπέπαντοι ἐϋσχίστοιό τε ῥοιῆς
θρύμματα καὶ ξανθοὶ μύελοι ἐκ στροβίλων,
καὶ δειλαὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι ἥ τε μελισσῶν
ἀμβροσίη πυκναί τ' ἰτρινέαι ποπάδες,

καὶ πότιμοι γέλγιθες ἰδ' ὑ ε λ α κ υ κ ά δ ε ς ὄγχναι
δαψιλῆ οἰνοπόταις γαστρὸς ἐπεισόδια·
Πανὶ Φ ι λ ο σ κ ή π ω ν ι καὶ εὐστόρθυγγι Πριήπῳ
ἀντίθεται λιτὴν δαῖτα Φιλοξενίδης,

Vs. 3 mirum eruditos dissensisse de sensu verborum *δειλαὶ δάκνεσθαι*, quum amygdalae intelligantur fractu faciles et mollioribus putaminibus munitae. Epitheton pirorum *ὑελακυκάδες* quod nemo intelligit, Brunckius mutavit in *ὑαλοχρώδεες*, quod ad sententiam aptissimum sed alio permutandum est quod leniore mutatione restitui:

ὑελοκικκάδες ὄγχναι.

Pira dicuntur ciccis vitreis esse et vitro splendidiora. De nomine *κίκκος* dixit Lobeckius Pathol. p. 254. Idem reddendum videtur Callimacho Lav. Pall. 28.

ὦ κῶραι, τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε πρώϊον οἵαν
ἢ ῥόδον ἢ σίδας κ ό κ κ ο ς ἔχει χροΐαν·

Granuli enim mali punici nullus est color ruber, sed cicci. Scribendum igitur: *κίκκος*. Igitur neque in Crinagorae loco a granulis epitheton piris addi potest, nam *οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθαι τὰ ἐπίθετα*, Schol. Hom. Il. XXI, 252. Quod moneo ne quis *ὑελοκοκκάδες* praeferendum putet propter vocabulum *κίκκος* tenuiore auctoritate firmatum. Epitheton Priapi *εὐστόρθυγξ* de cornibus Dei interpretandum, non de membro quod fecit Brunckius. Sed mirum Panem dici *Φιλοσκήπωνα* de quo Iacobsius: » notandus Pan baculo instructus. Intellige pedum, instrumentum pastorum." Coniicio: *Φιλοπρηῶνι* vel *Φιλοσπήλυγγι*, ut dicitur Pan A. P. XI, 490. *σκοπιήτης* VI, 16. 1. *Πὰν λοφιῆτα* 79. 1. *κρημνοβάτας* IX. c. 142. *Πανὶ Φιλοσκοπέλῳ* Nonn. Dion. VI, 275.

Erycius c. 234.

Γάλλος ὁ χαιτάεις, ὁ νεήτομος, ὠπὸ Τ υ μ ώ λ ο υ

Λύδιος ὀρχηστὰς μάκρ' ὀλολυζόμενος,
τᾷ παρὰ Σαγγαρίῳ τάδε ματέρι τύμπανα ταῦτα
θήκατο καὶ μάστιν τὰν πολυαστράγαλον,
ταῦτά τ' ὀρειχάλκου λάλα κύμβαλα καὶ μυρόεντα
βόστρυχον, ἐκ λύσσας ἄρτ' ἀναπαυσάμενος.

Vs 1. recte Holstenius et Meinekius ἀπὸ Τυμώλου, quae forma non poetica est, ut perhibet Steph. Byz. in v. sed accolarum et indigenarum ut patet ex C. Inscr. c. 3451. Ad vs. 3 confer VI, 220. 14. et Schol. Ap. Rh. II, 722. πλησίον δὲ τοῦ Σαγγαρίου ὀρείας Δημητρὸς ἱερόν ἐστιν, ὥς φησι Ξάνθος, ubi corrigendum Ῥέας Μητρός. Ibidem Bothius et Hermannus ταῦτα, quod ὧδε, τῇδε vel ἐνθάδε dicendum fuisset. Equidem tympanorum epitheton requiri puto; quo hoc nomen unum destitutum fuisse minus probabile. In vs. 6 elisam ultimam in ἄρτι ferri non posse recte monuit Meinekius p. 207. Et codex: ἄρτι ἀναπαυσάμενος. Meinekius: ἄρτια παυσάμενος. Tentavi equidem: γήραϊ παυσάμενος, cl. c. 51. 10.

ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα
γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγριοσύνης.

Adiectivum enim νεήτομος significat »qui iuvenis castratus est."

Apollonides c. 238.

Εὔφρων οὐ πεδίου πολυαύλακος εἴμ' ὁ γεραιὸς
οὐδὲ πολυγλεύκου γειομόρος βότρυος,
ἀλλ' ἀρότρῳ βραχύβωλον ἐπικνίζοντι χαράσσω
χέρσον καὶ βαιοῦ πίδακα ῥαγὸς ἔχω·
εἰμὶ δ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις· εἰ δὲ διδοίης
πλείονα καὶ πολλῶν δαῖμον ἀπαρξόμεθα.

Versu quinto vacillat metrum, quod vitium Iacobsius tolli voluit scripto: οὔ μὲν ἴδ' ἐξ ὀλίγων, Geelius maluit ἥ μου δ' ἐξ ὀλίγων, Meinekius p. 198. ἦ μὴν probante Schnei-

dewino Nunc. Litt. Gött. 1844. p. 1815. qui insuper propter dei nomen omissum *δαῖμον* mutavit in *Δηοῖ*. Mihi omnium aptissimum videtur:

εἴη δ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις,

cl. Argentar. VI, 248. 7.

εἴης ἐκ Μάρκου γέρας ἀγλαόν, ὅς σε Φίλοινε
ᾔνεσεν ἀρχαίην σύμπλανον ἀνθέμενος.

Ex quo Marci Argentarii carmine, et duobus aliis IX, 229. 246. conieci eidem poetae tribuendum esse epigramma, quod *ἄδηλον* legitur, A. P. V, 135.

Diodorus c. 243.

Ἥ τε Σάμου μεδέουσα καὶ ἣ λάχες Ἴμβρασον Ἥρη,
δέξο γενεθλιδίους πότνα θυηπολίας,
μόσχων ἱερὰ ταῦτα, τά σοι πολὺ φίλτατα πάντων
ἴσμεν ὅσοι μακάρων θεσμὸν ἐπιστάμεθα·
εὔχετ' ἐπισπένδων τάδε Μάξιμος· ἣ δ' ἐπένευσεν
ἔμπεδα Μοιράων δ' οὐκ ἐμέγηρε λίνα.

Non recte Iacobsius statuit Maximum natales celebrantem Iunoni sacra cum precibus facere. Nam sacra *γενεθλίδια* sunt quibus a Diis faciles mulieris labores et felicem partum precantur. Iuno grata his sacris gravisa ipsum illud quod Maximo in votis erat, annuit. Iuno enim Ilithyiarum mater. Versu quarto recte Iacobsius verba *μακάρων θ. ἐ.* interpretatus est »qui res sacras, sacrorum ritus intelligimus;" unde probabile esse Maximum Iunonis sacerdotem fuisse. Confer Athen. XIV, 659. F. *ἐμφαίνει δ' αὐτῶν τὴν ἐμπειρίαν καὶ ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον Ὀλυμπιάδος ἐπιστολή· προτρεπομένη μάγειρον αὐτῷ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον ἡ μήτηρ φησί· Πελίγναν τὸν μάγειρον λαβὲ παρὰ τῆς μητρός· οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα πάντα ὃν τρόπον θύεται καὶ τὰ ὀργιαστικὰ καὶ τὰ Βακχικά, ὅσα τε Ὀλυμπιὰς προθύεται, οὗτος οἶδε.* Ubi pro *πρίασθαι* fortas-

se corrigendum *παρίστασθαι.* Sed in eodem Diodori versu male in textum recepta est Planudae coniectura *ἴσμεν ὅσοι.* Codex: *εἴη ὅσοι*, unde scribendum puto:

δέξο Μόσχων ἱερὰ ταῦτα, τά σοι πολὺ φίλτατα πάντων,
εἰ ὅσιοι μακάρων θεσμὸν ἐπιστάμεθα.

Et ita fortasse rectius versum minorem interpreteris: si pii ius et fas colimus, quod ad *δέξο* referendum sit. Ad verba *μακάρων θεσμόν* confer interpretes ad Soph. O. T. 865.

ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται
ὑψίποδες, οὐρανίαν
δι' αἰθέρα τεκνωθέντες ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει·
μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει.

Antiphilus c. 250.

Λιτὸς ἐγὼ τὰ τύχης, ὦ δέσποτι· φημὶ δὲ πολλῶν
ὄλβον ὑπερκύπτειν τὸν σὸν ἀπὸ κραδίης·
ἀλλὰ δέχευ μνιαροῖο βαθυρρήνοιο τάπητος
ἔνδυτον, εὐανθεῖ πορφύρῃ εἰδόμενον,
εἴριά τε ῥοδόεντα καὶ ἐς κυανότριχα χαίτην
νάρδον ὑπὸ γλαύκης κλειομένην ὑάλου,
ὄφρα χιτὼν μὲν χρῶτα περισκέπῃ, ἔργα δ' ἐλέγχῃ
χεῖρας, ὁ δ' εὐώδης ἀτμὸς ἔχῃ πλοκάμους.

Vs. 1 recte Toupius *πολλόν* correxit, quod cum *ὄλβον* iungendum. Pro *τὸν σόν* Iacobsius cum Reiskio scripsit *ὅσσον ἀπὸ κραδίης.* Sed nulla mutatione opus esse videtur, si *τὸν σόν* ad poetam referatur, ***tuum, tibi deditum***, qui hoc pro *ἐμέ* posuit eadem constructione qua Hesiod. Op. 656. *ἔνθα μέ φημι ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.* Inc. A. P. XIII, 16. 3. *μόναν δ' ἐμὲ φαμι γυναικῶν Ἑλλάδος ἐκ πάσας τόνδε λαβεῖν στέφανον.* Vs. 3

βαθυρρήνοιο ex Suida repositum est pro membranarum lectione βαθυρραίνοιο. Antiphilum mulieri nobili hanc tunicam dono dedisse patet ex vs. 7. ὄφρα χιτὼν μὲν χρῶτα περισκέπῃ; eam tamen licet villosissimam dici posse τάπητος ἐνδυτὸν Iacobsius nemini puto persuadebit. Commate sublato verba ita iungenda sunt: ἐνδυτὸν εἰδόμενον πορφύρῃ εὐανθεῖ τάπητος μνιαροῖο » vestis par tapetibus densis villosis;" τάπητες πορφύρεοι Hom. Il. IX, 200. Bacchylid. fr. 28. Tapetes μνιαροί et βαθύρρηνοι explicantur *villosi* et *pelle densa* instructi, sed ῥήν de pelle dici nequit, quam in rem nemo utetur versu A. P. IX, 524. 18. ubi Bacchum epitheto ῥηνοφορεύς Poeta ornat:

ῥηξίνοον, ῥαδινὸν, ῥικνώδεα, ῥηνοφορῆα

Quum enim Bacchus pelle hinnuli indutus sit vel tigridis, scribendum est ῥινοφορῆα, itemque Antiphilo reddendum puto βαθυρρίνοιο. Alterum adiectivum μνιαροῖο restituendum suspicor Antiphilo infra c. 252. 2.

μῆλον ἐγὼ στρούθειον ἀπὸ προτέρης ἔτι ποίης
ὥριον ἐν νεαρῷ χρωτὶ φυλασσόμενον.

Ita editur ex coniectura recentioris alicuius hominis qui in codice Palatino literam ε adscripsit vocabulo νιαρῷ, in quo Iacobsius φιαρῷ latere suspicatus est. Corrigendum est μνιαρῷ.

Erycius c. 255.

Τοῦτο Σάων τὸ δίπαχυ κόλον κέρας ὡμβρακιώτας
βουμολγὸς ταύρου κλάσσεν ἀτιμαγέλου,
ὁππότε μιν κνήμους τε κατὰ λασίους τε χαράδρας
ἐξ ὀρέων ποταμοῦ φράσσατ' ἐπ' ἀϊόνι
ψυχόμενον χηλάς τε καὶ ἰξύας· αὐτὰρ ὁ βούτεω
ἀντίος ἐκ πλαγίων ἵεθ'· ὁ δὲ ῥοπάλῳ
γυρὸν ἀπεκράνιξε βοὸς κέρας· ἐκ δέ μιν αὐτᾶς.
ἀχράδος εὐμύκῳ πᾶξε παρὰ κλισίᾳ.

Versu quarto quod legitur ἐξ ὀρέων nemini offensioni fuisse iam olim miratus sum, quum ea verba neque cum χαράδρας neque cum ποταμοῦ iungere liceat. Sed quod coniectura certa et a Schneidewino probata restitui:

ὁππότε μιν κνήμους τε κατὰ λασίους τε χαράδρας
. . . . . ἐξερέων ποταμοῦ Φράσσατ' ἐπ' ἀϊόνι,

male interpretatus sum ex Hom. Od. IV, 337. ὁπότ' ἐν ξυλόχῳ — κνήμους ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα βοσκομένη, quum μίν referendum sit ad ἐξερέων, ut in Ap. Rh. II, 695. οἱ δ' ἀνὰ νῆσον ἐδίνεον ἐξερέοντες εἴ κέ τιν' ἢ κεμάδων ἢ ἀγροτέρων ἐςίδοιεν αἰγῶν, οἷά τε πολλὰ βαθείῃ βόσκεται ὕλῃ. Pro αὐτᾶς male Reiskius αὔας, quum arbori virenti spolia affigerentur.

Antipater c. 256.

Ταύρου βαθὺν τένοντα καὶ σιδαρέους
Ἄτλαντος ὤμους καὶ κόμαν Ἡρακλέους
σεμνάν θ' ὑπήναν καὶ λέοντος ὄμματα
Μιλησίου γίγαντος οὐδ' Ὀλύμπιος
Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν ἄνδρας ἡνίκα
. . . πυγμὰν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια.

Pro βαθὺν τένοντα scribo βαρὺν τένοντα, ut Theocr. XXV, 145. κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης κλάσσε βαρύν περ ἐόντα. Etiam in Philippi versu A. P. IX, 299. 1.

ταῦροι πρηϋτένοντες ἀροτρευτῆρες ἀρούρης
εἰν ἁλὶ τοῖς γαίης ἀντέχομεν καμάτοις,

corrigendum videtur τρηχυτένοντες, ut μυιῶνες dicuntur τρηχαλέοι Christodoro Ecphr. vs. 237.

Leonidas c. 262.

Τὸν νομίην καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας
σινόμενον κλαγγήν τ' οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν
Εὐάλκης ὁ Κρὴς ἐπινύκτια μῆλα νομεύων
πέφνε καὶ ἐκ ταύτης ἐκρέμασεν πίτυος.

Codicis lectionem *τὸν νομίην* Iacobsius mutari iussit in *τόνδε νομήν*, postea pronior factus est in Salmasii sententiam, cui *τὸν μόνιον* placuit. Quod sine ferae nomine addito dici nequit. Eandem ob causam Meinekius p. 113. Iacobsii coniecturam praetulit, paululum immutatam in *τόν τε νομήν*, ut lupus armentis et in pascuis et in stabulis insidiatus esse dicatur. Malim:

τὸν ποίμνην καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας
σινόμενον.

Est enim *ποίμνη ovium grex*, ut in Eur. Cresph. fr. II. *κατάρρυτόν τε μυρίοισι νάμασι καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην.* Adiectivum *ἐπινύκτια* non cum *μῆλα* iungendum, sed pro adverbio temporis est, ut *μεσαμβρινὰ* Asclepiad. A. P. IX, 641. In fine mutilum haud dubie est epigramma.

Leonidas c. 263.

Πυρσῶ τοῦτο λέοντος ἀπεφλοιώσατο δέρμα
Σῶσος ὁ βουπάμων δουρὶ φονευσάμενος,
ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον
οὐδ' ἵκετ' ἐκ μάνδρας αὖτις ἐπὶ ξύλοχον·
μοσχείω δ' ἀπέτισεν ὁ θὴρ ἀνθ' αἵματος αἷμα
βληθείς, ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν.

Recte Meinekius p. 122. ex codice restituendas esse monuit formas Doricas *μοσχείω* et *πυρσῶ*. Idem ex codicis lectione *ἀπ' ωφλοιώσατο* mallet: *ἀπ' ὧν φλοιώσατο.* Mihi rectius videtur: *ἀπεφλοίωσε τὸ δέρμα*, ut Nonnus Dion. XIV, 379. *ὀνύχεσσι χαρασσομένης ἀπὸ δειρῆς ταυρείην ἀτόρητον ἀπεφλοίωσε καλύπτρην.* Versu sexto scribendum:

ἀλγεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν.

Ad *εἶδε* confer VI, 258. 4. *λιπαρὰν εἶδε γεωμορίαν.* VII. c. 517. 4. *δίδυμον δ' οἶκος ἐςεῖδε κακόν.* 471. 3. *ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν.* 272. 2. *ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν*

ἀπολλυμένην. 559. 1. εἶδεν Ἀκεστορίη τρία πένθεα. Poeta Parthen. c. 21. p. 21. 19. Pass. ἔνθ' ἥ γ' αἰνότατον γάμον εἴςιδε Πηλείδαο. A. P. VII, 743. 2.

Diotimus c. 267.

Φωσφόρος, ὦ σώτειρ', ἐπὶ Πολλάδος ἕσταθι κλήρων
Ἄρτεμι καὶ χαρίεν φῶς ἐὸν ἀνδρὶ δίδου
αὐτῷ καὶ γενεῇ τὸ πόρ' εὐμαρές· οὐ γὰρ ἀφαυρῶς
ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης·
ἄλσος δ' Ἄρτεμι τοῦτο καὶ ἂν Χαρίτεσσι θεούσαις
εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων σάμβαλα κοῦφα βαλεῖν.

Vs. 1 nomen viri in Πόλλιδος mutavit Reiskius, cui multum posthabenda est Meinekii suspicio ἐπ' Ἀπολλάδος. Vs. 3 pro τὸ πόρ' εὐμαρές idem p. 143. scripsit τόπερ εὐμαρές vel τὸ γὰρ εὐμαρές, in quibus pronomen σοί non abesse potest, quo addito Iacobsius τό σοι εὐμαρές scribendum esse coniecit. Poeta mihi scripsisse videtur:

καὶ χαρίεν φῶς ἐὸν ἀνδρὶ δίδου
αὐτῷ καὶ γενεῇ τὸ πόρ' Εὐμάρει.

Quod nomen penultima producta est in Theocr. V, 10. 73. 119. ubi Εὐμαρίδας restituendum, quod nomen C. I. 1565. ut Εὐμάριχος ib. c. 1196. 1534. 5. Penultima correpta legitur apud Asclepiad. A. P. VII. 284. 3. ἦν δὲ τὸν Εὐμάρεω καθέλῃς τάφον. Rogat igitur Poeta Deam ut propitia sit Pollidi domino agrorum eiusque filio Eumari. Substantivum γενεή de filio iterum legitur Ep. A. P. IX, 391. 2. ubi Hercules dicitur Διὸς ἁ γενεά, v. Spitzner. Exc. IX. Hom. Il. p. x. Ultimum distichon sensu cassum est neque probabilia sunt, quae Iacobsius protulit. Vitium enim loci in θεούσαις est, quod monuit Meinek. p. 143. quum hoc verbum et ad sententiam superfluum sit et per se parum decore de Gratiis dicatur, quarum

incessus compositus est. Idem vir egregius reiecta quam proposuit coniectura *θεουδές* concedet mihi Poetam scripsisse:

ἄλσους δ' Ἄρτεμι τοῦδε καὶ ἂν Χαρίτεσσι θελούσαις
εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων σάμβαλα κοῦφα βαλεῖν.

In hoc luco lubenter Gratiae ipsae obambulare vellent. Olim tantum *θεούσαις* mutavi in *θελούσαις*, ut infinitivus *βαλεῖν* penderet; nunc etiam *ἄλσος τοῦτο* mutavi in *ἄλσους τοῦδε*, quod iunge cum *ἀνθεμίδων*. Infinitivus *βαλεῖν* iungendus cum *θελούσαις εἴη*, ut Thuc. II, 3. VII, 35. Plat. Gorg. 448 D. Plut. Aemil. Paul. c. 60. *οὐ γὰρ ἦν βουλομένοις τοῖς Ῥωμαίοις παντάπασιν ἐκκόψαι τὸ Λιγύων ἔθνος.*

Mnasalcas c. 268.

Τοῦτό σοι, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα
τοῦτο· σὺ δ' εὐθήρου τοῦδ' ὑπέρισχε ῥίου,
εἴτε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις
δεινὸν μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν.

Repetitum bis pronomen *τοῦτο* in versu minore a librario profectum videtur, ubi *κοῦρα* scribendum puto. Ibidem pro *βίου* quod in codice legitur, Iacobsius praeclare emendavit *ῥίου*, et ex Suida recte reposuit *τοῦδ' ὑπέρισχε* pro *ταῦθ' ὑπέρισχε*. Vs. 3 pro *εἴτε* coniicio *ἔστε*:

κοῦρα σὺ δ' εὐθήρου τοῦδ' ὑπέρισχε ῥίου
ἔστε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ, πότνια, βαίνεις.

Cleonymus ita Deum rogat ut super hunc scopulum emineat tamdiu eius statua quamdiu ipsa per montem, cuius scopulus ille pars est, venatrix vagatur. Suidas pro *εἴτε* praebet *ἦδε*. In vs. 4 Meinekium p. 92. iniuria affirmasse *δεινόν* cum *μαιμώσαις* bene coniungi non posse et corrigendum esse *ἐγκροτέουσα*, patet ex A. P. XIV, 98. 4.

δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον ὕβριος υἱὸν
δεινὸν μαιμώωντα δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πιθέσθαι,

Leonidas c. 288.

Αἱ Λυκομήδευς παῖδες Ἀθηνὼ καὶ Μελίτεια
καὶ Φιντὼ Γληνίς θ' αἱ φιλοεργόταται,
ἔργων ἐκ δεκάτας ποτιθύμια τόν τε πρόσεργον
ἄτρακτον καὶ τὰν ἄτρια κριναμέναν
κερκίδα, τὰν ἱστῶν μολπάτιδα καὶ τὰ τροχαῖα
πανία κερτασστὰς τούςδε ποτιρρόγεας
καὶ σπάθας ἐμβριθεῖς πολυάργυρα τῶς δὲ πενιχραὶ
ἐξ ὀλίγων ὀλίγαν μοῖραν ἀπαρχόμεθα,
τῶν χέρας αἰεὶ Ἀθάνα, ἐπίπλήσαιο μὲν ἴσως
θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.

Vs. 1. recte Λυκομήδευς cum Brunckio Meinekius. Si matris nomen hoc loco aptum esset, Λυκομήδας servari posset, idque defendit Iacobsius. Vs. 3 neque Iacobsii coniectura κρόκεργον neque Meinekii p. 113. τόν τ' ἐριουργόν opus est; cf. Leonidam VII, 726. 3. καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν συνέριθον ἄτρακτον ἤεισεν, VI, 39. 3. ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτριν. Quae sequuntur miris implicita sunt difficultatibus, et manu medica etiamnunc indigent. Pro ἐμβριθεῖς codex εὐβριθεῖς, quod emendavit Reiskius, sed non aeque audiendus Meinekius qui pro τῶς δὲ correxit τάς δε. Equidem post ἐμβριθεῖς maiore distinctione incidendum puto, quum verbum ἀνέθεντο omitti in epigrammatis soleat, et sequentia ita scribenda existimo:

πολυάργυρε, τῶς δὲ πενιχραὶ
ἐξ ὀλίγων ὀλίγαν μοῖραν ἀπαρχόμεθα,
νῷν χέρας αἴσι' Ἀθάνα, ἐπιπλήσαιο μὲν ἴσως
θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.

Epitheton πολυάργυρε hic aptissimum quum divitias a Dea expetant mulieres, eique oppositum epitheton πενιχραί. Idque non iniuria a mulieribus pauperibus peti poeta in-

dicavit voce *αἴσια* quam restitui vs. 9. ubi codex *αἶσοι*, in quo tamen aliud quid latere posse non negaverim. Pro *πολυάργυρε* fortasse praestat *πολυώνυμε*. Adverbium *τώς* non mutandum, cui respondet *ἴσως* vs. 9. quocum confer Ar. Av. 975. *καὶ φιάλην δοῦναι καὶ σπλάγχνων χεῖρ' ἐπιπλῆσαι*. Sensus igitur: » quemadmodum nos ex tenui re familiari tenuia dona tibi dedicamus, ita tu largis opibus ornata largiora nobis gratificeris." In eiusdem Leonidae Ep. A. P. VI. c. 300. 7.

ἢν δέ με χὼς ἐκ νούσου ἀνειρύσω, ὧδε καὶ ἐχθρᾶς
ἐκ πενίης ῥύσῃ, δέξο χιμαιροθύτην,

καὶ duplex remoturus Brunckius scripsit *ἢν δ' ἐμέ γ' ὡς*, Meinekius p. 116. *ἢν δέ μ' ἔθ' ὡς*. Scribendum puto: *ἢν δέ με τώς* — *ὧδε κτέ*. Neque exputo qua de causa Brunckius et Iacobsius in Archiae Ep. VII. 696. 5.

σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκέτι Νύμφαι
τὼς πάρος ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα

ediderint *ὡς*. Quod pro corrupto *ζῶν* restitui Leonidae c. 288. 9. *νῦν* fere certum videtur, et ad verbum *ἀπαρχόμεθα* redit. Litera Z transversa est N.

Dioscorides c. 290.

Ῥιπίδα τὴν μαλακοῖσιν ἀεὶ πρηεῖαν ἀήταις
Παρμενὶς ἡδίστῃ θῆκε παρ' Οὐρανίῃ,
ἐξ εὐνῆς δεκάτευμα· τὸ δ' ἡελίου βαρὺ θάλπος
ηταιρ μαλακοῖς ἐκτρέπεται Ζεφύροις.

Versu quarto Brunckius *ἡταίρη*, Iacobsius *ἧδ' αἰεί*, Hermannus *ἥ δ' ἄρα οἱ*, Meinekius p. 162. *θἠταίρῃ*. Sed hoc recepto recte monuit Hermannus in censura insuper scribendum esse: *ἐξ εὐνῆς δεκάτευμ'· ἡ δ' ἡελίου κτέ.*, scilicet dea, quam Venerem Uraniam fuisse mihi persuaderi non patiar. Nulla enim est causa quare meretrix Uraniae Veneri donum daret, quod Vulgivagae erat donandum, ne-

que quare illa Zephyrorum fuerit dicta domina, ut Parmenidi pro dedicato flabello ipsa lenes Zephyros afflare potuerit. Versu secundo emendandum puto:

Παρμενὶς ἡδίστῃ θῆκε παρ' Ἀρσινόῃ.

Arsinoe enim Zephyritis dicta et Zephyrorum domina, unde Posidippus Athen. VII, 318 D.

ἡ δέ τοι εὔπλοΐην δώσει καὶ χείματι μέσσῳ
τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος.

Catull. Com. Berenic. vs. 57.

Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat
Graia Canopieis incola litoribus.

Hedylus c. 292.

Αἱ μίτραι τό θ' ἀλουργὲς ὑπένδυμα τοί τε Λάκωνες
πέπλοι καὶ ληρῶν οἱ χρύσεοι κάλαμοι·
πάνθ' ἅμα Νικονόη συνεπέκπιεν· ἦν γὰρ Ἐρώτων
καὶ Χαρίτων ἡ παῖς ἀμβρόσιόν τι θάλος·
τοίγαρ τῷ κρίναντι τὰ καλλιστεῖα Πριήπῳ
νεβρίδα καὶ χρυσέην τήνδ' ἔθετο προχοήν.

Versu tertio codex συνέκπιεν, quod in συνεπέκπιεν iam a Planude mutatum, idemque in Suidae codicibus scriptum exstat. Id verbum Iacobsius interpretatus est de prodigis qui patrimonium deglutiunt, carmen scriptum existimans in meretricem bibaculam quae cum nihil sibi relicta esset, Bacchi et comissationum instrumenta Priapo dedicat. Quem argumentum carminis parum perspexisse puto. Niconoe enim vicerat in certamine de formae pulcritudine cum aliis meretricibus, de quo more scriptoribus et poetis celebrato vide ipsum Iacobsium ad Rufin. Ep. II. Anth. t. X. p. 150. Victrix praemia inde retulit pro quo gratias Priapo rependit, qui iudex in certamine fuisse dicitur, unde de conditione mulierum quacum certavit Niconoe satis certa coniectura duci potest. Quare vs. 3 scribendum puto:

πάνθ' ἅμα Νικονόη συνεπεσπάσατ'· ἦν γὰρ Ἐρώτων
καὶ Χαρίτων ἡ παῖς ἀμβρόσιόν τι θάλος.

Verbum *ἐπισπάσασθαι* interpretandum »ad se traxit" quia praemia non tulerat sed *ἀκονιτί* caeteris praeripuerat. Aliis locis in malam partem verbo utuntur, ut Posidippus V, 209. 3. *ἄνθρακας ὠνὴρ ξηροὺς ἐκ νοτερῆς παιδὸς ἐπεσπάσατο.* Plut. Cimon. c. XVIII. *ἵνα μὴ αἰτίας ἐμφυλίων πολέμων καὶ συμμαχικῶν ἐγκλημάτων ἐπισπάσωνται κατὰ τῆς πόλεως.* Addantur A. P. VII, 170. 2. IX, 84. 3. 86. 6.

Phanias c. 295.

Σμῖλαν Ἀκεστώνδας δονακογλύφον, ὅν τ' ἐπὶ μισθῷ
σπόγγον ἔχεν καλάμων ψ α ί σ τ ο ρ' ἀπὸ Κνιδίων,
καὶ σελίδων κανόνισμα φιλόρθιον, ἔργμα τ ε λ ε ί α ς
σαμοθέτω καὶ τὰν εὐμέλανον βροχίδα
κάρκινά τε σπειροῦχα, λεάντειράν τε κίσηριν
καὶ τὰν ἀδυφαῆ πλινθίδα καλλαΐναν,
μάζας ἀνίκ' ἔκυρσε τελωνιάδος φιλολίχνου
Πιερίσιν πενίας ἅρμεν' ἀνεκρέμασεν.

Vs. 1 ultimam in *σμῖλαν* correptam Doriensium more defendi non posse recte contra me monuit Schneidewinus. Et iam Purgoldus *Κεστώνδας* correctum volebat. Ipse nunc non dubito quin Phanias scripserit: *σμίλαν Ἀσκώνδας*, quod nomen frequenter occurrit. Vs. 2 recte Brunckius *ψαίστορα τῶν Κνιδίων.* Vs. 3 lenissima medela scripsit Lobeckius Parall. I. p. 313. *ἔργμα τε λείας* »ut significetur lapis oblongus quo etiamnunc scribae uti solent ad deprimendam chartam quam describunt, partim ad designandum versum in quo modo substiterunt, ne vel sursum aberrent vel deorsum." Ad *ἔργμα* conferatur eiusdem viri eruditissimi nota ad Soph. Ai. p. 340.

Anyte c. 312.

Ἡνία δή τοι παῖδες ἔνι, τράγε, φοινικόεντα

θέντες καὶ λασίῳ φιμὰ περὶ στόματι,
ἵππια παιδεύουσι θεοῦ περὶ ναὸν ἄεθλα
ὄφρ' αὐτοὺς φορέῃς ἤπια τερπομένους.

Videtur hoc epigramma, quod inscriptionis formam referre dicas, inscriptum fuisse imagini hirci aeneae iuxta templum positae, circum quam pueruli colludentes, unus equitans, plures adstantes conspiciebantur. Consimilis argumenti est alterum A. P. IX, 745.

Θάεο τὸν Βρομίου κεραὸν τράγον ὡς ἀγερώχως
ὄμμα κατὰ λασιᾶν γαῦρον ἔχει γενύων,
κυδιόων ὅτι οἱ θάμ' ἐν οὔρεσιν ἀμφὶ παρῇδα
βόστρυχον εἰς ῥοδέαν Ναῒς ἔδεκτο χέρα.

Prioris carminis versum tertium recte hoc modo interpretatus est Iacobsius: »pueri per lusum equestria exercent certamina circa templum Neptuni Equestris.'' Idem summo iure corruptum esse censuit versum quartum, cuius sententia subabsurda haec, pueros certamina instituisse ea de causa ut hircus eos portet, et pro ἤπια recte coniecit νήπια. Quo assumto scribendum:

ἵππια παιδεύουσι θεοῦ περὶ ναὸν ἄεθλα,
ὄφρ' αὐτοὺς ἐφορῇ νήπια τερπομένους.

Ut deus ipse eos ludentes puerulorum ritu in hircis equitantium placido lumine videat et tueatur.

Leonidas c. 328.

Τὴν τριτάτην χαρίτων ἀπ' ἐμεῦ πάλι λάμβανε βίβλον
Καῖσαρ ἰσηρίθμου σύμβολον εὐεπίης
Νεῖλος ὅπως καὶ τήνδε δι' Ἑλλάδος ἰθύνουσαν
τῇ χθονίῃ πέμψῃ δῶρον ἀοιδότατον.

Versum quartum infelici temeritate tentavit Brunckius, pro τῇ χθονίῃ reponens τοῖς Κρονίοις ex eiusdem Leonidae Ep. A. P. VI, 322. 3. Recte perspexit I. G. Schneiderus terrae nomen latere, sed eiusdem coniectura Αὐσονίῃ ni-

mis a literarum vestigiis recedit. Literis diremtis corrigendum videtur:

τῇ χθονὶ σῇ πέμψῃ δῶρον ἀοιδότατον.

Ut χθὼν σή, ita πόλις ἐμή et similia alibi leguntur. Intelligitur Italia.

Crinagoras c. 350.

Τυρσηνῆς κελάδημα διαπρύσιον σάλπιγγος
πολλάκι Πισαίων στρηνὲς ὑπὲρ πεδίων
Φθεγξαμένης ὁ πρὶν μὲν ἔχει χρόνος ἐν δυσὶ νίκαις,
εἰ δὲ σὺ καὶ τρισσοὺς ἤγαγες εἰς στεφάνους,
ἀστὸς Μιλήτου Δημόσθενες, οὔ ποτε κώδων
χάλκεος ἤχησεν πλειοτέρῳ στόματι.

Ex versu tertio et Phaniae Ep. A. P. XII, 31. 2.

Πάμφιλε βαιὸς ἔχει τὸν σὸν ἔρωτα χρόνος,

patet iniuria a Iacobsio tentatum esse Ep. IX, 192. 9.

ἵλατε σὺν Μούσαισι, μεθ' ὑμετέρας γὰρ ἀοιδὰς
εἶπεν ἔχειν αἰὼν ἕνδεκα Πιερίδας.

Cf. Epigr. Syll. Welck. 56.

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ πάλαι βίος, ἔσχε δὲ καὶ νῦν
σεμνὴν Φηλικίτην, οὐ τάχα μειοτέρην.

Vs. 4 Iacobsius coniecit ἤλασας εἰς στεφάνους. Equidem praestare puto:

εἰ δέ σε καὶ τρισσοὺς ἤγαγεν εἰς στεφάνους.

Pancrates c. 356.

Κλειοῦς αἱ δύο παῖδες Ἀριστοδίκη καὶ Ἀμεινὼ
Κρῆσσαι, πότνια σῆς Ἄρτεμι νειοκόρου
τετραετεῖς ἀπὸ μητρός· ἴδοις ὤνασσα τὰ τῆςδε
εὔτεκνα κἀντὶ μιῆς θὲς δύο νειοκόρους.

Vs. 4 εὖ τέκνα coniecturam Lobeckii Phryn. p. 606. male recepit Meinekius, nam τὰ τῆςδε εὔτεκνα est periphrasis, ἴδοις τήνδε εὔτεκνον; ἴδοις est *benevola respicias et tuearis*, ut V, 194. 1.

Αὐτοὶ τὴν ἁπαλὴν Εἰρήνιον εἶδον Ἔρωτες
Κύπριδος ἐκ χρυσέων ἐρχόμενοι θαλάμων.

VI, 79. 3. βόσκε δ' ἔφη χαίρων τὰ σὰ ποίμνια καὶ σέο χώρην δέρκεο. IX, 335. 2. Ἑρμῆς ἀλλ' ἴδε τὸν κρήγυον ὑλοφόρον. Idemque post me monuit Hermannus. Praeterea corrupta est praepositio ἀπό vs. 3, quod sensu ab hoc loco alienissimo a Graecis dicitur, ut a Leonida A. P. VI, 130.

Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
Πύρρος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν.

App. Ep. c. 255. 3.

δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθηναίων καὶ Ἰώνων.

Paus. VI, 19, 9. τοὺς Μεγαρέας ἀπὸ Κορινθίων ἀναθεῖναι τὸν θήσαυρον λέγουσα. V, 24. 1. καὶ ἔστιν ἀπὸ Φωκέων αὐτοῖς τὸ ἀνάθημα. 27. 7. ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τροπαίῳ τῇ ἀσπίδι Ἠλείους ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἀναστῆσαι. I, 28. 2. VIII, 10. 4. X, 15. 1. et pluribus aliis locis. Scribendum igitur: τετραετεῖς ὑπὸ μητρός, ut apud Plut. Philopoem. c. VIII. τοῦτ' ἔχων τὸ σχῆμα χαλκοῦς ἐν Δελφοῖς ἕστηκεν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, aut παρὰ μητρός.

Theaetetus c. 357.

α. Ὄλβια τέκνα γένοισθε· τίνος γένος ἐστέ; τί δ' ὑμῖν
ὧδε καλοῖς χαρίεν κείμενόν ἐστ' ὄνομα;
β. Νικάνωρ ἐγώ εἰμι πατὴρ δ' ἐμοὶ Αἰπιόρητος
μήτηρ δ' Ἡγησὼ κεἰμὶ γένος Μακεδών.
γ. καὶ μὲν ἐγὼ Φίλα εἰμὶ καὶ ἐστί μοι οὗτος ἀδελφός·
ἐκ δ' εὐχῆς τοκέων ἕσταμες ἀμφότεροι.

Vs. 2 mirum mihi videtur ὧδε, ubi exspectaveris οὕτω. Fortasse scribendum:

τί δ' ὑμῖν, Ὦ καλοί, χαρίεν κείμενόν ἐστ' ὄνομα;

Vs. 3 nomen Αἰπιόρητος fortasse in Ἠπιόρητος mutandum; illud certe initio corruptum putem.

Incertus VII, 2.

Εἰ καὶ βαιὸς ὁ τύμβος, ὁδοιπόρε, μή με παρέλθῃς,
ἀλλὰ κατὰ στίχας ἶσα θεοῖσι σέβου·
τὸν γὰρ Πιερίδεσσι τετιμένον ἔξοχα Μούσαις
ποιητὴν ἐπέων θεῖον Ὅμηρον ἔχω.

Pro depravato κατὰ στίχας Huschkius Anal. Cr. p. 208. καταστέψας coniecit, quod Iacobsius in Del. Ep. in verborum ordinem recepit, repudiata coniectura prius proposita: κατασπείσας. Pro hoc aoristo nemo non praesens reponeret, leniorque suppetit emendatio:

ἀλλὰ καταστείξας ἶσα θεοῖσι σέβου.

Confer ad sententiam Eur. Alc. 995—1005.

μηδὲ νεκρῶν ὡς φθιμένων χῶμα νομιζέσθω
τύμβος σᾶς ἀλόχου, θεοῖσι δ' ὁμοίως
τιμάσθω σέβας ἐμπόρων κτέ.

supra p. 187. et ad verbi formam περιστείξας Hom. Od. IV, 277. Sensus est: » ne me praetereas viator, sed huc a via deflectens adora me.'' Confer Nonn. Paraphr. IV, 230. καί οἱ τηλεπόροιο καταστείχοντι κελεύθου ἤντεον αὐχήεντες ὀπάονες.

Alcaeus c. 5.

Οὐδ' εἴ με χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ὅμηρον
στήσητε φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς,
οὐκ εἴμ' οὐδ' ἔσομαι Σαλαμίνιος, οὐδ' ὁ Μέλητος
Δημαγόρου· μὴ ταῦτ' ὄμμασιν Ἑλλὰς ἴδοι·
ἄλλον ποιητὴν βασανίζετε· τάμα δὲ Μοῦσαι
καὶ Χίος Ἑλλήνων παισὶν ἀείσατ' ἔπη.

Versu primo χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος ἱστάναι est *auream alicui* sive χρυσήλατον *statuam ponere*, quod restituendum est disticho apud Photium v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα· φέρεται δέ τι καὶ ἐπίγραμμα τοῦ κολοσσοῦ·

εἰμὶ ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατος εἰμὶ κολοσσὸς
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά· App. Ep. 135.

ὅπερ Ἀπελλᾶς ὁ Ποντικὸς οὕτω προφέρεται·

εἰμὶ ἐγὼ Νάξος παγχρύσεος κτέ.

ubi vere Cobetus: εἰ μὴ ἐγώ κτέ. Sed praeterea sive ex hac quae apud Apellem legebatur lectione sive ex alia quae apud Suidam exstat: Νάξιος εἰμὶ ἐγὼ, corrigendum:

Ὦναξ, εἰ μὴ ἐγὼ χρυσήλατος εἰμὶ κολοσσὸς,

ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά,

aut: εἰ μὴ ἐγὼ, ὦναξ, χρ. ἐ. κ. Idem sine dubio lectum fuit in Plat. Phaedr. 236 B. παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ἔσταθι, ubi vere Cobetus emendavit ἔσταθι pro στάθητι. Scribendum: χρυσήλατος. Vis enim proverbialis dictionis non est in σφυρήλατος, sed in χρυσοῦν ἱστάναι τινά, v. Theocr. Id. X, 33. Virg. Ecl. VII, 35. In vs. 2 Iacobsius verba Διὸς ἀστεροπαί interpretatus est de rutilo aureae statuae splendore, Iovis fulguri non absimili. Equidem Alcaeum scripsisse statuo:

φλογέαις εὔδιον ἀστεροπαῖς.

Ubi εὔδιον est φαεινόν. Confer A. P. I, 98. 3.

λαμπόμενον στεροπῇσιν ἀμετρήτοιο μετάλλου.

Hom. Od. IV, 71. χαλκοῦ τε στεροπὴν — χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος. App. Ep. 256. 2. ἠδ' αὐτὸν χρυσοῦ παμφανόωντα βολαῖς. Et ita γυμνῶν ἀστεροπὴ μελέων A. P. V, 35. 2. Vs. 6 codex πᾶσιν ἀείσετ' ἔπη, quae iam Brunckius emendavit, cui miror Iacobsium et Meinekium non faciles praebuisse aures.

Leonidas c. 19.

Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων

κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον

τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλαν χάριν, εἶθ' ὅ γε Λυδὸς

ἄχθος ἀπορρίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδην.

Vs. 3 Λυδός a Planude demum illatum in verborum contextum venit; codex λύσθος, Suidas λοῖσθος. Recentiores

alii aliter locum sanare studuerunt, quorum conamina vide apud Meinek. p. 132. qui ipse violentius: *εἴθ' ὅγε Λυδῶν λοῖσθος ἀποβρίξας οἴχεται εἰς Ἀΐδην.* Mihi et sententiae aptum et eleganter dictum videtur:

Σπάρτας μεγάλαν χάριν, ἔνθ' ὅγε λοῖσθον
ἄνθος ἀπορρίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδην.

Alcman enim in summa senectute decessit: *Φησὶ γὰρ ἀσθενὴς ὢν διὰ τὸ γῆρας καὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπεριφέρεσθαι οὐδὲ τῇ τῶν παρθένων ὀρχήσει κτἑ.* Antig. Car. Hist. Mir. c. 27. Ad dictionem confer Philippum A. P. VI, 103. 8.

ἄνθος ἐπεὶ γυίων πᾶν ἀπέδυσε χρονός.

Simmias c. 21.

Τὸν σὲ χοροῖς μέλψαντα Σοφοκλέα παῖδα Σοφίλλου
τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον,
πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην,
τύμβος ἔχει καὶ γῆς ὀλίγον μέρος, ἀλλ' ὁ περισσὸς
αἰὼν ἀθανάτοις δέρκεται ἐν σελίσιν.

Verum patris Sophoclis nomen esse *Σόφιλλος* constat etiam testimonio Theognosti Can. p. 62. 12. Quum *τόν* vs. 2 haud dubie sit articulus, non pronomen, scribendum est, ut sententia recte iuncta procedat:

πολλάκις ὃν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλώς κτἑ.

Ut praepositio ad prius quoque nomen repetatur. Et idem nunc Hermannus. Ultimum distichon interpretatus est Iacobsius: » tu quidem tumulo et parvo pulveris exigui munere cohiberis, verum immortalia tua carmina aevum tuum supra mortalitatis terminos extendunt.'' Quae sententia unice apta verbis non inest. Quare scribendum puto:

ἀλλὰ περισσὸν
αἰῶν' ἀθανάτοις δέρκεαι ἐν σελίσιν.

Immortalibus carminibus tuis per aevum perenne vivis. Ut de Menandro legitur IX, 187. 5. *ζώεις εἰς αἰῶνα.* In altero Simmiae in Sophoclem epigrammate legitur vs. 5. 6.

εἵνεκεν εὐμαθίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελιχρὸς
ἤσκησεν Μουσέων ἄμμιγα καὶ Χαρίτων.

Ubi *εὐεπίης* quod in codice voci *εὐμαθίης* superscriptum legitur praestare videtur. In ultimo versu neminem offendit genitivus iunctus adverbio *ἄμμιγα* quod cum uno dativo iungi solet. Corrige:

ἤσκησ' ἐκ Μουσέων ἄμμιγα κἀκ Χαρίτων.

Similiter Crinagoras IX, 513.

δράμασιν ἐν πολλοῖσι διέπρεπες ὅσσα Μένανδρος
ἔγραφεν ἢ Μουσέων σὺν μιῇ ἢ Χαρίτων.

Alcaeus VII, 1. 2. *ἐκ Μοιρέων γρῖφον ὑφηνάμενοι.*

Simonides c. 24.

Ἡμερὶ πανθέλκτειρα μεθυτρόφε μῆτερ ὀπώρας,
οὔλης ἣ σκολιὸν πλέγμα φύεις ἕλικος,
Τηΐου ἡβήσειας Ἀνακρείοντος ἐπ' ἄκρῃ
στήλῃ καὶ λεπτῷ χώματι τοῦδε τάφου,
ὡς ὁ φιλάκρητός τε καὶ οἰνοβαρὴς φιλόκωμος
παννύχιος κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν
κἠν χθονὶ πεπτηὼς κεφαλῆς ἐφύπερθε φέρηται
ἀγλαὸν ὡραίων βότρυν ἀπ' ἀκρεμόνων κτἑ.

Vs. 3 codex *φιλακώμωι*, quod mutavit Planudes, cuius emendationem recepit Iacobsius, ut *φιλόκωμος* vim habeat substantivi, *παννύχιος* adverbii. Equidem *φιλόκωμος* substantivi loco haberi posse non credo, praesertim quum tria alia adiectiva ei addita sint. Poetam scripsisse puto:

ὡς ὁ φιλάκρητός τε καὶ οἰνοβαρὴς φιλοκώμοις
παννυχίσιν κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν κτἑ.,

collata c. 31. 2.

κώμων καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος.

Caeterum nescio an non pro *λεπτῷ χώματι* vs. 4 reponendum sit *λιτῷ*, v. c. 18. 1. 26. 1. *τάφον παρὰ λιτὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων*. 428. 7. 73. 1. 364. 2. *λιτὴν ἀμφοτέραις χερσὶ βαλοῦσα κόνιν*. 478. 4. 591. 3. IX. 338. 2. Saepe illam vocem scriptam invenias *λειτός*, ut App. Ep. 398. 8.

Antipater Sidonius c. 27.

Εἴης ἐν μακάρεσσιν Ἀνάκρεον εὖχος Ἰώνων
μητ' ἐρατῶν κώμων ἄνδιχα μήτε λύρης·
ὑγρὰ δὲ δερκομένοισιν ἐν ὄμμασιν οὖλον ἀείδοις
αἰθύσσων λιπαρῆς ἄνθος ὕπερθε κόμης,
ἠὲ πρὸς Εὐρυπύλην τετραμμένος ἠὲ Μεγιστῆ
ἢ Κίκονα Θρῃκὸς Σμερδίεω πλόκαμον,
ἡδὺ μέθυ βλύζων ἀμφίβροχος εἵματα Βάκχῳ,
ἄκρητον θλίβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων·
τρισσοῖς γὰρ Μούσαισι Διονύσῳ καὶ Ἔρωτι
πρέσβυ κατεσπείσθη πᾶς ὁ τεὸς βίοτος.

Humidos et putres oculos saepe amantibus tribui notavit Iacobsius, ut de eodem Anacreonte Leonidas Anth. Plan. c. 306. 3.

ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐν ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκὼς
ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόνην,

ubi recte idem correxit *ἐν* pro *ἐπ' ὄμμασιν*. Sed non recte dictum est *ἀείδειν ἐν ὄμμασι ὑγρὰ δερκομένοις*, neque mihi placet *δερκομένοισι σὺν ὄμμασι*. Quare aliud quid hic obliteratum puto. Sed certa emendatione mihi restituisse videor versum octavum, ubi scribe:

ἄκρητον λείβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων.

In eiusdem Antipatri carmine c. 30. 3.

ἀκμὴν οἱ λυρόεν τι μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ,
ἵμερα καὶ κισσοῦ λευκὸς ὄδωδε λίθος

codex: *ἀκμὴν οἱ λυρόθεν μελ.*, unde Brunckius cum Salma-

sio: *ἀκμὴν λειριόεντι — Βαθύλλῳ.* Sed scribendum:

ἀκμὴν λειριόεν τι μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ.

Ut Musis Hesiodus tribuit *ὄπα λειριόεσσαν*, liliaceam. In versu minore Lobeckius Paralip. I. p. 43. n. 44. coniecit *ἠρέμα*, sed confer c. 364. 3. *ἵμερα δακρύσασα πυρῆς ἔπι.* IX, 266. 1. *ἵμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν.* Plan. 182. 3. *κάλλος ἱμερώτατον.*

Dioscorides c. 31.

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν,
κώμων καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος,
τερπνότατε Μούσῃσιν Ἀνάκρεον, ὦ 'πὶ Βαθύλλῳ
χλωρὸν ὑπὲρ κυλίκων πολλάκι δάκρυ χέας,
αὐτόματαί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον
κὴκ μακάρων προχοὰς νέκταρος ἀμβροσίου·
αὐτόματοι δὲ φέροιεν ἴον τὸ φιλέσπερον ἄνθος
κῆποι καὶ μαλακῇ μύρτα τρέφοιτο δρόσῳ,
ὄφρα καὶ ἐν Δηοῦς οἰνωμένος ἁβρὰ χορεύσῃς
βεβληκὼς χρυσέην χεῖρας ἐπ' Εὐρυπύλην.

Vs. 2 scripsi *κώμων* pro vulgata lectione *κώμου* et vs. 6 *προχοάς* pro *προχοαί.* Accusativus cum verbo *ἀναβλύζοιεν* iungendus. Et nescio qua de causa viola dicatur *φιλέσπερος* vs. 7 ubi scribendum videtur:

ἴον τὸ φιλείαρον ἄνθος,

collatis Theocr. XXIII, 29. *καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι καὶ ταχὺ γηρᾷ*, et Mariano IX, 669. 5.

ὁππόθι πορφυρέης ὑπὲρ αὔλακος εἴαρι θάλλει
ὑγρὸν ἴον ῥοδέῃ κιρνάμενον κάλυκι,

ubi fortasse pro *αὔλακος* scribendum: *ὀργάδος.* Pro *οἰνώμενος* quod antea legebatur Meinekius *οἰνωμένος.* Pro quo praestare videtur: *ᾠνωμένος*, v. Elmslei. Eur. Bacch. 686. Meinek. Cratin. fr. inc. 109. Vs. 3 brevem syllabam in arsi tollere possis scripto: *τερπνότατος.*

Antipater Sidonius c. 34.

Πιερικὰν σάλπιγγα τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων
χαλκευτὰν κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις,
οὗ μέλος εἰςαΐων φθέγξαιό κεν, ὡς ἀπὸ Μουσῶν
ἐν Κάδμου θαλάμοις σμῆνος ἀπεπλάσατο.

Alterum distichon Iacobsius verbis ita iunctis: σμῆνος ἀπὸ Μουσῶν ἀπεπλάσατο αὐτὸ ἐν Κάδμου θαλάμοις, interpretatur: »diceres Musarum agmen Thebis carmina eius composuisse.'' Cui interpretationi plurima repugnant. Nam dure admodum dictum σμῆνος ἀπὸ Μουσῶν, et verbis Κάδμου θάλαμοι non significantur Thebae sed Cadmi nuptiae, in quibus Musae cum Apolline hymenaeum concinuerunt. Praeterea ἀπεπλάσατο mutandum puto in ἀνεπλάσατο, et totum locum ita scriptum fuisse putaverim:

οὗ μέλος εἰςαΐων φθέγξαιό κεν, ὥς ποτε Μουσῶν
ἐν Κάδμου θαλάμοις σμῆνος ἀνεπλάσατο.

Pindari carminibus auditis ipsas Musas ea quondam in nuptiis Cadmi composuisse dicas.

Dioscorides c. 37.

α. Τύμβος ὅδ' ἔστ' ὤνθρωπε Σοφοκλέος, ὃν παρὰ Μουσῶν
ἱρὴν παρθεσίην ἱερὸς ὢν ἔλαχον·
ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος ἔτι τρίβολον πατέοντα
πρίνινον ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο,
καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἁλουργίδα· τοῦ δὲ θανόντος
εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ' ἀνέπαυσα πόδα.
β. ὄλβιος ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν· ἡ δ' ἐνὶ χερσὶν
κούριμος ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;
α. εἴτε σοι 'Αντιγόνην εἰπεῖν φίλον οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
εἴτε καὶ 'Ηλέκτραν· ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.

Vs. 2 recte scripserunt παρθεσίην pro παρθενίην. Vs. 7 ineptum est adiectivum ἀγαθήν, cui substituendum:

ὄλβιος, ὡς ἁγνὴν ἔλαχες στάσιν.

Statio enim Satyri non erat bona neque felix sed sacra et sancta, ut vs. 2

ἱρὴν παρθεσίην ἱερὸς ὢν ἔλαχον.

Ita in Antiphilo IX, c. 192. 5.

ἁ δ' ἑτέρα μοχθὸν τὸν 'Οδυσσέος ἀμφί τε λέκτροις
χηρείοις ἀγαθᾶς δάκρυα Πηνελόπας,

scribendum, quod morum Penelopes erat:

ἁγνᾶς δάκρυα Πηνελόπας.

Ex versu autem sexto neque Bacchi personam, ut putabat Salmasius ad Hist. Aug. Scr. t. II. p. 834. assentiente Iacobsio Script. Misc. t. II. p. 160., neque Satyrum quod Iacobsius defendit in Animadversionibus ad Anth. t. VII. p. 398. sed choreutam loqui collegit Naekius Opusc. I. p. 8 sq. et in hac inscriptione et in altero Dioscoridis carmine in Sositheum A. P. VII, 707.

Κἠγὼ Σωσιθέου κομέω νέκυν, ὅσσον ἐν ἄστει
ἄλλος ἀπ' αὐθαίμων ἡμετέρων Σοφοκλῆν
Σκίρτος ὁ πυρρογένειος· ἐκισσοφόρησε γὰρ ὠνὴρ
ἄξια Φλιασίων ναὶ μὰ χόρους Σατύρων,
κἠμὲ τὸν ἐν καινοῖς τεθραμμένον ἤθεσιν ἤδη
ἤγαγεν εἰς μνήμην πατρίδ' ἀναρχαΐσας,
καὶ πάλιν εἰςώρμησα τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ
ῥυθμὸν πρός τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην,
ἑπτὰ δέ μοι ἔρσων τύπος οὐ χερὶ καινοτομηθεὶς
τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέου.

Equidem non dubito quin in utroque carmine loqui putandus sit Satyrus, cui unice convenit epitheton ἱερός et ὁ ἐκ Φλιοῦντος, ut Σάτυροι Φλιάσιοι et ipsum nomen Σκίρτος, quia Satyri saltatione et choreis delectabantur, v. Nonn. Dion. XIV, 111. Lobeck. Aglaoph. II. p. 1311. Eandem autem personam utrobique loqui constat ex disticho primo carminis posterioris, cuius lectio non omnino certa. In

codice enim legitur vs. 1 ἄστῃ, et vs. 2 ἄλλον et Σοφοκλῆς, quae Brunckius correxit. Si verum est ἐν ἄστει, sequitur Sositheum Athenis sepultum fuisse, ibique poetam dramata in scenam misisse constat ex Diog. L. VIII, 173., eiusque sepulcrum cuius cippo hoc carmen inscriptum fuit extra muros exstructum fuisse, Sophoclis vero in ipsa urbe. Sed parum Graecum videtur ἀπ' αὐθαίμων ἡμετέρων pro quo scriptum oportet ἀφ' ἡμῶν αὐθαίμων. Non enim assentior Naekio qui Opusc. I. p. 9. minus Graecum putavit ἄλλος ἀπ' αὐθαίμων, quocum confer A. P. IX, 434. εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων, quod sine praepositione dictum: τῶν πολλῶν ἕνα Ἑρμᾶν in Anth. Plan. 192. 1. Sed pro ἡμετέρων scribendum ἡμέτερον, ut huius distichi sit sententia: »eadem cura Sosithei tumulum corpusque tego et tueor qua alius fratrum Sophoclem nobis dilectissimum et maximum poetam." In priore sententiae parte omissum est τόσσον, ut in A. P. I, 17. οὐκέτι θαυμάζοις προτέρων κλέος — ὁσσάτιόν περ κῦδος Ἰουλιανῆς πινυτόφρονος. XI. 131.

οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη
οὐθ' ὁ καταπρήσας τοὺς ἐπὶ γῆς Φαέθων,
ἀνθρώπους ἔκτεινεν ὅσους Ποτάμων ὁ ποιητής.

Theocr. IX, 34. Ap. Rh. II, 612. Sositheus autem tragoedias scripsit et satyrica dramata, et tragici quidem poetae laudes complexus est Dioscorides vs. 1—5, quibus eum alterum Sophoclem dixit poeta. Sed inde a versu quinto celebrat dramatum satyricorum poetam et hoc praecipue in Sositheo laudat quod satyricae poeseos genus ad pristinam revocavit oris magniloquentiam. Quum enim alii ut Lycophro in Menedemo dramate satyrico res ex media vita petitas sermone magis communi et quotidiano explicarent, ut hoc poeseos genus novis accommodaretur moribus, So-

sitheus dicendi genus animosius et magnificentius ei addidit et Satyros *τραγικώτερον* loquentes finxit, ut ex fragmento Sosithei Lityersae intelligitur, et *τὸν ἀρχαῖον τρόπον*, qui iam in desuetudinem abierat, reduxit. Propter Pratinam igitur et Aristiam Phliasios Satyrorum scriptores hoc poeseos genus dicitur *Δωρὶς Μοῦσα*. Sed ut Sositheus dramatis satyricis addidit magnum os eaque revocavit ad Pratinae et Aeschyli morem, ita vs. 7 scribendum est *εἰςώρμησε*, quod non fecit Satyrus, sed Sositheus, idque verbum dativum adsciscit, ut apud Callimachum Del. 33. *εἰςεκύλισε θαλάσσῃ* et fr. 106. 5. *ὅσσα δ' ἀκουαῖς εἰςεθέμην*. In tertio disticho iungenda sunt: *κἠμὲ ἀναρχαΐσας ἤγαγε πατρίδα εἰς μνήμην*. Ad vs. 7 confer Plat. Reip. VIII, 558 D. *τεθραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσιν*, Plut. Dion. c. IV. *τραφεὶς γὰρ ἐν ἤθεσι ταπεινοῖς*. Ap. Rh. I, 1211.

δὴ γάρ μιν τοίοισιν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἔφερβεν
νηπίαχον τὰ πρῶτα.

Vs. 9 pro codicis lectione *ἕπτα δέ μοι ἔρσων* scripserunt critici *εὔαδέ μοι θύρσων*. Sed *ἑπτά* fortasse non mutandum est, quum Pleiados tragicae poetis annumeratus fuerit Sositheus. Qui quum septem numero fuerint, scribi malim: *ἑπταδύμων ἄστρων*. Eorum dicendi *τύπος* humilior fuisse videtur, quem ore altius sonante permutavit magniloquus Sositheus. In *οὐ χερί* verbum videtur latere, quod significat: *εὐημέρει*, ut Sositheus nobilissimus fuerit ex septem Pleiados poetis. Poetam autem fuisse satis praestantis ingenii efficitur ex Dioscoridis versu:

τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέου,

collato Longin. de Sublim. c. 33. 2. *τὰς μὲν ταπεινὰς καὶ μέσας φύσεις διὰ τὸ μηδαμῇ παρακινδυνεύειν μηδὲ ἐφιέσθαι τῶν ἄκρων ἀναμαρτήτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἀσφαλεστέρας διαμένειν, τὰ δὲ μέγαλα ἐπισφαλῆ δι' αὐτὸ γίνεσθαι τὸ μέγεθος.*

Incertus c. 48.

Σάρκες δ' αἰθαλέαισι πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ
λῃφθεῖσαι νοτίην ὦσαν ἐπαιθόμεναι·
μοῦνα δ' ἔνεστι τάφῳ πολυδακρύτῳ ὀστέα κωφὰ
καὶ πόνος εἰνοδίοις τῇδε παρερχομένοις.

In codice Palatino primus versus ita legitur: δαιδαλέοις πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ σάρκες, quae si recte emendata sunt a Iacobsio, in verborum tamen ordine praestare: αἰθαλέοιο πυρὸς σάρκες ῥιπῇσι τρυφηλαὶ censet Meinekius p. 231. Equidem maluerim:

Δαιδαλέοιο πυρὸς σάρκες ῥιπῇσι τρυφηλαὶ
λῃφθεῖσαι νοτίην ὦσαν ἀπ' αἰθόμεναι.

Daedalus enim dicitur Vulcanus, v. Bergkium ad Pind. Nem. IV, 59. et ignis *Vulcanius*. Vs. 2 recte Meinekius ὦσαν ἀπ' αἰθόμεναι et vs. 3 πολυδακρύῳ.

Addaeus c. 51.

Οὔ σε κυνῶν γένος εἷλ' Εὐριπίδη οὐδὲ γυναικὸς
οἶστρος τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
ἀλλ' Ἀΐδης καὶ γῆρας· ὑπαὶ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ
κεῖσαι ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω·
σὸν δ' οὐ τοῦτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον, ἀλλὰ τὰ Βάκχου
βήματα καὶ σκηνὰς ἔμβαλε πειθομένας.

Vs. 3 vitiosum est ὑπαί. Scribendum ἐπί, quum de urbe sermo sit. Vs. 6 Hermannus ἐμβάδι, quod recepit Iacobsius. Sed ἐμβάς potius soccum significare videtur. Neque admodum placet dictum σκηναὶ ἐμβάδι πειθόμεναι. Quare scribendum puto:

καὶ σκηναῖς σάμβαλα πειθόμενα,

i. e. σάμβαλα σκηνικά. Confer Philipp. VI, 103. 4. ἰθύδρομόν τε πρίονα μιλτείῳ στάγματι πειθόμενον. Et alio loco manus artificis dicuntur χεῖρες τέχνῃ πειθόμεναι.

Antipater c. 65.

Διογένευς τόδε σῆμα σοφοῦ κυνὸς, ὅς ποτε θυμῷ
ἄρσενι γυμνήτην ἐξεπόνει βίοτον,
ᾧ μία τις πήρα μία διπλοῒς εἷς ἅμ' ἐφοίτα
σκήπων αὐτάρκους ὅπλα σαοφροσύνας·
ἀλλὰ τάφου τοῦδ' ἐκτὸς ἴτ' ἄφρονες, ὡς ὁ Σινωπεὺς
ἐχθαίρει φαῦλον πάντα καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Versu quinto mire dictum est *τάφου τοῦδ' ἐκτὸς ἴτε*, pro quo haud dubia coniectura ipsa poetae manus restituenda est scripto:

ἀλλ' ἀτραποῦ τῆςδ' ἐκτὸς ἴτ' ἄφρονες,

collato Leonidae versu A. P. VII, 480. 8.

ἀλλὰ πρὸς ἐγγαίων Ἀϊδωνέος Ἑρμείᾳ τε
καὶ Νυκτὸς ταύτης ἐκτὸς ἴτ' ἀτραπιτοῦ.

Meleager c. 79.

α. Ὤνθρωφ' Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φαμί· τὰ δ' ἐς πάτραν κρέισσονα καὶ σοφίας·
λὰξ γὰρ καὶ τεκέων ἁσίωι, ξένε, δύςφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευν· β. λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις·
α. οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; μὴ τρηχύς· ἄπει· τάχα καὶ σύ τι πεύσῃ
τρηχύτερον· πάτρας χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

Corruptum epigramma in quo emendando plurimi operam posuerunt, nemo eo successu ut ipsa Meleagri manus restituta esse videatur nec ullus sit iustis dubiis relictus locus. Neque enim recte Iacobsius ad A. P. vs. 2 *φαμί* coniunxit cum *ἀνευρών*, neque rectius Meinekius p. 172. id verbum interlocutori tribuit. Ita scriptum oporteret: *ἐγὼ ὁ σοφὰ μοῦνος ἀνευρών.* Quare primum distichon ita scribo:

Ὤνθρωφ', Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φαμὶ τά γ' ἐς πάτραν κρείσσονα καὶ σοφίας,

nec aliter Iacobsius Animadv. Anth. t. VI. p. 129. Heraclitus ego philosophus nobilissimus merita tamen in pa-

triam insigniora iis ipsis puto quae in philosophia ingeniosissime excogitavi. In versu tertio codex ea praebet quae supra edita vides. Ex variis criticorum coniecturis optima videtur Hermanni: λὰξ γὰρ καππατέων. Pro ἀσίωι recte Reiskius: ἀστῶν. Quibus assumtis secundum distichon Heraclito tribuendum ita informandum puto:

λὰξ γὰρ καππατέων ἀστῶν, ξένε, δύςφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευν λαμπρὰ, θρυψαμένοισι βαρύς.

Canis dicitur ὑλακτεῖν λαμπρά, ut Graeci dicunt λαμπρόφωνος. Verbum ὑλακτεῖν accusativo iunctum, ut apud Philostr. V. S. I, 19. 2. παῦσαι ὑλακτῶν με. v. Peerlkamp. Horat. Epod. p. 463. Confer etiam Babriam f. 74. 17. πᾶς ὁ γηράσας — ἀεὶ ὑλακτεῖ καὶ ξένοισιν οὐ χαίρει. Pro χάρις codex κάρις, unde scripsi θρυψαμένοισι βαρύς; nam θρεψαμένοισι corruptum, quum cives dici nequeant θρεψάμενοι, quod Meinekio visum. Neque hoc demonstratur eo quod patria dicitur hominum μαῖα A. P. VII, 78. 4. ἡ θρέψασα Polyb. XIII, 6. 4. eosque θρέψαι A. P. VII, 83. 1. 368. 5. Ar. Lysistr. 640. Hesiod. fr. 161. App. Ep. 342. 3. Christod. Ecphr. 126. Tertium distichon ex abrupto prioribus adiunctum esse minime assentior criticis qui hic duorum vel plurium versuum lacunam statuunt. Nam subitae Heracliti minae: οὐκ ἀπ᾽ ἐμεῦ; egregie in philosophi personam quadrant, qui moribus simillimus fuisse videtur Timoni de quo Callimachus A. P. VII, 318.

Μὴ χαίρειν εἴπῃς με, κακὸν κέαρ, ἀλλὰ πάρελθε·
ἶσον ἐμοὶ χαίρειν ἐστὶ τὸ μὴ σε γελᾶν,

ubi recte Iacobsius πελᾶν, et Diogeni, qui in Antipatri epigrammate c. 65, v. supra p. 272.

ἀλλ᾽ ἀτραποῦ τῆςδ᾽ ἐκτὸς ἴτ᾽ ἄφρονες, ὡς ὁ Σινωπεὺς
ἐχθαίρει φαῦλον πάντα καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Respondet viator verbis quibus animum Heracliti de-

linire conatur: *μὴ τρηχύς*, quibus confer Eupolid. fr. inc. XIV. *μὴ τρηχὺς ἴσθι.* Ad haec Heraclitus: *ἐπεὶ τάχα καὶ σύ τι πεύσῃ τρηχύτερον*, tu licet Epheso non oriundus graviora etiam maledicta audies iis quibus vivus cives lacessivi. In his codex *ἐπεὶ τάχα μαι σύ κτὲ.* Sedate vero et mitissime viator:

πάτρας χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

Ultima haec ambiguo sensu enunciata esse non est quod moneam.

Antiphilus c. 141.

Θεσσαλὲ Πρωτεσίλαε, σὲ μὲν πολὺς ᾄσεται αἰὼν
Τροίᾳ ὀφειλομένου πτώματος ἀρξάμενον,
σῆμα δέ τοι πτελέῃσι συνηρεφὲς ἀμφικομεῦσι
Νύμφαι ἀπεχθομένης Ἰλίου ἀντιπέρας·
δένδρεα δυςμήνιτα καὶ ἤν ποτε τεῖχος ἴδωσι
Τρώϊον αὐαλέην φυλλοχοεῦντι κόμην,
ὅσσος ἐν ἡρώεσσι τότ' ἦν χόλος, οὗ μέρος ἀκμὴν
ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρεμόσιν.

Ad versum primum confer A. P. I, 10. 49.

νηὸν ἀναστήσασα θεηδόκον, οὗ μέγας αἰὼν
οὐ δύναται μέλψαι χαρίτων πολυδαίδαλον αἴγλην.

IX, 821.

κοίρανοι, ὑμετέρην ἀρετὴν κάρτος τε καὶ ἔργα
αὐδήσει χρόνος αἰὲν ἕως πόλος ἀστέρας ἕλκῃ.

Epigr. C. I. c. 2884. 5.

οὐ κλέος οὐδ' αἰὼν ἐπιλήσεται· ἄνδρα γὰρ εἶδεν
τῶν πρὶν λειτουργῶν οὐδενὶ λειπόμενον,

ubi corrigendum *οἶδεν.* Antiphil. Plan. 334. 1. *ἀλλὰ σὸν οὔτι κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν Διόγενες καθελεῖ*, et ad adiectivum *πολύς* in *πολὺς αἰών* Macedon. A. P. IX, 645. 9.

πολὺς δέ με πολλάκις αἰὼν
ἄστεσιν ὀλβίστοις εὗρε μεγαιρομένην.

Archel. App. Ep. 14. 1. *πάντα δι' ἀλλήλων ὁ πολὺς σφραγίζεται αἰών*. 149. 2. *ὁ μυριέτης δ' οὐ μαρανεῖ σε χρόνος*. Dioscor. A. P. VII, 410. 5. *μυρίος αἰών*. VII, 225. 1. *ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος*. IX, 704. 1. *τήκει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος*. App. Ep. 104. 5. *οἵην οὐκ ἤνεικε πολὺς βίος*. Eur. Med. 430. *μακρὸς αἰὼν ἔχει πολλὰ μὲν εἰπεῖν*. Epigrammatis autem pars posterior prouti nunc legitur sine dubio corrupta est, nam in vs. 5 post *δένδρεα* desideratur coniunctio, et duo ultima disticha neque per se aptum praebent sensum neque necessariis copulis cohaerent. Vs. 5 non apparet quare additum sit superfluum *καί*, et exclamatio *ὅσσος — χόλος* vs. 7 sententiae ordinem pervertit. Viam emendandi monstrat codicis lectio vs. 7 *οὐ μέρος* et Philippi epigramma eiusdem argumenti, infra c. 385.

Ἥρως Πρωτεσίλαε, σὺ γὰρ πρώτην ἐμύησας
Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος,
καὶ περὶ σοῖς τύμβοις ὅσα δένδρεα μακρὰ τέθηλε
πάντα τὸν εἰς Τροίην ἐκκεκύηκε χόλον·
Ἴλιον ἢν ἐςίδῃ γὰρ ἀπ' ἀκρεμόνων κορυφαίων
καρφοῦται πετάλων κόσμον ἀναινόμενα·
θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας, ἡνίκα τὴν σὴν
σώζει καὶ στελέχη μῆνιν ἐπ' ἀντιπάλους;

In quo perfectum *ἐκκεκύηκε*, quod praesenti tempore dicendum fuerat, mutandum in *ἐγκεκύηκε*: tota Protesilai ira in Troiam arbores gravidae sunt. Ut hic autem *στελέχη* dicuntur *μῆνιν σώζειν*, ita in Antiphili carmine iungenda sunt: *δένδρεα — σώζει χόλον*, et restituta codicis lectione *οὐ μέρος* duo posteriora disticha ita scribenda sunt:

δένδρα δὲ δυςμήνιτα καὶ ἤν ποτὶ τεῖχος ἴδωσι
Τρώϊον αὐαλέην φυλλοχοεῦντα κόμην,

ὅσσος ἐν ἡρώεσσι τότ' ἦν χόλος, οὗ μέρος ἀκμὴν
ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρεμόσιν.

Dorica forma φυλλοχοεῦντι vel dialecti causa tollenda erat, ut et σᾶμα vs. 3; praeterea pro ἀκρέμοσιν ex codice restitui ἀκρεμόσιν. Sensus: arbores iratae et ut Ilium adspiciunt inarescentes non unius tantum Protesilai inimicissimi odium sed omnium quotquot Troiam oppugnarunt fortium virorum iram servant."

Incertus c. 179.

Σοὶ καὶ νῦν ὑπὸ γῆν, ναὶ δέσποτα, πιστὸς ὑπάρχω,
ὡς πάρος, εὐνοίης οὐκ ἐπιληθόμενος,
ὥς με τότ' ἐκ νούσου τρὶς ἐπ' ἀσφαλὲς ἤγαγες ἴχνος
καὶ νῦν ἀρκούσῃ τῇδ' ὑπέθου καλύβῃ,
Μάνην ἀγγείλας Πέρσην γένος· εὖ δέ με ῥέξας
ἕξεις ἐν χρείῃ δμῶας ἑτοιμοτέρους.

Ultimorum verborum interpretationem dedit Iacobsius hanc: tua erga me benignitas et reliquos servos ad ministerium tuum promtiores reddet. Quae sententia mihi admodum ieiuna videtur, neque dubito quin scribendum sit:

εὖ δέ με ῥέξας
ἕξεις ἐν χρείῃ δμῶος ἑτοιμότερον.

Beneficiis tuis ita tibi devinctus sum, ut non tantum tam quam famulus vel servus sed grato animo et amore promtissimus sim in obsequium tuum. Confer c. 178. 3. ἦν δ' ὑπὸ γήρως πρός με μόλῃς, σὸς ἐγω, δέσποτα, κὴν Ἀΐδῃ. c. 180. 6.

Antonius Thallus c. 188.

Δύςδαιμον Κλεάνασσα, σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο κούρη
ὥριος, ἀκμαίης οἷά τ' ἐφ' ἡλικίης·
ἀλλὰ τεοῖς θαλάμοισι γαμοστόλος οὐχ Ὑμέναιος
οὐδ' Ἥρης ζυγίης λαμπάδες ἠντίασαν,
πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς

Φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα·
ἤματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστὰς
τούτῳ πυρκαΐης οὐ θαλάμων ἔτυχες.

Vs. 1 codex γάμῳ ἔπλεο κούρωι ὥριον, unde praestare opinor:

σὺ μὲν γάμος ἔπλεο κούρῳ
ὥριος ἀκμαίης οἷά τ' ἐφ' ἡλικίης.

Confer Hesiod. Op. 697. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος. Solon. fr. 25. 9. πέμπτῃ δ' ὡρίου ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι. A. P. VII, 487. 2. 488. Paus. I, 19. 1. παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου. Versu septimo Iacobsius verba λαμπάδι ἀνήπτετο παστάς, quae significant »thalamus facibus incendebatur" interpretatus est: »dies quo thalamus facibus accensis illustrabatur" comparatis locis ubi dicuntur arae καίεσθαι et ἀνακαίεσθαι. Mihi transpositis vocabulis scribendum videtur:

ἤματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο παστάδι λαμπὰς,
τούτῳ πυρκαΐης οὐ θαλάμων ἔτυχες.

Thyillus c. 223.

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκας
τῇ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥῖψαι ἐπισταμένη,
ἡ λωτῷ κερόεντι φορουμένη, ἡ τρὶς ἐφεξῆς
εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας,
ἐνθάδ' ὑπὸ πτελέαις ἀναπαύεται, οὐκέτ' ἔρωτι
οὐκέτι παννυχίδων τερπομένη καμάτοις·
κῶμοι καὶ μανίαι μέγα χαίρετε· κεῖθ' ἁ μυρίπνους
ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

Vs. 2 emendavi codicis lectionem καὶ Κυβέλῃ supra ad VI, 173. Confer Leonidam VI, 281. 5. παρὰ βωμῷ παρθενικὴ ἐτίναξ' ἔνθα καὶ ἔνθα κόμην. Ita enim scribendum pro vulgata παρθενικήν. Oppositum est παρθενική verbis κεὶς γάμον ἁβρύναις. Ad vs. 3 cf. Nonn. Dion. VIII, 26.

κερόεντος κτύπον αὐλοῦ. In versu minore eiusdem distichi recte Toupius *κύλικα*, neque dubito quin vere I. G. Schneiderus correxerit *χανδοποτεῖν.* Labes versui septimo in fine inhaerens, metro conspicua est, quam equidem sustulerim correcto:

κεῖθι μυρίπνοις
ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

Adverbia *ἐκεῖσε* et *ἐκεῖ* de inferis dici notissimum est, et ita Agathias A. P. IV, 4. 5.

ἡ δ' ἀρετὴ σοφίης τε χάρις καὶ κεῖθι συνέρπει
κἀνθάδε μιμνάζει μνῆστιν ἐφελκομένη

et de mortuo Crantore Theaetetus App. Ep. 36. 4.

ἦ ῥ' ὅγε καὶ κεῖθι ζώει ἐν εὐθυμίῃ,

ubi vitium metricum nemodum certa emendatione sanavit. De forma contracta *μυρίπνοις* v. supra ad IV, 3. 91.

Anacreon c. 226.

Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα
πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἥδ' ἐβόησε πόλις·
οὔ τινα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης
ἠνάρισεν στυγερῆς ἐν στροφάλιγγι μάχης.

Pro *ἐβόησε* fuit qui corrigeret *ἐγόησε*, quod non necessarium esse docuit Iacobs. N. Cr. p. 272. 334. Ad sententiam apte conferri possunt App. Ep. 275. 2. *ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς ἐδάκρυσε λεώς.* 401. 7. *ἀμφὶ δέ μοι καὶ δῆμος ἅπας ἐδάκρυσεν Ἀθήνης.* Callim. A. P. VII, 517. 5. *κατήφησεν δὲ Κυρήνη πᾶσα τὸν εὔτεκνον χῆρον ἰδοῦσα δόμον.* Sed ita mihi verba *ἐπὶ πυρκαϊῆς* supervacanea videntur et omnino aliena, quamobrem poetam scripsisse puto:

πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἥδ' ἐπέβησε πόλις,

i. e. *δημοσίᾳ ἔθαψε.* Confer Arist. Pepl. 75.

Ταλθύβιον θεράποντα θεῶν κήρυκα καὶ ἀνδρῶν
ὧδε Μυκηναίων δῆμος ἔθαψεν ἅπας.

Epigr. Mus. Rhen. 1836. p. 411.

ἔξοχα δ' αἰνήσασα θεόκτιτος ἅδε σε γαῖα
Φροντίδι πανδήμῳ σὸν δέμας ἐκτέρισεν,
οὕνεκα καὶ πατέρων ἐπὶ γυμνάδος ἠδὲ Φιλόπλου
πρόσθε νέων ἀγέλας ἔδρακεν ἁγεμόνα.

Apollonides c. 233.

Αἴλιος Αὐσονίης στρατίης πρόμος, ὁ χρυσέοισι
στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους,
νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
εἶδεν ἀριστείην ἐμφανὲς εἰς ἰδίην·
πῆξε δ' ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἐὸν ξίφος, εἶπέ τε θνήσκων·
αὐτὸς ἑκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχῃ.

Vs. 3 Wakefieldius Sylv. Crit. I. p. 163. coniecit: νύσσαν ὅτ' εἰς ὑπάτην, quod recte quidem reiecisse videtur Iacobsius, sed vulgata sana haberi nequit; quinam enim morbus sit ὑπάτη νοῦσος non intelligo, neque adiective ὕπατος tribui potest vis, *insanabilis*, *letalis*. Quare alterum distichon ita scribo:

νοῦσον ὅτ' εἰς πυμάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
εἶδεν ἀριστείην ἐμφανῆ εἰς ἰδίην.

Ut Antipater VII, 246. 3. οἵ ποτ' ἄνακτι Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφεσπόμεθα. 268. 1. ναυηγόν με δέδορκας ὃν ῥιπτεῖρασα θάλασσα γυμνῶσαι πυμάτου φάρεος ᾐδέσατο. 290. 3. πυμάτῳ βεβαρημένον ὕπνῳ. Recte autem dictum ὠλίσθανε εἰς τέρμα ἄφυκτον, i. e. εἰς Ἅιδου, ut in App. Ep. 238. 1.

μήπω γευσάμενος ἥβης ὄλισθον ἐς Ἅιδου,

Leonid. A. P. VII, 273. 3. ἀπώλισθον δὲ βίοιο, Babrias f. XII, 4. Ἴτυν ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης. Nonn. Dion. XI, 204. ὀλισθήσειεν ὀλέθρῳ. Proprie Antiphilus VII, 622. 5. κάππεσε δ' εἰς Ἀΐδαο. In versu minore scripsi ἐμφανῆ, collato Philippi versu c. 234. 3. ἔδραμε θυμῷ ἐς προτέρων ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην, ubi scribendum: ἔδρακε. In plu-

rali *αὐχένας* vs. 2 ne quis haereat prohibet Philipp. A. P. IX, 56. 4.

κρυμῷ τοὺς ἁπαλοὺς αὐχένας ἀμφεκάρη.

Lollius Bassus c. 243.

Φωκίδι πὰρ πέτρῃ δέρκευ τάφον· εἰμὶ δ' ἐκείνων
τῶν ποτε Μηδοφόνων μνᾶμα τριηκοσίων,
οἳ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον, ἀμβλύναντες
Ἄρεα καὶ Μήδων καὶ Λακεδαιμονίων·
ἣν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῖο βοόστρυχον εἰκόνα θηρὸς
ἔννεπε· τοῦ ταγοῦ μνᾶμα Λεωνίδεω.

Quam ultimi distichi feci emendationem:

ἣν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῦ ἰοβόστρυχον εἰκόνα θηρὸς
ἔννεπε τοῦ ταγοῦ μνῆμα Λεωνίδεω,

eam pro parte impugnavit Schneidewinus, quum nulli inveniantur leones *ἰοβόστρυχοι*; praestare *δασυβόστρυχον*. Qui interpretationem adiectivi quod lenissima mutatione restitui petiisse videtur ex Hesychio: *ἰοπλόκαμος, μελανόθριξ*, Meleagro A. P. IV, 1. 21. *ἴον μέλαν*, Rufin. V, 74. 4. *κυαναυγὲς ἴον*. Sed aliud violarum genus dicitur *ἴον κρόκεον*, viola flava, unde in Priapeis:

luteae violae mihi luteumque papaver,

et Virg. Ecl. II, 47.

pallentes violas et summa papavera carpens,

Hor. Od. III, 10. 14. » tinctus viola pallor amantium.“ Et Nicander *ἴον* dicit:

ὠχρόν τε χρυσῷ τε φυὴν εἰς ὦπα προσειδές.

Hinc Pind. Ol. VI, 55. *ἴων ξανθαῖς ἀκτῖσιν.* Idem Pindarus Venerem dixit *ἰοβλέφαρον*, Lucian. Pro Imag. c. 26. id est, flavis capillis in superciliis ornatam. Quod argutius dictum quam *ξανθᾶς Διώνας* Theocr. VIII, 117. Et Bacchus qui vulgo *ξανθοκόμης* audit, dicitur *ἰόπλοκος* A. P. IX, 524. 10. Epitheton igitur *ἰοβόστρυχος* non differt a

ξανθόκομος, quo aliis locis leonem dictum invenias. Ad *ἔννεπε* confer A. P. VII, 103. 2. 212. 1.

Αἰθυίας ξένε τόνδε ποδηνέμου ἔννεπε τύμβον

VI, 311. App. Ep. 113. 1.

ἄλσος μὲν Μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ἀνακεῖσθαι.

Caeterum in milites, quorum dux fuit Leonidas, eiusdem Lollii Bassi epigramma legitur A. P. IX, 279. Quae in eundem locum congreganda.

Diotimus c. 261.

Τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν; τί δὲ τέκνα τεκέσθαι;
μὴ τέκοι, εἰ μέλλει παιδὸς ὁρᾶν θάνατον;
ἠϊθέῳ γὰρ σῆμα Βιάνορι χεύατο μήτηρ·
ἔπρεπε δ' ἐκ παιδὸς μητέρα τοῦδε τυχεῖν.

Vs. 2 Brunckius *ἢ μέλλει* pro codicis lectione *εἰ μέλλοι*. Scribendum haud dubie:

ἢ τέκοι εἰ μέλλει παιδὸς ὁρᾶν θάνατον.

Posidippus c. 267.

Ναυτίλοι, ἐγγὺς ἁλὸς τί με θάπτετε; πολλὸν ἄνευθε
χῶσαι ναυηγοῦ τλήμονα τύμβον ἔδει.
Φρίσσω κύματος ἦχον ἐμὸν μόρον· ἀλλὰ καὶ οὕτως
χαίρετε, Νικήτην οἵτινες οἰκτίρετε.

Parum apte nomini *τύμβον* additum adiectivum *τλήμονα*, quare scribendum puto:

χῶσαι ναυηγῷ τλήμονι τύμβον ἔδει;

vel quod eodem redit: *χῶσαι ναυηγὸν τλήμονα τύμβῳ ἔδει*, ut Eur. Or. 1585. *ἀπόδος δάμαρτος νέκυν ὅπως χώσω τάφῳ*. Callim. A. P. VII, 277. 2. *χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ*. 584. *ναυηγόν με λαβὼν καὶ σήματι χώσας*. 591. 3. *λιτῷ μέγαν ἀνέρα χῶσαι σήματι*. In vs. 4 Scaliger pro *οἰκτίρετε* coniecit *ἐκτέρετε*, de qua forma et ipsa dubito. Malim *ᾠκτίσατε*.

Callimachus c. 277.

Τίς ξένος, ὦ ναυηγέ; Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν
εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοῦ, χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ
δακρύσας ἐπίκηρον ἑὸν βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
ἥσυχος αἰθυίῃ δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ.

Scribendum puto:

Τὶν, ξένος ὦ ναυηγὲ, Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν
εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοῦ χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ,

interiectione non praeposita sed media inserta, ut c. 636. 1. ποιμὴν ὦ μάκαρ. Diotim. VI, 267. 1. Φωσφόρος ὦ σώτειρα c. 734. 3.

ἀλλὰ, φίλος γ' ὦ πρέσβυ, γένοιτό τευ ὄλβια τέκνα
ἐλθεῖν καὶ λευκῆς ἐς δρόμον ἡλικίης.

Vide intpp. ad h. Hom. I, 14.

Theo c. 292.

Ἀλκυόσιν, Λήναιε, μέλεις τάχα· κωφὰ δὲ μήτηρ
μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μυρομένη σε τάφου.

Versum alterum, in quo Iacobsius coniecit: σμύχεθ' ὑπὲρ κτὲ., Meinekius p. 182 in hexametri numeros coegit, scripto: μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μινυρομένη σε τάφοιο. Reponendum vero, quod proxime a literarum maiorum ductibus abest:

μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῦ σμυχομένη σε τάφου.

Quod verbum aptissime congruit cum altero κωφὰ μύρεται.

Polystratus c. 297.

Τὸν μέγαν Ἀκροκόρινθον Ἀχαΐκὸν, Ἑλλάδος ἄστρον,
καὶ διπλῆν Ἰσθμοῦ σύνδρομον ᾐόνα
Λεύκιος ἐστυφέλιξε, δοριπτοίητα δὲ νεκρῶν
ὀστέα σωρευθεὶς εἷς ἐπέχει σκόπελος·
τοὺς δὲ δόμον Πριάμοιο πυρὶ πρήσαντας Ἀχαιοὺς
ἀκλαύστους κτερέων νόσφισαν Αἰνεάδαι.

In codice Palatino vs. 3 legitur ἐστυφέλιξα. Quod longe ineptissimum, minime enim vs. 5 Mummii crudelitatem

excusat poeta, quod Iacobsio visum, sed ossa militum, quos a Romanis supremo honore sepulcri orbatos esse indignabundus notat Polystratus, a Corinthiis in unum tumulum coacervata et sub uno lapide sepulta ait, ut apparet ex aoristo νόσφισαν vs. 4. Nomen igitur σκόπελος idem significat quod πέτρη, sed huic non convenit σωρευθείς, quod mutandum in σωρευθένθ' εἷς, vel potius in σωρευτῶν, ut rectissime se habet versus:

δοριπτοίητα δὲ νεκρῶν
ὄστεα σωρευτῶν εἷς ἐπέχει σκόπελος.

Leonidas c. 316.

Τὴν ἐπ' ἐμεῦ στήλην παραμείβεο, μήτε με χαίρειν
εἰπὼν μήθ' ὅςτις, μὴ τίνος ἐξετάσας·
ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὁδόν· ἢν δὲ παρέλθῃς
σιγῇ, μηδ' οὕτως ἣν ἀνύεις τελέσαις.

Vs. 2 recte Brunckius scripsisse videtur μ' ἢ τίνος, contra quem quod monuit Iacobsius recte μή post μήτε inferri, id nihil ad hunc locum, quum vulgaris sit interrogandi formula: τίς ἢ τίνος, v. Leonid. c. 478. 1. 503. 2. εἴποις ὅντιν' ἔχεις ἢ τίνος ἢ ποδαπόν. IX, 448. ἐρευνᾶν τίς πόθεν ἠὲ τίνων. XII, 118. ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα τίς ἢ τίνος. Nonn. Paraphr. VIII, 58. εἰ μὴ ἐμὲ γνώσεσθε τίς ἢ τίνος εἰμὶ τοκῆος. Saepius τίς καὶ τίνος legitur. Leonidae distichon aliter legitur in Westerm. Biogr. p. 393. 52.

τήνδε σὺ τὴν στήλην παραμείβεο μήτε με χαίρειν
εἰπών, μηθ' ὅςτις, μὴ τίνος εἰρόμενος.

Vs. 3 Iacobsius notandum esse annotavit ἀνύειν ὁδόν hoc loco esse simpliciter *ire*, *incedere per viam*, cum saepius *viam perficere* significet. Ego vero non video quid discriminis intercedat inter ὁδὸν ἀνύειν et τελεῖν. Utroque igitur loco corrigam τανύεις, ut Hom. Od. VIII, 121. τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος. Arat. 1050. ἀσφαλέως τανύ-

σειαν ἕνα δρόμον ἤλιθα πᾶσαι. Anacreont. 38, 5. δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν. Ap. Rh. IV, 1583. πλόος τετάνυσται. v. Schaefer. Bos. Ell. p. 121. Confer tamen A. P. XIV, 106. 1. ποῦς ἀνύω τρίβον.

Incertus c. 331.

Τύμβον ἐμοὶ τοῦτον γαμέτης δωρήσατο Φρούρης
ἄξιον ἡμετέρης εὐσεβίης στέφανον,
λείπω δ' ἐν θαλάμοις γαμέτου χορὸν εὐκλέα παίδων,
πιστὸν ἐμοῦ βιότου μάρτυρα σωφροσύνης·
μουνόγαμος θνήσκω, δέκα δ' ἐν ζωοῖσιν ἔτι ζῶ,
νυμφικὸν εὐτεκνίης καρπὸν ἀειραμένη.

Vs. 1 nomen viri Φρούρης depravatum esse recte statuisse videtur Brunckius. Latet haud dubie nomen Latinum desinens in ens, ut Κλήμης, Clemens. Proxime ad codicis lectionem accedit Φούρης, Furens. Praeterea pro δωρήσατο scribendum est δωμήσατο, ut c. 228, 1.

αὐτῷ καὶ τεκέεσσι γυναικί τε τύμβον ἔδειμεν
Ἀνδροτίων· οὔπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος.

Incertus c. 337.

Μή με θοῶς κύδιστε, παρέρχεο τύμβον ὁδῖτα,
σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ κελευθοπόρε·
δερκόμενος δ' ἐρέεινε τίς ἢ πόθεν· Ἁρμονίαν γὰρ
γνώσεαι ἧς γενεὴ λάμπεται ἐν Μεγάροις·
πάντα γὰρ ὅσσα βροτοῖσι φέρει κλέος, ἦεν ἰδέσθαι
εὐγενίην ἐρατὴν, ἤθεα, σωφροσύνην·
τοίης τύμβον ἄθρησον· ἐς οὐρανίας γὰρ ἀταρποὺς
ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη.

Vs. 2 offendit κελευθοπόρε post ὁδῖτα superfluum et otiosum. Scribendum videtur κελευθοπορῶν. Neque valde placet σοῖσιν initio versus. Versu quinto ἦεν ἰδέσθαι mutandum in εἶχεν ἰδέσθαι sc. Ἁρμονία, ut hoc distichon apte cum superioribus coniunctum sit.

Incertus c. 340.

Νικόπολιν Μαράθωνις ἐθήκατο τῇδ' ἐνὶ πέτρῃ
ὀμβρήσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην·
ἀλλ' οὐδὲν πλέον ἔσχε· τί γὰρ πλέον ἀνέρι κήδευς
μούνῳ ὑπὲρ γαίης, οἰχομένης ἀλόχου;

Quum vs. 1 contra carminis sententiam mulier Marathonis Nicopolin mortuum sepulturae mandasse dicatur, Scaliger correxit Μαραθὼν ἐξεθήκατο, quod Iacobsius recepit Del. Ep. p. 293. Νικόπολις ita nomen uxoris habendum esset ut Νικησίπολις feminae nomen, Dicaearch. ap. Athen. XIII, 5. et Κρατησίπολις, uxor Alexandri filii Polysperchontis. Ego vero non dubito quin Νικόπολις viri nomen habendum sit, ut Εὔπολις, Σώπολις, Σωσίπολις. Hinc corrigo:

Νικόπολις Μαράθωνιν ἐθήκατο τῇδ' ἐνὶ πέτρῃ.

Versu sequenti ὀμβρήσας male tentatum; cf. Nonn. Dion. II, 32. ὑψιλόφου δὲ γίγαντος ἐχιδναίῃσιν ἐθείραις πίδακας ὀμβρήσαντος. XXXVI. 119. ὕδασιν ὀμβρήσας χυτὸν αἰθέρα, v. Lobeck. Soph. Ai. 40. p. 96 sq. Vs. 3 verborum ἀλλ' οὐδὲν πλέον ἔσχε sensus: nihil inde praesidii lucrive retulit. Corrigendum: ἄλλ' οὐδέν, i. e. nihil ei magis cordi curaeque erat, hoc unum agebat.

Philippus c. 383.

Ἠπείρῳ μ' ἀποδοῦσα νέκυν, τρηχεῖα θάλασσα,
σύρεις καὶ τέφρης λοιπὸν ἔτι σκύβαλον,
κἠν Ἀΐδῃ ναυηγὸς ἐγὼ μόνος, οὐδ' ἐπὶ χέρσου
εἰρήνην ἕξω Φρικαλέης σπιλάδος·
ἢ τύμβευε κενοῦσα καθ' ὕδατος ἢ παραδοῦσα
γαίῃ τὸν κείνης μηκέτι κλέπτε νέκυν.

Iacobsius qui in vs. 4 iungendum monuerat: οὐδὲ ἐπὶ σπιλάδος χέρσου, ipse recte addidit in vulgata paullo duriorem esse verborum coniunctionem et ad εἰρήνην genitivum desi-

derari rei, ut *εἰρήνην ἁλὸς*, *κυμάτων*, vel simile quid. Plura nomina quae hic reponi possent ad sententiam redintegrandam nobis occurrunt, ut *ψακάδος*, *λιβάδος*, *σταγόνος*, quorum ultimum mihi prae reliquis placet. Confer Pallad. A. P. X, 56. 15. *ἀλλ' Ἀφροδίτης οἴστρων εἰρήνην οὐδὲ τὸ γῆρας ἔχει.* Ita scribendum pro *ἄγει*. Nam *εἰρήνην ἔχειν τινός* est: »malo quo vexabaris, liberatum esse." Corruptum etiam *κενοῦσα*, quod inconsiderate Brunckius mutavit in *κρατοῦσα*. Corrigo: *καινοῦσα*, hoc sensu: idem mare, quo perii, aquis me obruat.

Antipater c. 390.

Κυλλήνην ὄρος Ἀρκάδων ἀκούεις·
αὕτη σῆμ' ἐπίκειτ' Ἀπολλοδώρῳ·
Πίσηθέν μιν ἰόντα νυκτὸς ὥρῃ
ἔκτεινεν Διόθεν πεσὼν κεραυνός·
τηλοῦ δ' Αἰγανέης τε καὶ Βερροίης
νικηθεὶς Διὸς ὁ δρομεὺς καθεύδει.

Sex hendecasyllabi inscripti fuisse videntur cenotaphio Apollodori in urbe patria Beroea. Quare duas urbes hic memorari non potuisse contendo, quod Brodaeus et Scaliger parum respexerunt *Αἰανέης* hoc loco restituendum esse suspicati. Equidem terrae patriae potius nomen in corrupto *Αἰανέης* delitescere puto. Quod fuisse videtur *Αἰγεαδῶν*, i. e. Macedonum sive Macedoniae. Confer Iustin. VII, 1. »Urbem quoque Edessam ob memoriam muneris Aegas, populum Aegeadas vocavit," quod gentile est *Αἰγεάτης* apud Steph. Byz. v. *Αἰγαί*. Inepte vero vs. 2 ipse mons Cyllenius Apollodoro mortuo iniectus esse dicitur. Corrige:

ταύτῃ σῆμ' ἐπίκειτ' Ἀπολλοδώρῳ.

Diocles c. 393.

Μή με κόνι κρύψητε — τί γάρ; — πάλι, μηδ' ἐπὶ ταύτης

ἠόνος οὐκ ὀνοτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε·
μαίνετ' ἔτ' εἴς με θάλασσα καὶ ἐν χέρσοιό με δειλὸν
εὑρίσκειν ῥαχίαις οἶδε καὶ εἰν Ἀΐδῃ·
χέρσον ἐπεμβαίνειν εἰ ἐμεῦ χάριν ὕδατι θυμὸς
πάρκειμαι σταθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Vs. 1 recte Iacobsius πάλι iunxit cum κρύψητε, mediis interiectis τί γάρ; sed eidem viro doctissimo non assentior ἐπὶ ταύτας ἠόνας quod in codice legitur hoc loco sanum esse, quum ordo verborum sit: μηδ' ἐπιτίθετε ἐμοὶ οὐκ ὀνοτὴν γαῖαν ταύτης ἠϊόνος. Scripsi igitur cum Brunckio: ταύτης ἠόνος. Codex vs. 3 μαίνετε δ' εἴς με θάλασσα, quod correxi, adverbium enim ἔτι necessarium videbatur. Eaedem membranae χέρσοισι, quod adiective dictum defendit Meinekius ex Soph. Ant. 251. στυφλὸς δὲ γῆ καὶ χέρσος. Sed hoc loco requiritur ipsum substantivum *litus* mari oppositum. Versum quartum constitui de sententia Huschkii; codex: εὑρίσκει ῥαχίαις, οἶδέ με κὴν Ἀΐδῃ. Aliter Meinekius p. 194. Vs. 5 correxerunt I. G. Schneiderus ad Oppian. Hal. IV, 134. et Iacobsius, cuius emendationem ἀρκεῦμαι pro πάρκειμαι cum Meinekio verum habeo, sed caetera eiusdem pentametri verba ab omni labe immunia esse non puto. Pro μευ quod vs. 5 legebatur, scripsi ἐμεῦ.

Dioscorides c. 410.

Θέσπις ὅδε, τραγικὴν ὃς ἀνέπλασε πρῶτος ἀοιδὴν
κωμήταις νεαρὰς καινοτομῶν χάριτας,
Βάκχος ὅτε τριθὺν κατάγοι χορὸν, ᾧ τράγος ἄθλων
χὠττικὸς ἦν σύκων ἄρριχος ἆθλον ἔτι.
οἱ δὲ μεταπλάσσουσι νέοι τάδε· μυρίος αἰὼν
πολλὰ προςευρήσει χἄτερα· τἀμὰ δ' ἐμά.

Vs. 3 Meinekius Hermanni suasu scripsit: Βάκχος ὅτε τριτ-

τύι κατάγοι χορόν. Sed deus Bacchus dici nequit chorum tribui deduxisse. Corrigo:

Βάκχῳ ὅτε τριττὺς κατάγοι χορόν.

Idem Meinekius p. 163. recte ἄθλων sanum esse monuit. Id iungendum cum ἄθλον, collata Anth. Plan. 361. 5. ἢ παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχεις ἀέθλων ἄθλα λιπεῖν ἑτέροις. In versu ultimo idem egregia emendatione restituit τἄμά pro τἄλλα.

Dioscorides c. 411.

Θέσπιδος εὕρεμα τοῦτο· τὰ δ' ἀγροιῶτιν ἀν' ὕλαν
παίγνια καὶ κώμους τούσδε τελειοτέρους
Αἰσχύλος ἐξύψωσεν, ὁ μὴ σμιλευτὰ χαράξας
γράμματα, χειμάρρῳ δ' οἷα καταρδόμενα,
καὶ τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν· ὦ στόμα πάντων
δεξιὸν ἀρχαίων ἦσθά τις ἡμιθέων.

Primum distichon, sententiae partibus in unum coniunctis, ita scribendum est:

Θέσπιδος εὕρεμα τοῦτο τά τ' ἀγροιῶτιν ἀν' ὕλαν
παίγνια καὶ κώμους τούσδε τελειοτέρους
Αἰσχύλος ἐξύψωσε, κτέ.

Praeterea haereo in verbis χειμάρρῳ δ' οἷα καταρδόμενα, quum inepte mihi videantur Aeschyli tragoediae dici torrente irrigari et prolui. Vulgo enim in hac comparatione poetae ipsi torrentis ritu ferri dicuntur. Quamobrem conieci:

χειμάρρῳ δ' ἶσα καταρδόμενα —

γράμματα. Poemata eius torrentis modo praecipitis de vertice montis delabi optime dicuntur. Vs. 6 Reiskius pro δεξιόν coniecit ἄξιον ex Antipatro VII, 409. 6.

Ὄβριμον ἀκαμάτου στίχου αἴνεσον Ἀντιμάχοιο
ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων.

Et sane dexteritas dicendi artificiosa ab Aeschylo alienissima, nec eleganter dictum στόμα πάντων δεξιόν, sed prae-

terea *ἦσθά τις* corruptum videtur, quae verba ita emendanda puto ut verba *ἀρχαίων ἡμιθέων* etiam ad *πάντων* pertineant, et Aeschyli os personarum habitu augustiore dignissimum fuisse dicatur. Ita de Sophocle Statyll. Flacc. IX, 98. 6.

αὐτοῖς ἡρώων φθεγξάμενον στόμασιν.

Antipater c. 413.

Οὐχὶ βαθυστόλμων Ἱππαρχία ἔργα γυναικῶν
τῶν δὲ Κυνῶν ἑλόμαν ῥωμαλέον βίοτον·
οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονητίδες, οὐ βαθύπελμος
εὐμαρὶς, οὐ λιπόων εὔαδε κεκρύφαλος·
οὐλὰς δὲ σκήπωνι συνέμπορος, ἅ τε συνῳδὸς
δίπλαξ καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος·
ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων ἀμιν Ἀταλάντας
τόσσον ὅσον σοφία κρεῖσσον ὀριδρομίας.

Vs. 5 emendavi codicis lectionem *οὖδας*, quod in *θυλάς* ex Toupii coniectura mutarant editores. Eandem vocem *οὐλάς* restituendam esse vidit postmodo Lobeckius. Versu septimo lenissima simul et aptissima emendatione locum male affectum mihi sanasse visus sum. Scribendum enim:

ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων μνᾶμα Ἀταλάντας
τόσσον ὅσον σοφία κρεῖσσον ὀριδρομίας.

Ita enim rectius quam *ὀρειδρομίας* scribi docuit Lobeck. Paral. II. p. 455. Hipparchia famam suam inter posteros longe praestare ait famae quae de Atalanta inter homines viget.

Meleager c. 417.

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος· πάτρα δέ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις·
Εὐκράτεω δ' ἔβλαστον ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος
πρῶτα Μενιππείοις συντροχάσας Χάρισιν·
πουλυετὴς δ' ἐχάραξα τάδ' ἐν δέλτοισι πρὸ τύμβου·

γήρως γὰρ γείτων ἐγγύθεν Ἀΐδεω.
ἀλλά με τὸν λάλιον καὶ πρεσβύτην προςειπὼν
χαίρειν, εἰς γῆρας καὐτὸς ἵκοιο λάλον.

Versu secundo pro Γαδάροις scribendum Γάδαρα, Syriae urbs, quam propter doctrinarum cultus laudem poeta dixit Ἀτθίδα. Versu sexto iniuria Planudes: γῆρας γὰρ γεῖτον κἀγγύθεν Ἀΐδεω. Explicat poeta verba: πρὸ τύμβου, quum longaevus sibi iamiam moriturus videretur, ut homini ad senectutem vergenti quotidie mors exspectanda. Ita πολιοῦ γήραος ἀγχίθυρος Leonidas c. 726. 4. Vs. 7 scribenbendum προτιειπὼν pro codicis lectione προςειπών. Ita Xen. Hell. IV, 1. 31. ἀλλήλους χαίρειν προςεῖπαν. Eupolis fr. inc. 21. πρῶτος γὰρ ἡμᾶς ὦ Κλέων χαίρειν προςεῖπας πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. Babrias fab. 95. 12.

Diotimus c. 420.

Ἐλπίδες ἀνθρώπων ἐλαφραὶ θεαί· — οὐ γὰρ ἂν ὧδε
Λέσβον' ὁ λυσιμελὴς ἀμφεκάλυψ' Ἀΐδης,
ὅς ποτε καὶ βασιλῆϊ συνέδραμε, καὶ μετ' Ἐρώτων
χαίρετε κουφόταται δαίμονες ἀθανάτων·
αὐλοὶ δ' ἄφθεγκτοι καὶ ἀπευθέες οἵ σ' ἐνέπουσι
κεῖσθ', ἐπεὶ οὐθ' ἱερὸς . . . . . οἶδ' Ἀχέρων.

Secundum distichon feliciter tractavit Meinekius p. 142. qui verba ita scripta:

ὅς ποτε καὶ βασιλῆϊ συνέδραμε, ναὶ μετ' Ἐρώτων
χαίρετε κουφόταται δαίμονες ἀθανάτων

interpretatus est: »qui quondam Persarum rege viguit beatior. Valete Spes et Amores levissimi immortalium.« De συντρέχειν, *convenire*, *aequare*, idem dixit ad Comic. III. p. 382. Confer Meleagr. A. P. VII, 417. 4.

πρῶτα Μενιππείοις συντροχάσας Χάρισιν.

Schol. Eur. Hec. I. Νίκανδρος δὲ Εὐριπίδῃ συνδραμὼν τὴν Ἑκάβην φησὶ Κισσέως. Et ita παρέδραμε, *superavit*. Sed

pro *βασιλῆϊ* scripserim *βασιλεῦσι*, cl. Leonid. VII, 740, 2. *ὁ πρὶν καὶ Γύγῃ παρισεύμενος ὄλβον, ὁ τὸ πρὶν βουπάμων.* Integrum igitur distichon ita scribendum puto:

ὅς ποτε καὶ βασιλεῦσι συνέδραμεν· αἱ μετ' Ἐρώτων
χαίρετε κουφόταται δαίμονες ἀθανάτων.

Ita Spes dicitur plane ut Amores levissima immortalium esse, cui adeo valedicendum sit. Confer inscriptionis sepulcralis versus App. Ep. 349. 7.

ἔῤῥετε μέρμηραι θυμαλγέες· ἄμμοροι ἐσθλῆς
ἐλπίδος ἄνθρωποι· πάντα δ' ἄδηλα Τύχης.

Vs. 5 non assentior Meinekio p. 142. scripsisse poetam: *αὐλοὶ — οἵδ' ἐνέπουσι κεῖσθαι* » tibiae illae in sepulcro positae mutas et inglorias se iacere indicant." Exspectaveris enim hanc sententiam: tibiae mortui artem desiderantes te lugent et in sepulcro positae defunctum indicant.

Simonides c. 443.

Τῶνδέ ποτε στέρνοισι τανυγλώχινας ὀϊστοὺς
λοῦσεν Φοινίσσᾳ θοῦρος Ἄρης ψακάδι·
ἀντὶ δ' ἀκοντοδόκων ἀνδρῶν μνημεῖα θανόντων
ἄψυχ' ἐμψύχων ἅδε κέκευθε κόνις.

Lemma huic epigrammati adscriptum: *Σιμωνίδου· εἰς τοὺς πεσόντας παρ' Εὐρυμέδοντα ποταμὸν Ἕλληνας*, in causa fuit ut I. G. Schneiderus et Schneidewinus ad Simonid. p. 157. hoc carmen Simonidi abiudicarent; Iacobsius tres priores versus Simonidis ingenio non indignos, quartum vero a versificatore aliquo assutum putavit. Meinekius nuper p. 227. nihil hic bono poeta indignum censet, modo quae corrupta sunt recte emendentur; corrigendum enim esse *ἄψυχ' εὐψύχων*, poetamque inanimia fortium virorum monumenta dicere ossa mortuorum. Sed *μνημεῖα θανόντων* non sunt ossa mortuorum, sed sepulcra, et saepe in epigrammatis eandem invenias sententiam pro ipsis vi-

vis mortuorum tantum sepulcra lapidea nobis superesse, ut in Epigr. Athen. VIII, 14.

πιὲν, φαγὲν καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν·

κἀγὼ γὰρ ἕσταχ' ἀντὶ Βακχείδα λίθος.

Callim. A. P. VII, 271. 5. ἀντὶ δ' ἐκείνου οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα. 467. 7. ἀντὶ δὲ σεῖο στάλα καὶ κωφὰ λείπεται ἄμμι κόνις. c. 649. ἀντί τοι εὐλεχέος θαλάμου σεμνῶν θ' ὑμεναίων μάτηρ στῆσε τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ παρθενικάν. IX, 600. 3. ὦ Βάκχε χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινῶ τίν ὧδ' ἀνέθηκαν. Sepulcra autem illa et monumenta per Graecae linguae indolem dici nequeunt ἔμψυχα, quam ob caussam maxime improbandam censeo Bergkii coniecturam ἔμψυχ' ἀψύχων, Lyric. Gr. p. 779. Reliqua igitur alterius distichi verba mihi satis sana videntur, sed in fine corruptissima sunt: ἅδε κέκευθε κόνις, quae ita refingo:

ἀντὶ δ' ἀκοντοδόκων ἀνδρῶν μνημεῖα θανόντων

ἄψυχ' ἐμψύχων ἅδε κέλευθος ἔχει.

Ad hanc viam mortuorum sepulcra posita sunt. Ad versus Homeri Il. XVI, 361

ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους

σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων,

Scholiastes: τοῦτον ἀκοντοδόκον φασίν. Significat igitur virum prudentem belli peritum, nec interpretandum: » milites qui sagittis confixi sunt " ex A. P. VII, 301. 3.

πλείστων δὴ τόξων καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων

Μηδείων ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ.

VI, 125. 3. ἀσπὶς τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ μυρία καὶ δολιχὰς δεξαμένα κάμακας. VII, 229. 2. ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος. 741. 8. μοῦνος ἀήσσητον δεξάμενος θάνατον. Plan. 26. τρηχεῖαν πολέμου δεξάμενοι νεφέλην. In caeteris nihil inesse videtur quod argumento sit hoc epigramma Simonidi abiudicandum esse. Ut hic

τανυγλώχινας ὀϊστούς, ita alio loco dixit Simonides in Anecd. Bekk. III. p. 1424. *τριγλωχὶν ὀϊστός*, et ad vs. 2 confer Simonid. A. P. VI, 2. *τόξα* — *Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσάμενα.*

Aristo c. 457.

Ἀμπελὶς ἡ Φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ
ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη,
λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
πῶμα γλυκὺ κλοπέειν πλησαμένη κύλικα·
πρὶν δ' ἀρύσαι μογερὰν ἔκαμεν χέρα, γραῦς δὲ παλαιή,
ὡς ναῦς ὑποβρύχιος ζωρὸν ἔδυ πέλαγος·
Εὐτέρπη δ' ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο πῶμα
λάϊνον οἰνηρῶν γείτονα θειλοπέδων.

Ita edidit hoc carmen Iacobsius, coniectura sua vs. 4 in verborum ordinem recepta, postea admonitus erroris a Lobeckio Phryn. p. 591. scripsit *πῶμα κλωπεύειν* in Delect. Epigr. p. 444. Codex vs. 3 *νεοθλιβὲς ἦδ' ἀπό*, et vs. 4 *πῶμα κυκλωιπῖν*, unde poetae restituendum puto:

λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς εἶλ' ἀπὸ ληνοῦ
πῶμα, Κυκλωπείην πλησαμένη κύλικα.

Poculum magnum dicitur *Κυκλωπεῖον* propter Polyphemum Homericum, de quo Alcaeus IX, 519. 1.

πίομαι ὦ Ληναῖε πολὺ πλέον ἢ πίε Κύκλωψ
νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων.

Vs. 6 maxime probabilis videtur coniectura Passovii et Meinekii: *ναῦς ἅθ', ὑποβρύχιος κτέ.* Ipse conieceram: *ὡς ναῦς ἐμβύθιος.* Vs. 7 recepi Eichstadii emendationem *πῶμα* pro *σῆμα*, etsi ne sic quidem omnia expedita habeo. Nam adiectivum *λάϊνον* plane ut *γείτονα* non cum *πῶμα*, quod proxime attributis appositum, sed cum *τύμβον* iungendum, ut in c. 701. 4. *λάϊνον* — *τόνδ' ἀνέτεινε τάφον.* Anyte c. 649. 2. *τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ.* Fortasse prae-

stat: *ἐπὶ τύμβῳ — λαΐνῳ — γείτονι.* Et doleo sane me in constituenda vera huius epigrammatis lectione uti non posse Graefii coniecturis, quem hoc carmen tractasse in Epistola Critica ad Godofredum Hermannum (Petropoli 1841) p. 11. comperi ex relatione breviore de hoc libello in Iahnii Annal. t. XXXVI. 1842. II. p. 222 sq. Disputavit idem vir ingeniosissimus ibid. p. 12 sq. de inscriptione in App. Ep. 207. in cuius vs. 2.

Ἦν ὅτε μοῦνον Ὑγεινον ἀδελφεὸν οἵ με τεκόντες
πένθεον, ἡνίκ' ἐγὼ πενταέτις μόνον ἦν·
παρθένος ἐν γονέεσσιν ἐθήλεον,

lapis praebet *πενταετηζομένη*, unde non illud, quod Iacobsius de coniectura dedit, restituendum, sed: *ἡνίκ' ἐγὼ πενταετιζομένη παρθένος — ἐθήλεον*, cl. Call. Dian. 179. *εἰναετιζόμεναι κερεαλκέες αἳ μέγ' ἄρισται.*

Dionysius c. 462.

Ἀγχίτοκον Σατύραν Ἀΐδας λάχε Σιδονία δὲ
κρύψε κόνις, πάτρα δ' ἐστονάχησε Τύρος.

Pro *ἀγχίτοκον* Iacobsius *ἀγχιτόκον* aut *ἀρτιτόκον*. Certiore coniectura pro *λάχε* reponas *λάβε*.

Leonidas c. 466.

Ἃ δείλ' Ἀντίκλεις δειλὴ δ' ἐγώ, ἡ τὸν ἐν ἥβης
ἀκμῇ καὶ μοῦνον παῖδα πυρωσαμένη,
ὀκτωκαιδεκέτης ὃς ἀπώλεο· τέκνον ἐγὼ δὲ
ὀρφάνιον κλαίω γῆρας ὀδυρομένη·
βαίην εἰς Ἄϊδος σκιερὸν δόμον· οὔτε μοι ἠὼς
ἡδεῖ' οὔτ' ἀκτὶς ὠκέος ἠελίου·
ἃ δείλ' Ἀντίκλεις μεμορημένε, πένθεος εἴης
ἰητὴρ ζωῆς ἔκ με κομισσάμενος.

Pro *μεμορημένε* scribendum videtur *μεμαραμμένε*, ut in Antipatro VII. c. 286.

Δύςμορε Νικάνωρ, πολιῷ μεμαραμμένε πόντῳ,
κεῖσαι δὴ ξείνῃ γυμνὸς ἐπ' ἠϊόνι,

ubi editum legitur μεμορημένε, hoc vocabulum ex ipso codice a Paullsenio enotatum restituendum est. Quo de iuvenibus mortuis usi sunt poetae App. Ep. c. 396. 5.

νέοις δ' ἐμαρήνατο δαίμων
ἀμφω πρωθήβας ἔρνεσιν εἰδομένους,

et inscriptionis Mus. Rhen. 1845. p. 243.

ἁρπάξας σ' Ἀΐδας σὰν ἐμάρανεν ἀκμάν.

Antipater c. 467.

Τοῦτό τοι Ἀρτεμίδωρε τεῷ ἐπὶ σάματι μάτηρ
ἴαχε δωδεκέτην σὸν γοόωσα μόρον·
ὤλετ' ἐμᾶς ὠδῖνος ὁ πᾶς πόνος ἐς πόνον, ἐς πῦρ,
ὤλεθ' ὁ παμμέλεος γειναμένου κάματος·
ὤλετο ἁ ποθινὰ τέρψις σέθεν· ἐς γὰρ ἄκαμπτον
ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων κτἑ.

Vs. 3 membranae: ὁ πᾶς πόνος ἐς πόνον, πῦρ quae praepositione nomini πῦρ addita non sanavit Planudes. Scaliger et Canterus aptius: ἐς σποδὸν, ἐς πῦρ. Equidem obliteratum puto adiectivum substantivi πῦρ, v. c.

ἐς στονόεν πῦρ;

cl. Q. Smyrn. I, 17. στονόεντι καταιθομένης πυρὶ Τροίης. In versu sequenti Iacobsius: ὤλετό θ' ἁ ποθινὰ τέρψις, sed coniunctio in oratione matris in hoc versu, ut et vs. 4 aliena, quare hiatum alia ratione tollendum puto. Pro παμμέλεος vs. 4 scribendum παμμελέου.

Aristodicus c. 473.

Δαμὼ καὶ Μάθυμνα τὸν ἐν τριετηρίσιν ἥρα
Εὔφρονα λυσσατὰν ὡς ἐπύθοντο νέκυν,
ζωὰν ἀρνήσαντο τανυπλέκτων δ' ἀπὸ μιτρᾶν
χερσὶ δεραιούχους ἐκρεμάσαντο βρόχους.

Versu primo Reiskii coniecturam ἥρῳ probavit Iacobsius;

sed recte dictum esse de homine qui Trieterica Bacchi summo animi ardore celebrans fertur, ὁ ἐν τρ. ἥρως, non credo. Scribendum:

τὸν ἐν τριετηρίσιν ὥραις

Εὔφρονα λυσσατάν.

Confer Call. Ap. 86. τέθμιαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι. Pind. Ol. IV, 1. Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς ἑλισσόμεναι μ' ἔπεμψαν, quod male I. G. Schneiderus interpretatus est *cyclum Olympiadum*, v. Iacobs. Anth. t. VI. p. 251. collato Simonide A. P. XIII. 28. 1. ὧραι — αἱ Διονυσιάδες et Pind. Isthm. II, 23. κάρυκες ὡρᾶν, quod reddendum sit: praecones in sacris certaminibus. Sed in hoc quoque Pindari loco: ὄντε καὶ κάρυκες ὡρᾶν ἀνέγνον σπονδοφόροι Κρονίδα Ζανὸς Ἀλεῖοι iungenda sunt ὡρᾶν Κρονίδα Ζανός, i. e. *festorum Iovis Elei*. Minus apte in Aristodici versu corrigas: τριετηρίσιν ἱραῖς. Graece enim non dicitur: αἱ τριετηρίδες.

Diotimus c. 475.

Νυμφίον Εὐαγόρην π ο λ υ π έ ν θ ι μ ο ν ἡ Πολυαίνου
Σκυλλὶς ἀν' ε ὐ ρ ε ί α ς ἦλθε βοῶσα πύλας
παῖδα τὸν Ἡγεμάχειον ἐ φ έ σ τ ι ο ν· οὐδ' ἄρ' ἐκείνη
χήρη πατρῴους αὖτις ἐσῆλθε δόμους
δαιμονίη· τριτάτῳ δὲ κατέφθιτο μηνὶ δυσαίων
οὐλομένῃ ψυχῆς δύσφρονι τηκεδόνι·
τοῦτο δ' ἐπ' ἀμφοτέροισι πολύκλαυτον φιλότητος
ἕστηκεν λείῃ μνῆμα παρὰ τριόδῳ.

Vs. 1 codex πολυπένθερον quod emendavit Reiskius. Sed πένθιμος plerumque active dicitur, ut in Epigr. Mus. Rhen. 1848. p. 87. 10.

μήτηρ δ' ἐν οἴκοις ἡ τάλαιν' ὀδύρεται
νικῶσα θρήνοις πενθίμην ἀηδόνα.

Nonn. Dion. II, 83. XII, 127. XV, 10. XIX, 185.

XX, 15. aut significat *tristis*, *lugubris*, ut *πένθιμος ἀγγελίη* A. P. VII, 631. 2, *πένθιμος κρωσσός* VII, 710. 1, *πένθιμος — ὑμέναιος* IX, 147. 1, Athen. XII. 523 B. *πένθιμον στολὴν ἀμπεχόμενοι ζῶσι.* Quare rectius puto *πολυπένθιμος.* Vs. 2 ineptum est *εὐρείας*, quum urbis nomen requiratur cuius portas intraverit Scyllis. Quod fuisse puto: *Εὐροίας — πύλας.* Euroea enim urbs Epiri. Ibi habitabat filius Hegemachi Evagoras, *ἐφέστιος*, cui confer Herod. V, 72. *ἀπικόμενος δὲ ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια Ἀθηναίων.* Si quid mutandum, malim: *ἐφ' ἑστίῃ.* Meinekii certe coniectura *ἀφέστιον* p. 145. probari nequit. Non enim peregre obierat Evagoras.

Tymnes c. 477.

Μή σοι τοῦτο Φιλαινὶ λίην ἐπικαίριον ἔστω,
εἰ μὴ πρὸς Νείλῳ γῆς μορίης ἔτυχες,
ἀλλά σ' Ἐλευθέρνης ὅδ' ἔχει τάφος· ἔστι γὰρ ἴση
πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός.

Pro *ἐπικαίριον* Iacobsius *ἐπικάρδιον* quod verum habet Meinekius p. 167. qui caetera recte constituit. Sed vs. 1. praestare videtur:

μή σοι τοῦτο Φιλαινὶ λίην ἀποκάρδιον ἔστω, κτέ.

Compara Hom. Od. XIII, 421. *μὴ δή τοι κεῖνός γε λίην ἐνθύμιος ἔστω.*

Leonidas c. 478.

Τίς ποτ' ἄρ' ἢ τίνος ἆρα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα
τλήμον' ἐν ἡμιφανεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει,
μνῆμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν ἀμαξεύοντος ὁδίτεω
ἄξονι καὶ τροχιῇ λιτὰ παραξέεται;
ἤδη σου καὶ πλευρὰ παρατρίψουσιν ἅμαξαι
σχέτλιε, σοὶ δ' οὐδεὶς οὐδ' ἐπὶ δάκρυ βαλεῖ.

Vs. 1 vulgatam ferri non posse monuit Meinekius, qui Planudae coniecturam: *τίς ποτ' ἄρ' εἶ; τίνος ἆρα*, in tex-

tum recepit. Et interrogativum pronomen particulis ἦρα cumulatum etiam a Marco Argent. XI, 26. 1. ἀλλὰ τίς ἄρα σώσει μ' ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον; sed mihi in verbis τίς ἢ τίνος nihil mutandum videtur. v. p. 283. Scribendum potius:

Τίς ποτ' ἄρ' ἢ τίνος, οὗ ῥα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα
τλήμον' ἐν ἡμιφανεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει;

Praeterea ἡμιφανεῖ scripsi pro ἡμιφαεῖ, ut c. 701. 4.

πατὴρ δ' ἐπί οἱ Διομήδης
λάϊνον ὑψιφαῆ τόνδ' ἀνέτεινε τάφον,

ubi codex ὑψιφα..ῆ, corrigendum ὑψιφανῆ. Vs. 4 λιτά iungendum cum verbis: μνῆμα καὶ τάφος.

Dioscorides c. 484.

Πέντε κόρας καὶ πέντε Βιὼ Διδύμωνι τεκοῦσα
ἄρσενας οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο·
ἡ μὲν ἀρίστη ἐοῦσα καὶ εὔτεκνος οὐχ ὑπὸ παίδων
ὀθνείαις δ' ἐτάφη χερσὶ θανοῦσα Βιώ.

Vs. 3 Iacobsius ἐοῦσα scripsit pro οὖσα, Brunckius ἀριστεύουσα quod assumsit Meinekius p. 164. scripto μέγ' ἀριστεύουσα, sed verbum ἀριστεύειν parum apte de muliere hic dictum puto. Scribendum videtur:

ἡ μέγ' ἐραστὴ ἐοῦσα καὶ εὔτεκνος οὐχ ὑπὸ παίδων
ὀθνείαις δ' ἐτάφη χερσὶ θανοῦσα Βιώ.

Adiectivum ἐραστός legitur apud Simonid. A. P. V. c. 159. et ex nostra emendatione A. P. VI, 208. 5.

Mnasalcas c. 488.

Αἰαῖ Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
οἴχεαι ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου·
ματρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλάκι κεκλιμένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Ingeniose Hermannus vs. 4 coniecit κεκλομένα, quod

unice aptum habeo. Ad verba ἐκ κεφαλᾶς defendenda uti possis Homeri versu Il. XVI, 76.

οὐδέ πω Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον αὐδήσαντος
ἐχθρῆς ἐκ κεφαλῆς.

Sed ibi adiectivum additum est quod hic quoque desidero et ex coniectura ab aliis restitutum iri spero. In eiusdem poetae inscriptione c. 491.

Αἰαῖ παρθενικᾶς ὀλοόφρονος, ἅς ἄπο Φαιδρὰν
ἔκλασας ἁλικίαν· ἱμερόεσσα Κλεοῖ,
καδδέ σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν αἵδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι,

etiamnunc teneo coniecturas prius propositas:

Αἰαῖ, παρθενικᾶς ὀλοόφρονος αἶσ' ἀπὸ Φαιδρὰν
ἔκλασεν ἁλικίαν,

collato Quinti Smyrnaei versu a Iacobsio adscripto XI, 88. ἐπεί ῥά νιν ἔκλασε δαίμων, cui addo VI, 13. πολέας γὰρ ὑπέκλασε δαίμονος αἶσα, X, 107. ἀλλά μιν αἶσα διέκλασε, et App. Ep. 98. 3. Μοῖρά τις αἰκέλιος τὸν Ἀρίστων' ἥρπασ' ἀπ' αὐγῆς. 125. 1. 148. 2. Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἥρπασε Φερσεφόνας. 343. 6. ἠΐθεον χαρίεντα τὸν ἥρπασε μόρσιμος αἶσα. 396.

τοὺς νέον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλον
ἥρπασεν ἡ προπετὴς Μοῖρα διωξαμένη,

ubi ex marmore in quo legitur ΤΟΤΘΟΝ, v. Boeckh. C. I. 1499. p. 695. repono τυτθὸν δ' ἀνθήσαντας, cl. A. P. VI, 198. 1.

ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλον.

His adde App. Ep. 401. 5. ἀνήρπασεν ἄγριος αἶσα τερπνὸν παρθενικὴν ἄνθος Ἀθηναΐδα. In Mnasalcae ep. vs. 3 vere monuit Meinekius p. 93. iungendum esse καταμυξάμεναί σε, idque eadem ratione dictum esse qua κόπτεσθαί τινα. Sed pro περὶ δάκρυσιν neque περιδάκρυοι, quod Meinekius

coniecit, neque περιδάκρυες, quod placuit Scaligero, reponendum puto, sed πολυδακρύῳ — τύμβῳ, cl. A. P. VII, 48. 3. 476. 3.

Anyte c. 492.

Ὠιχόμεθ᾽ ὦ Μίλητε φίλη πατρὶ τῶν ἀθεμίστων
τὰν ἄνομον Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι,
παρθενικαὶ τρισσαὶ πολιήτιδες, ἃς ὁ βίαιος
Κελτῶν εἰς ταύτην μοῖραν ἔτρεψεν Ἄρης·
οὐ γὰρ ἐμείναμεν αἷμα τὸ δυσσεβὲς, οὐδ᾽ Ὑμέναιον,
νυμφίον ἀλλ᾽ Ἀΐδην κηδεμόν᾽ εὑρόμεθα.

Vs. 1 Meinekius cum Brunckio τὰν ἀθέμιστον. Quod si verum insuper cum eodem Brunckio scribendum vs. 2 τῶν ἀνόμων. Ibidem pro ἀναινόμεναι reponendum censeo ἀλευόμεναι ex A. P. VII, 564.

τῇδέ ποτ᾽ ἀκτερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
Λαοδίκην δηΐων ὕβριν ἀλευομένην,

et App. Ep. 276.

Οὐδὲ τύχης σε δάμασσε παλιγκλίναντα τάλαντα,
δυσμενέων ὀλοὴν ὕβριν ἀλευάμενον.

Ad πολιήτιδες vs. 3 confer Antip. VII, 218. 3. Λαΐδ᾽ ἔχω, πολιῆτιν ἁλιζώνοιο Κορίνθου, Eryc. c. 368. 3. καὶ θέτο Ῥωμαίων πολιήτιδα. Quod Anyte dixit Κελτῶν Ἄρης, id adiective Call. Del. 173. Κελτὸν ἀναστήσαντες Ἄρηα, fr. 226. ἄγω δ᾽ Αἰτωλὸν Ἄρηα. A. P. VII, 73. 2. περίγραφε Περσικὸν Ἄρη, App. Ep. 159. 2. οὔποτ᾽ ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών, ad quorum normam in A. P. VII, 243. 3. ἀμβλύναντες Ἄρεα καὶ Μῆδον καὶ Λακεδαιμόνιον praetuli. Codex Λακεδαιμονίαν, unde Iacobsius et Brunckius maiore mutatione Μήδων καὶ Λακεδαιμονίων, qui genitivus probi est usus, v. Ap. Rh. I. 1024. Μακριέων εἴσαντο Πελασγικὸν Ἄρεα κέλσαι. Alcaeus ap. Plut. Flamin. 9.

Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ᾽ Ἄρεος ἠδὲ Λατίνων,

A. P. IX, 428. 3. ἀείδω δ' ὑπὸ σοὶ δεδμημένον Ἄρεα Βεσσῶν. Ut Bergkius in Comm. Crit. Spec. Marb. 1844. in App. Ep. 202. 4. εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θοῦρος Ἄρης ingeniose correxit: ἐπὶ τὸν Γαλατᾶν ἤχμασε θοῦρον Ἄρη; v. supra p. 70. Ultimum distichon ita scribendum puto:

οὐδ' ἐμίην' ἄμμ' αἷμα τὸ δυσσεβὲς, οὐδ' Ὑμέναιον
νυμφίοι, ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εἱλόμεθα.

Vulgatam vs. 5 Meinekius p. 98. interpretatus est de caede a scelestis illis puellis instante, quam virgines illae praevertissent sua se manu occidentes. Mihi aliquid magis absconditum latere videbatur, quod supra exaratum vides. Caeteris confer Leonid. VII, 547. κατέστενε δ' οὐχ Ὑμεναίῳ ἀλλ' Ἀΐδᾳ νύμφαν δωδεκέτιν κατάγων, et c. 493. 4. ἀΐδαν ἄλκιμον εἱλόμεθα.

Antipater c. 493.

Οὐ νούσῳ Ῥοδόπα τε καὶ ἁ γενέτειρα Βοΐσκα
οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα·
ἀλλ' αὐταὶ πάτρας ὁπότ' ἔφλεγεν ἄστυ Κορίνθου
γοργὸς Ἄρης, ἀΐδαν ἄλκιμον εἱλόμεθα.
ἔκτανε γὰρ μάτηρ με διασφακτῆρι σιδάρῳ
οὐδ' ἰδίου Φειδὼ δύσμορος ἔσχε βίου,
ἅψε δ' ἐναυχενίῳ δειρὰν βρόχῳ· ἧς γὰρ ἀμείνων
δουλοσύνας ἀμῖν πότμος ἐλευθέριος.

Vs. 9 codex ἐναυχένιον, quod Iacobsius mutavit in ἐναυχενίῳ. Sed compositum illud aptum non est, quare scribendum:

ἅψε δ' ἐν ἀγχονίῳ δειρὰν βρόχῳ.

Nonn. Dion. XVI, 390. δίζετο δ' ἀγχονίοιο μετάρσιον ἄλκαρ ὀλέθρου. XXI, 31. ἀγχονίῳ σφήκωσεν ὁμόζυγον αὐχένα δεσμῷ. XXXVI, 440. ἀγχονίῳ θλίβοντο περίπλοκον αὐχένα δεσμῷ, et de Erigone XLVII, 223. Ab hoc quid distet

αὐχένιος δεσμός v. apud Nonn. Dion. XV, 140. XVIII, 189. XXII, 224.

Incertus c. 494.

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ᾧ, φίλε Νηρεῦ,
δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ,
ἰχθυβολεὺς ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν, ἀλλὰ θάλασσα
οὔ τι διακρίνει χείματος οὐδ' ἁλιεῖς.

Versu primo codex: *ὦ φίλε Νιρεῦ*, quod emendarunt Planudes et Brunckius, quorum ille *Νηρεῦ*, hic *ᾧ* scripsit. Sed insuper scribendum: *ᾧ φίλα Νηρεῦ δίκτυα.*

Perses c. 501.

Εὔρου χειμέριαί σε καταιγίδες ἐξεκύλισαν
Φίλλι πολυκλαύτῳ γυμνὸν ἐπ' ἠϊόνι,
οἰνηρῆς Λέσβοιο παρὰ σφυρόν· αἰγίλιπος δὲ
πέτρου ἁλιβρέκτῳ κεῖσαι ὑπὸ πρόποδι.

Litus in quod naufragus eiectus erat dici *πολύκλαυτον*, quo adiectivo sepulcra dici solent, mirum. Scribendum *πολυκλύστῳ.*

Callimachus c. 524.

α. Ἦρ' ὑπὸ σοὶ Χαρίδας ἀναπαύεται; β. εἰ τὸν Ἀρίμμα
τοῦ Κυρηναίου παῖδα λέγεις, ὑπ' ἐμοί.
α. ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; β. πολὺς σκότος. α. αἱ δ' ἄνοδοι τί;
β. ψεῦδος. α. ὁ δὲ Πλούτων; β. μῦθος. α. ἀπωλόμεθα.
β. οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός· εἰ δὲ τὸν ἡδὺν
βούλει, Πελλαίου βοῦς μέγας εἰν Ἀΐδῃ.

Charidas Cyrenensis, in quem Callimachus hanc composuit inscriptionem, philosophus fuisse videtur et quidem e Pythagoreis, ut coniicio ex duobus Alexidis locis apud Athen. IV, 161 B. et 165 D. Priore loco Deipnosophista de Pythagoreorum frugalitate disserens Comici citat versus ex fabula *Ταράντινοι* inscripta:

α. οἱ Πυθαγορίζοντες γάρ, ὡς ἀκούομεν,

οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν
ἔμψυχον, οἶνόν τ' οὐχὶ πίνουσιν μόνον.
β. Ἐπιχαρίδης μέντοι κύνας κατεσθίει
τῶν Πυθαγορείων εἷς. α. ἀποκτείνας μὲν οὖν·
οὐκ ἔτι γάρ ἐστ' ἔμψυχον,

altero vero loco ex fabula Phaedro:

σχολῇ γε, νὴ τὸν ἥλιον, σχολῇ λέγεις·
Ἐπιχαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις
σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν·
οὕτω συνεστρόγγυλεν ἱταμῶς καὶ ταχύ,

quibus usus Eustathius p. 1554. 2. πέπαικταί τινι παλαιῷ εἰς ἄσωτον βραχυήλικα τὸ »Χαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις" κτἑ. in suo codice videtur invenisse ἐπεὶ Χαρίδης, quo assumto orationem melius coagmentari monuit Meinekius Com. Gr. t. IV. p. 497. Quem in eo tamen falsum puto quod hunc Charidantem ab illo, quem in priore loco ab Alexide irrideri videmus, Epicharide diversum esse statuit. Utrumque locum eadem menda obsedit et in priore quoque ἐπεὶ Χαρίδας vel tale quid restituendum, hanc enim esse veram nominis formam, cuius genitivus Χαρίδαντος, constat testimonio Herodiani Schol. Ven. Il. IV, 66. Choerobosc. Can. p. 34. 30. Philosopho igitur gulae dedito, ut ex Alexide patet, recte omnino tribuit Callimachus hanc de inferis sententiam, ad quam vs. 3—5 confer App. Ep. 236.

Μή μου παρέλθῃς τοὐπίγραμμ' ὁδοιπόρε
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπει·
οὐκ ἔστ' ἐν Ἅιδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἰακὸς κλειδοῦχος, οὐχὶ Κέρβερος,
ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
ὀστέα, τέφρα γενόμεσθα, ἄλλο δ' οὐδὲ ἕν.

Sed in personarum distributione erratum erat hactenus;

quum ἀπωλόμεθα quoque Charidanti tribuissent. At, nisi hoc viatori tribuas, qui his auditis se periisse clamat, nulla adest causa, quare ultima solando lectori scripta addiderit Charidas. In his non dubito quin recte Scaliger scripserit Πελλαῖος pro πελλαίου; confer Oppian. Cyneg. II, 100.

Οἱ Σύριοι ταῦροι Χερρονήσοιο γένεθλα
αἰπεινὴν τοὶ Πέλλαν ἐΰκτιτον ἀμφινέμονται
αἴθωνες κρατεροὶ μεγαλήτορες εὐρυμέτωποι κτέ.

Vix enim respiciendum videtur quod obmovit Brinkius Philol. 1851. p. 223. 1. βούλει sine βούλῃ propter praecedens ὔμμιν admitti non posse. Aeque certum videtur hoc loco eandem sententiam restituendam esse, quae apud Callim. fr. 85.

ἐκ τῶν ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν,

et Incertum Phot. Lex. p. 314. 18.

ὀβολοῦ χίμαιρ' ἐν Αἴδου.

Sed conamina omnia huius sensus inferendi equidem ideo frustra fuisse puto, quod in fine intercidit distichon, quo eandem sententiam ornatius extulit Callimachus. Caeterum hic est λόγος ἡδύς, cui confer C. I. 569.

ζῆ τὸν ἐπίλοιπον ἐν βίῳ χρόνον καλῶς,
εἰδὼς ὅτι κάτω Πλουτέως τὰ δώματα
πλούτου γέμουσι μηδενὸς χρήζονθ' ὅλως.

Cum eodem versu Goettlingius Hesiod. p. XXVI. contulit Herod. VII, 101. ὦ βασιλεῦ, κότερα ἀληθηΐῃ χρήσομαι πρός σε ἢ ἡδονῇ. Aeschin. c. Ctes. p. 71. 34. πότερα τἀληθὲς εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι. Thuc. VI, 17. Verbo ἄνοδοι vs. 3, intelligitur: » animorum in coelum sublatorum reditus " quod Platonicorum sententia verum erat, v. Welcker Syll. Epigr. p. 27—30. Pythagorae autem asseclae quamnam sententiam de rebus in Orco tuerentur patet ex Pythagorae verbis apud Ovid. Met. XV, 153.

O genus attonitum gelidae formidine mortis,
quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
materiem vatum falsique piacula mundi?

Sed quum ex eorundem sententia animi ex aliis corporibus in alia migrarent, de quo confer A. P. VII, 75.

Στασίχορον — οὗ κατὰ Πυθαγόρου φυσικὰν φάτιν, ἁ πρὶν Ὁμήρου
ψυχὰ ἐνὶ στέρνοις δεύτερον ᾠκίσατο,

hinc quoque sequitur ἀπωλόμεθα vs. 4 viatori tribuendum esse. Et metempsychosis mentio fortasse in disticho deperdito facta erat. Epicurei autem omnia quae de vita ulteriore inter homines prodita erant, falsa esse autumabant, quorum unus in App. Ep. 280.

οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμί· τοσαῦτα·
εἰ δέ τις ἄλλ' ἐρέει ψεύδεται· οὐκ ἔσομαι,

ubi lapis: ἄλλος ἐρεῖ, quod recte in ἄλλ' ἐρέει mutatum videtur. Et hinc Timarchum in cuius sepulcro inscriptum fuit Callimachi epigramma A. P. VII, 520.

Ἢν δίζῃ Τίμαρχον ἐν Ἄϊδος, ὄφρα πύθηαι
ἤ τι περὶ ψυχῆς ἢ πάλι πῶς ἔσεαι,

philosophum fuisse suspicor, collatis eiusdem Callimachi verbis de philosopho Diodoro Crono fr. 70. 3.

Ἠνίδε κου κόρακες τεγέων ἔπι »κοῖα συνῆπται"
κρώζουσιν καὶ »κῶς αὖθι γενησόμεθα."

Unde in epitaphio philosophi Lycii apud Welckerum Spicil. Epigr. 19. Mus. Rhen. 1848. p. 97. legas:

ἦλθον, ἀπῆλθον ἄμεμπτος· ἃ μὴ θέμις οὐκ ἐδόκευσα
εἴτ' ἤμην πρότερον, εἴτε χρόνοις ἔσομαι.

De Callimachi verbis: πελλαίου βοῦς μ. ε. Ἀ. memorandae supersunt Meinekii coniecturae, Choliamb. p. 154. πολλαδίου β. μ. et Brinkii l. c. εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλεσθ', οὐ πελάνου βοῦς μέγας εἰν Ἀ.

Callimachus c. 525.

"Οστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην·
εἰδείης δ' ἄμφω κεν· ὁ μέν κοτε πατρίδος ὅπλων
ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης·
οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
ἀχριβίου, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Vs. 6 Bentleius e Schol. Hes. Theog. 81. qui μὴ λοξῶς offert scripsit μὴ λοξῷ, sed recte Graece dicitur ὄμματι λοξῷ ἰδεῖν, negandi vero particula addita hoc de Musis dictum nec elegans nec satis efficax videtur. Quare recte puto Valckenaerium ad Eur. Hipp. p. 310. ad Call. Eleg. fr. p. 263. scribendum esse μειλιχίῳ contendisse, nisi quod ulterius etiam ὄμμασι μειλιχίοις scriptum malim, ut A. P. V, 245. 4. μειλιχίοις ὄμμασιν εἰςιδέειν. cl. VI, 353. 2. ἀμὲ ποτοπτάζειν μειλιχίως δοκέει et Ael. V. H. VIII, 12. ὁ Φίλιππος μειλιχίῳ βλέμματι προςβλέπων. Ex sequentibus πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους in Theognidis vs. 323.

μή ποτ' ἐπὶ σμικρῇ προφάσει φίλον ἄνδρ' ἀπολέσσαι
πειθόμενος χαλεπῇ Κύρνε διαβολίῃ,

nunc corrigo ἀποθέσθαι, quod ad mutationem facilius quam ἀποειπεῖν quod proposui in Epist. Crit. p. 468. Ita ἔρωτα ἀποθέσθαι Theogn. 1396. Ad eandem normam intellexi leniore opera sanandum esse eiusdem Theognidis versum 779.

τερπόμενοι κιθάρῃ καὶ θαλίης ἐρατῆς
παιάνων τε χοροῖς ἰαχῇσί τε σὸν περὶ βωμόν. Non enim scribendum παιᾶσίν τε χοροῖς τ' ἰαχῇσί τε, sed transpositis vocabulis locus sanandus in hunc modum:

παιάνων τ' ἰαχῇσι χοροῖσί τε σὸν περὶ βωμόν.

Theodoridas c. 528.

Εὐρύσορον περὶ σῆμα τὸ Φαιναρέτης ποτὲ κοῦραι

κέρσαντο ξανθοὺς Θεσσαλίδες πλοκάμους,
πρωτοτόκον καὶ ἄποτμον ἀτυζόμεναι περὶ νύμφην·
Λάρισσαν δὲ φίλην ἤκαχε καὶ τοκέας.

Pro ποτέ quod in inscriptione sepulcrali videtur absonum, corrigendum est τόδε.

Phanias c. 537.

Ἠρίον οὐκ ἐπὶ πατρὶ, πολυκλαύτου δ' ἐπὶ παιδὸς
Λῦσις ἄχει κενεὴν τήνδ' ἀνέχωσε κόνιν,
οὔνομα ταρχύσας, ἐπεὶ οὐχ ὑπὸ χεῖρα τοκήων
ἤλυθε δυστήνου λείψανα Μαντιθέου.

Versu secundo pro ἄχει quod Brunckius ex codice Palatino revocavit, Planudes ἔχων. Equidem neque ἔχων ferri posse puto neque dativum ἄχει otiosum plane hic aptum puto. Corrigendum videtur:

Λυσίμαχος κενεὴν τήνδ' ἀνέχωσε κόνιν.

Genitivus autem ἐπὶ παιδός non minus rectus quam dativus ἐπὶ πατρί. v. VII, 316. 1. τὴν ἐπ' ἐμεῦ στήλην παραμείβεο. 401. 7. κακοσκήνευς ἐπὶ τέφρης τὠνδρὸς μὴ κούφη κέκλισο μηδ' ὀλίγη. 704. 1. αὕτα ἐπὶ Κρήθωνος ἐγὼ λίθος. Epigr. Welcker. Syll. c. 28. 1. σῆμα τόδ' ἡρῷον Πυθικὸς ἵδρυσεν παιδὸς ἐπὶ φθιμένου.

Crinagoras c. 628.

Ἠρνήσαντο καὶ ἄλλαι ἑὸν πάρος οὔνομα νῆσοι
ἀκλεὲς ἐς δ' ἀνδρῶν ἦλθον ὁμωνυμίην·
κληθείητε καὶ ὕμμες Ἐρωτίδες· οὐ νέμεσίς τοι
ἕξει ταύτην κλῆσιν ἀμειψαμέναις·
παιδὶ γὰρ, ὃν τύμβῳ δῖης ὑπεθήκατε βώλου
οὔνομα καὶ μορφὴν αὐτὸς ἔδωκεν. Ἔρως.
ὦ χθὼν σηματόεσσα καὶ ἡ παρὰ θῖνι θάλασσα
παιδὶ σὺ μὲν κούφη κεῖσο σὺ δ' ἡσυχίη.

In ἕξει vs. 4 latet nomen insularum quas nomen naufragiis infame mutare vult poeta, unde vs. 7 terram dixit

σημαιτόεσσαν, sepulcris refertam naufragorum ad litus appulsorum. In hanc sententiam aptissime simul et lenissime corrigas:

'Οξείαις ταύτην κλῆσιν ἀμειψαμέναις.,

cl. Antip. VII, 639.

Πᾶσα θάλασσα θάλασσα· τί Κυκλάδας ἢ στενὸν Ἕλλης
κῦμα καὶ 'Οξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα;

ubi v. Iacobs. t. VIII. p. 102. Sed his non convenit δίη βῶλος vs. 5. Et ipsae insulae valde coacte et vix recte dicuntur Erotem supposuisse tumulo terrae foecundae. Quare putem hic nomina obliterata esse domini qui puerum sepeliendum curavit, ut Eros libertus fuit et librarius Virgilii, v. Vit. Virg. c. 12. Et lenissime restituas: ὑπεθήκατο Βώλου, sed quo nomine filius Boli dictus fuerit ex vocabulo δίης mihi elicere non contigit.

Antiphilus c. 636.

Νεκροδόκον κλιντῆρα Φίλων ὁ πρέσβυς ἀείρων
ἔνδον, ὄφρα λάβοι μισθὸν ἐφημέριον,
σφάλματος ἐξ ὀλίγοιο πεσὼν θάνεν· ἦν γὰρ ἕτοιμος
εἰς 'Αΐδην, ἐκάλει δ' ἡ πολιὴ πρόφασιν.
ὃν δ' ἄλλοις ἐφόρει νεκυοστόλον, αὐτὸς ἐφ' αὑτῷ
ἀσκάντην ὁ γέρων ἀχθοφορῶν ἔλαθεν.

Versu secundo metro tantum consuluit Brunckius recepta Planudae coniectura ἔνδοθεν; rectius Iacobsius ὠμαδόν, sed ne sic quidem locum integritati restitutum censeo, quum poetam scripsisse putem:

νεκροδόκον κλιντῆρα Φίλων ὁ πρέσβυς ἀείρων
ἐγκλιδὸν ὄφρα λάβοι μισθὸν ἐφημέριον,

de quo vocabulo senem onere gravatum egregie nobis repraesentante dixit Iacobsius Anth. Pal. p. 110. Vs. 4 codex πρόφασις quod emendavit Planudes. Confer locos a Iacobsio allatos, Antip. A. P. IX, 309. 5. ἦν ἄρα μέσση

γήρως καὶ θανάτου λειπομένη πρόφασις. Incert. 483. *παιδὶ Θεογνώστου τοῦ θανάτου πρόφασιν*, et adde Menandr. Stob. Fl. 53. 5. *σωτηρίας ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον.* Paus. V, 19. 8. *Μεταποντίνους δὲ ἥτις μὲν ἐπέλαβεν ἀπολέσθαι πρόφασις οὐκ οἶδα.* Ael. V. H. XIV, 4. *εἴπερ οὖν ἔδει τινὸς τῷ θανάτῳ προφάσεως.* Tryphon, A. P. IX. c. 488. 4. *Φεῦ προφάσεων οὐκ ἀπορεῖ πρόφασις.* Nonn. Paraphr. XVIII, 144. *τίς πρόφασις θανάτοιο;*

Crinagoras c. 636.

Ποιμὴν ὦ μάκαρ, εἴθε κατ' οὔρεος ἐπροβάτευον
κἠγὼ ποιηρὸν τοῦτ' ἀνὰ λευκόλοφον,
κριοῖς ἀγητῆρσι ποτ' ἐβληχημένα βάζων,
ἢ πικρῇ βάψαι νήοχα πηδάλια
ἅλμῃ· τοίγαρ ἔδυν ὑποβένθιος, ἀμφὶ δὲ ταύτην
θῖνά με ῥοιβδήσας Εὖρος ἐφωρμίσατο.

Naufragus in litore sepultus, vs. 5 in universum optat ut potius vitam pastorum quam nauticam sectatus esset. Quare alienum puto pronomen demonstrativum *τοῦτο* vs. 2 neque Graece dicitur *ὁ λευκόλοφος* quod Ruhnkenius huic versui restitutum ivit, Ep. Cr. I. p. 122. neque *τὸ λευκόλοφον.* Neque placet *προβατεύειν κατ' οὔρεος*, quod significat: oves de vertice montis in inferiorem partem agere. Scribendum puto:

εἴθε κατ' οὔρεος ἐπροβάτευον
κἠγὼ ποιηρὸν πρηόνα λευκόλοφον.

Vs. 3 recte iam Reiskius constituit, nec aliter Meinekius p. 186. qui recte interpretatus est poetae sententiam: arietibus ovium ducibus, balatus imitamina obgarriens. Quod inter lusus et oblectamenta pastorum sit. Passovius *ποτὶ βληχήματα βάζων* coniecit Script. Misc. p. 203. Confer ad dictionem Hom. Od. IV, 206. *ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις*, Q. Smyrn. XIII, 7. *κεκολουμένα βάζων*, et ad

κριοῖς ἀγητῆρσι Tibull. II, 1. 58, » dux hircus pecoris." Ovid. Am. III, 13. 17. A. A. I, 326. Versu sexto codex *ἐφημίσατο*, quod emendavit Iacobsius. Ibidem pro *ῥοιβδήσας* malim *ῥοιζήσας*, ut *πνευμάτων ῥοῖζον* dixit Plutarchus t. II. 18 C.

Antipater c. 640.

Ῥιγηλὴ ναύταις ἐρίφων δύσις, ἀλλὰ Πύρωνι
πουλὺ γαληναίη χείματος ἐχθροτέρη·
νῆα γὰρ ἀπλοΐῃ πεπεδημένου ἔφθασε ναύταις
ληϊστέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσυμένη·
χεῖμα δέ μιν προφυγόντα γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ
ἔκτανον· ἃ λυγρῆς δειλὲ καχορμισίης.

Versu primo Heringa *Μύρωνι*. Vs. 3 codex *νῆα γὰρ ἀλιπλόη πεπεδημένην*, quod mutandum in:

νῆα γὰρ ἀπνοΐῃ πεπεδημένου κτἑ.

Diserta enim requiritur mentio malaciae maris ventorumque torporis. Et in Antiphili versibus c. 630. 2.

Ἤδη που πάτρης πελάσας σχεδὸν, αὔριον, εἶπον,
ἡ μακρὴ κατ' ἐμοῦ δυςπλοΐη κοπάσει·
οὔπω χεῖλος ἔμυσε καὶ ἦν ἴσος Ἀΐδι πόντος,

ubi codex *δυςπλοΐην*, fortasse *δυςπνοΐη* scribendum. Dictum autem *πελάσας σχεδόν*, ut Eur. Med. 101. *καὶ μὴ πελάσητ' ὄμματος ἐγγύς*, Agath. A. P. XI, 372. 2. *μή ποτε θαρσήσῃς ἄγχι τινος πελάσαι*, unde in A. P. VIII, 119. 2.

ὤφελες ἄχρι πύλης γήραος ἐμπελάσαι,

corrigendum *ἄγχι*. In Antipatri epigrammatis vs. 3 pro *ναύταις* Iacobsius eleganter *κώπαις*.

Leonidas c. 648.

Ἐσθλὸς Ἀριστοκράτης ὅτ' ἀπέπλεεν εἰς Ἀχέροντα,
εἶπ' ὀλιγοχρονίης ἀψάμενος κεφαλῆς·
παίδων τις μνήσαιτο καὶ ἐδνώσαιτο γυναῖκα,
εἴ καί μιν δάκνοι δυςβίοτος πενίη·

ζωὴν στυλώσαιτο· κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι
οἶκος· ὁ δ' αὖ λῷστος τἀνέρος ἐσχαρεὼν
εὐκίων φαίνοιτο καὶ ἐν πολυκαιέϊ ὄγκῳ
ἐνστῇ, αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.
ᾔδει Ἀριστοκράτης τὸ κρήγυον, ἀλλὰ γυναικῶν
ὤνθρωπ', ἤχθαιρεν τὴν ἀλιτοφροσύνην.

Aristoclem vitam caelibem transegisse et florente aetate periisse ex vs. 2 intelligi scripsit Iacobsius, quid autem sit quod haec locutus caput tangat, se ignorare professus. Hoc aegritudinis animi indicium esse annotavit Meinekius, p. 124. cl. Persa A. P. VII, 730. 5. *αἰαῖ Ἀριστοτέλης δ' οὐκ ἀπάνευθε πατὴρ δεξιτερῇ κεφαλὰν ἐπιμάσσεται.* Imo moriturus Aristocrates caput liberorum puerorum tetigit: cf. Babriam 95. 71. *ἔψαυσεν ὠτὸς ὡς πατὴρ ἀποθνήσκων.* Plut. Sept. Sap. Conv. c. VII. *ἀψάμενος οὖν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ὁ Σόλων καὶ μειδιάσας εἶπεν.* Non igitur caelebs vitam degit sed ipse quod fecerat liberis suis faciendum moribundus commendavit, mulierum vero levitatem animi maiorem et imbecillitatem prudentiae odio habebat. Nimium enim est *ἀλιτοφροσύνη*, quod critici restituerunt vs. 10 pro codicis lectione *ἀλισωφροσύνην*, quum erroris et criminis mentio ab hoc loco aliena sit. Neque multum placet, quod Meinekius in codicis lectione latere videri posse scripsit *τὴν ἅλις ἀφροσύνην*, quod tamen editae lectioni praestare opinor. Sed Leonidam scripsisse puto: *τὴν ἀεσιφροσύνην*, i. e. animum cortice leviorem. Ipsum vocabulum ex Homero notissimum. Corruptos esse versus intermedios monstrat vel hiatus in thesi vs. 8. Quorum corrigendorum ratio, quam post aliorum conamina, ut mihi quidem videntur, infelicia iniit Meinekius p. 125 sq., mihi parum probabilis videtur. Si enim sententia, quod viro doctissimo visum, ita procedit: ducenda uxor et genus li-

berorum progenie fulciendum; sordet domus nullis columnis fulcita; contra vel splendidissimus focus, etiamsi lignis abundet, obscurus manet, si titionem occultat, i. e. nisi ignis in eo luceat quod familiae et vitae domesticae iudicium, nullus locus est adversativae particulae αὖ, quum sequentibus ita uberius explicetur sententia praemissa: sordere domum liberis orbatam. Mihi Aristocrates haec fere locutus esse videtur: uxor ducenda est filiis meis vel pauperrimis et genus progenie liberorum fulciendum; domus liberis orbata sordet; iisque vel tenuissima casa modo libere et pro suo arbitrio vivere possit dominus et focus titione luceat, hilaris videatur et laetum domicilium splendidissimis aedibus non posthabendum. In hanc sententiam corrigo:

ζωὴν στυλώσαιτο· κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι
οἶκος, ἀδουλώτου δ' ἀνέρος ἐσχαρεὼν
εὐκίων φαίνοιτο καὶ ἐν πολυκαιέϊ ὄγκῳ
ἑστάναι, αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

Meinekius vero hos versus ita constituit:

ὁ δ' αὖ λῷστος γ' ἀνέρος ἐσχαρεὼν
σύσκιος ὢν φαίνοιτο, καὶ εἰ πολυκαέϊ ὄγκῳ
ἐνστῇ, λυγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

Sed focus exstinctus nulloque igne splendens manifestissimum tristitiae et infortunii indicium, ut patet ex Ovid. Trist. I, 3. 42, »passis prostrata capillis contigit exstinctos ore tremente focos.'' Quod ipse restitui, convenit cum Tibulli versibus I, 1. 5.

Me mea paupertas vitae traducat inerti
dum meus assiduo luceat igne focus,

cl. Pallad. A. P. IX, 172. 3.

εἰμὶ πένης ἄνθρωπος, ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶν
ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι,

et A. P. VI, 171. 6. ἁβρὸν ἀδουλώτου φέγγος ἐλευθερίας. Optat igitur Aristocrates ut liberis suis casa tenuis et ἄστυλος ἰδέσθαι, ingenui vero et liberi viri domicilium, videatur praedivitis hominis domus propter vitae domesticae delicias. In his nove dictum: οἶκος — αὐγάζων δαλόν, quod tamen non mutandum videtur. Adiectivum πολυκαιέϊ non recte scriptum πολυκαέϊ, quae forma Attica: cf. Leonid. VI, 281. 1. Δίνδυμα καὶ Φρυγίης πυρικαιέος ἀμφιπολεῦσα πρῶνας. Caeterum infelicissimis coniecturis hoc carmen vexavit Godofredus Hermannus in Censura Delectus Meinekiani p. 240. Hoc autem epigramma in averso cippi latere insculptum fuit, in adverso vero alterum quod legitur VII. c. 440.

Ἠρίον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοιο καλύπτεις
ὀστέον, οἵην γαῖ' ἀμφέχανες κεφαλὴν,
πολλὸν μὲν ξανθαῖσιν ἀρεσκομένου Χαρίτεσσιν,
πολλοῦ δ' ἐν μνήμῃ πᾶσιν Ἀριστοκράτευς·
ᾔδει Ἀριστοκράτης καὶ μείλιχα δημολογῆσαι
κεὐθῦναι κείνην εὐκυλίκην λαλιήν·
ᾔδει καὶ ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι προσηνέα
ἔρδειν· γαῖ' ἐρατὴ, τοῖον ἔχεις φθίμενον.

Quod vero hoc octo tantum versuum est, alterum vero decem, inde explicandum quod in adverso latere alia subscripta fuerunt, ut genus et patria Aristocratis et poetae nomen. Cave enim hinc argumentum ducas ad defendendam Planudae infelicem audaciam qui post vs. 5 inseruit duos versus quos Leonidae non esse iam Salmasius vidit:

στρεβλὴν οὐκ ὀφρὺν ἐσθλὸς ἐφελκόμενος·
ᾔδει καὶ Βάκχοιο παρὰ κρητῆρος ἄδηριν
ἰθῦναι κοινὴν εὐκυλίκην λαλιήν.

In quo fortasse ἐσθλός duxit ex alterius inscriptionis vs. 1 ἐσθλὸς Ἀριστοκράτης. Vs. 4 codex πολλῶν δὲ μνήμῃ, quod

recte emendavit Scaliger. Optime enim Graece dicitur πολύς ἐστι πᾶσιν ἐν μνήμῃ, ut intelligitur ex Call. Dian. 137. μέλοι δέ μοι αἰὲν ἀοιδὴ, τῇ ἔνι μὲν Λητοῦς γάμος ἔσσεται, ἐν δὲ σὺ πολλή. Vs. 6 scripsi κεὐθῦναι pro vulgato ἰθῦναι. Ad sequentia confer Athen. XI, 9. 463 B. συνιοῦσιν ἡμῖν ἐπὶ τὰς Διονυσιακὰς ταύτας λαλιάς. Plut. de Mus. c. 42. ἔχεις τοὺς ἐπικυλικείους περὶ μουσικῆς λόγους, cl. Iacobs. Anim. t. VII. p. 140. Hermannus l. c. p. 243. coniecit ἐγκύκλιον λαλιήν. Saepius autem in inscriptionibus mortuos laudatos invenias propter morum amoenitatem in hominum societate et conviviis, Damaget. A. P. VII, 355. 3. ἦν δ' ὡνὴρ Μουσῶν ἱκανὴ μερὶς ἠδὲ παρ' οἴνῳ κρήγυος. Callimachus 415.

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας, εὖ μὲν ἀοιδὴν
εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι,

cuius versus minor sanus neque recte ab Hauptio tentatus videtur. Phalaec. XIII, 6. 6. μνᾶμα τοῦ χαρίεντος ἔν τε λέσχᾳ ἔν τ' οἴνῳ τόδε. Pind. Pyth. VI, 52. γλυκεῖα δὲ φρὴν καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον. Hedyl. App. Ep. 28. 3. Ion Athen. XIII, 603 E. Σοφοκλεῖ συνήντησα ἀνδρὶ παιδιώδει παρ' οἶνον καὶ δεξιῷ.

Euphorio c. 651.

Οὐχ ὁ τρηχὺς σελιθαῖος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει
οὐδ' ἡ κυάνεον γράμμα λαβοῦσα πέτρη·
ἀλλὰ τὰ μὲν δολιχῆς τε καὶ αἰπεινῆς Δρακάνοιο
Ἰκάριον ῥήσσει κῦμα περὶ κροκάλαις·
ἀντὶ δ' ἐγὼ ξενίης πολυμήδεος ἡ κενεὴ χθὼν
ὠγκώθην Δρυόπων διψάσιν ἐν βοτάναις.

Quum in hac inscriptione naufragi nomen aegre desideretur, cuius cenotaphium in Dryopum terra arida exstruxerunt hospites et amici, fuit quum Πολυμήδεος scribendum putarem. Quod nomen proprium cum κενεή iungendum

videbatur. Nunc vero cum Salmasio adiectivum restituendum puto, at vero non πολυκηδέος sed προςκηδέος, cl. Hom. Od. XXI, 35. ξεινοσύνης προςκηδέος. Artificiosius versum quintum explicuit Meinek. Anal. Alex. p. 164. Nomen vero naufragi in versu primo multifariam corrupto restituendum puto, in quo Meinekius de coniectura edidit: οὐχ ὁ τρηχὺς ἔλαιος, in Addend. p. 403. Osanni memorans coniecturam: οὐ τὸ τρηχὺ σέλινον. Neutram veram esse monstrat verbum καλύπτει, quum enim ossa dicantur tecta esse, non sepulcrum arbore obumbratum, terra vel sepulcrum memorandum erat. Illius mentionem restituit Graefius in Ep. Crit. in Bucol. p. 111, correcto: οὐ Τρηχίς σε λίθειος. Sed neque duplex accusativus in inscriptione placet, neque κεῖνα sanum puto. In cenotaphii enim inscriptione ossa naufragi mari mersi dici nequeunt ὀστέα κεῖνα. Equidem in σελιθαῖος nomen viri delitescere putaverim et pro κεῖνα coniicio λευκά. Hermannus in Ann. Vindobon. 1843. t. CIV. p. 246. coniecit οὐ τρηχύς σε λᾶας, quod refellitur vs. 2 ubi memoratur ἡ κυάνεον γράμμα λαχοῦσα πέτρη. Ita enim scribendum pro λαβοῦσα cl. VII, 395. 6. κωφὸν δὲ στήλη γράμμα λέλογχε τόδε. c. 429. 2. μοῦνον γράμμα λέλογχε πέτρος. App. Ep. 398. 8. λιτὴ τοὐμὸν ἔχει σῶμα λαχοῦσα πέτρη. Vs. 3 recte Meinekius Δολίχης, quod insulae Icari nomen. Hinc emendes versus quos ex Homeri hymnis affert Diod. Sic. III, 65.

οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ' οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ
φάσ', οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος, εἰραφιῶτα,
οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι
κυσσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διῒ τερπικεραύνῳ.

Quum enim Dracanus sit promontorium insulae Icari scribendum: Δρακάνῳ σ' εἰν Ἰκάρῳ, aut quod malim: Δρακάνῳ σ' ὄρει Ἰκάρου ἠνεμοέσσης.

Leonidas c. 652.

Ἠχήεσσα θάλασσα, τί τὸν Τιμάρεος οὕτως
πλώοντ' οὐ πολλῇ νηῒ Τελευταγόρην,
ἄγρια χειμήνασα κατεπρήνώσαο πόντῳ
σὺν φόρτῳ λαβρὸν κῦμ' ἐπιχευαμένη;
χὼ μέν που καύηξι καὶ ἰχθυβόροις λαρίδεσσιν
τεθρήνητ' ἄπνους εὑρεῖ ἐν αἰγιαλῷ·
Τιμάρης δὲ κενὸν τέκνου κεκλαυμένου ἀθρῶν
τύμβον δακρύει παῖδα Τελευταγόρην.

Versu primo ἠχήεσσα ex coniectura Planudae editur; codex καχέεσσα, cui corrector adscripsit ἀναχι, id est, ut videtur, καναχέεσσα, quod propter primam productam ferri nequit. Videtur tamen in codicis lectione aliud quoddam adiectivum latere dactyli mensura. Ut apud Tyrtaeum τελέεις et apud Archilochum ἠχέεις invenias. Pro χειμήνασα vs. 3 quod de ventis aptum, de mari non item, reposuerim κυμήνασα, ut de pardali duxit Oppian. Hal. II, 355. ἄγρια κυμαίνουσα κορύσσεται. Ibidem codex κατὰ πρηνώσαο, unde eleganter Meinekius p. 129. κατὰ πρηνίξαο πόντου. Vs. 5 in codice legitur καύηξιν omisso καί, unde lenius corrigas: καύηξιν ἰδ' ἰχθυβόροις λαρίδεσσιν. Vs. 6 scribe εὑρεῖ ἐπ' αἰγιαλῷ. Similia epitheta litoris apud Leonid. VII, 665. 8. πεπταμένοι — αἰγιαλοί. Crinag. VII, 376. 6. ἀμετρητῶν — αἰγιαλῶν. Call. fr. 126. 2. δολιχὰς θῖνας. Oppian. Hal. I. 246. δολιχοῖσιν — αἰγιαλοῖσιν. Ov. Her. X, 93. »porrecta — litora.” Anyt. A. P. VII, 215.

κεῖμαι δὲ ῥαδινὰν τάνδε παρ' ἠϊόνα,

ubi praeter necessitatem κραναάν Meinekius, et ῥοθίαν Schneidewinus Coni. Crit. p. 146 sq. Vs 7 κεκλαυμένον Meinekius, ut τύμβος saepe dicitur πολύκλαυτος; Hermannus κεκλαυμένος, ut δεδακρυμένος V, 178. 3. Mihi de hoc versu non satis liquet. Verbum autem ἀθρῶν explicandum

videtur: quotiescunque adspicit cenotaphium quod filio Timari exstrui iussit. Ad eundem modum Marcus Argent. A. P. VII, 374.

Δύςμορος ἐκρύφθην πόντῳ νέκυς, ὃν παρὰ κῦμα
ἔκλαυσεν μήτηρ μυρία Λυσιδίκη,
ψευστὴν αὐγάζουσα κενὸν τάφον.

Leonidas c. 661.

Εὐσθένεος τὸ μνῆμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστὴς
δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν·
εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
χὐμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ὤν·
πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν· τεθνεὼς ὁ σοφιστὴς
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Versu quarto cod. Pal. δαιμονίοις quod recte emendatum videtur, nisi malis δαιμόνιος. Nomen χὐμνοθέτης corruptum habet Meinekius p. 136. de quo mihi secus videtur. Intelligitur ipse huius inscriptionis poeta Leonidas, qui Eusthenis sodalium familiaris erat et amicus ipsi Eustheni. Nam praestare videtur αὐτῷ, collato Herodoto VII, 228. τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας. Versum quintum Iacobsius ex Aurati coniectura edidit; codicis lectio πάντων, ὧν ἐπέοικεν ἔχει ferri posse videtur Meinekio p. 136. Qui verba τεθνεὼς ὁ σοφιστής in editionibus Theocriti, inter cuius epigrammata haec inscriptio recepta est, recte cum praecedentibus coniungi monuit. Equidem praetulerim, coniunctione inserta:

πάντων δ' ὧν ἐπέοικ', εὖ ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής·
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Confer ad genitivum Ap. Rh. IV, 1536. τρὶς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινηθέντες, εὖ κτερέων ἴσχοντα et versum Pindari, ut videtur, apud Plutarch. de Garrul. c. 5.

ἐγὼ φαμὶ ἰοπλοκάμων μοισᾶν εὖ λαχεῖν,

et ad verba *ὧν ἐπέοικε* Hom. Od. II, 222. *ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξω πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε*. A. P. VII. 333. 2. App. Ep. 317. 5. *τὰ δ' ἄλλα τοι, ὅσσα ἔοικε, καὶ πάρος Εὐδαίμων δῶκε καὶ οἰχομένῳ*. Pro *ἄκικυς* Heinsius, Brunckius, Hermannus *ἄοικος*, quod ad sensum aptius. Videtur enim exsul fuisse Eusthenes.

Leonidas c. 662.

Ἡ παῖς ᾤχετ' ἄωρος ἐν ἑβδόμῳ ἤδ' ἐνιαυτῷ
εἰς Ἀΐδην πολλῆς ἡλικίης προτέρη,
δειλαίη ποθέουσα τὸν εἰκοσάμηνον ἀδελφὸν
νήπιον ἀστόργου γευσάμενον θανάτου·
αἰαῖ λυγρὰ παθοῦσα Περιστερή, ὡς ἐν ἑτοίμῳ
ἀνθρώποις δαίμων θῆκε τὰ δεινότατα.

Iacobsii interpretationem verborum *πολλῆς ἡ. προτέρη*: *diu ante quam per naturae leges ei moriendum esset*, recte improbavit Meinekius p. 134. qui sensum putat: *πολλῶν ἡλίκων προτέρη*, modo sana habenda sit codicis lectio; fortasse praestare: *πολλῷ γ' ἡλικίης προτέρη*. Equidem conicio:

πρώτης ἡλικίης προτέρη,

cl. Pind. Nem. IX, 41. *δέδορκεν παιδὶ τοῦτ' Ἁγησιδάμου φέγγος ἐν ἁλικίᾳ πρώτᾳ*. Propert. II, 8. 17. » prima moriere aetate Properti." Ad vs. 4 confer Meleagrum VII, 468. 7. *ἰὼ κακοπάρθενε Μοῖρα στεῖρα γονᾶς στοργὰν ἔπτυσας εἰς ἀνέμους*. Vs. 5 vulgo contra codicis auctoritatem scribitur *περιστερί*, quod mihi propter hiatum displicet.

Antipater c. 692.

Γλύκων, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος,
ὁ παμμάχων κεραυνός, ὁ πλατὺς πόδας,
ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες
ἔρρουσι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς

οὔθ' Ἑλλάδι τὸ πρῶτον, οὔτ' ἐν Ἀσίδι
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν.

Quam olim probavi lenissimam emendationem Baiteri propositam in notis Orellii ad Hor. Ep. I, 1. 30. οὔθ' Ἑλλάδι τροπωτόν, eam nunc minus probabilem habeo, quod hoc adiectivum notionem *prosternendi*, quae de athleta unice apta, non videatur adsciscere. Ad illam sententiam proxime accedit una e Iacobsii coniecturis: τις ἔπρωσεν. Sed longe leniore opera reponas:

οὔθ' Ἑλλάδι πρωστὸν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς.

Apollonides c. 693.

Γλῆνιν παρηονῖτις ἀμφέχω χερμὰς
πικρῇ κατασπασθέντα κύματος δίνῃ,
ὅτ' ἰχθυάζετ' ἐξ ἄκρης ἀπορρῶγος·
χῶσαν δέ μ' ὅσσος λαὸς ἦν συνεργήτης,
Πόσειδον, οὓς σὺ σῶζε καὶ γαληναίην
αἰὲν διδοίης ὁρμιηβόλοις θῖνα.

Vs. 4 χῶσαν paullo audacius de lapide sepulcrali dictum, quum de tumuli humo dici soleat. Miram formam adiectivi συνεργήτης mutari vetuit Lobeckius Paral. II. p. 437. de Iacobsii coniectura συνεργαστής his additis: »illud aptius ad sententiam quam συνεργαστής quia significantur eiusdem artis opifices, hi autem ἐργάται dicuntur, non ἐργασταί." Vix tamen crediderim συνεργήτης sanum esse. Quum enim adiectiva in ίτης constanter in codice ita scripta sint ut in ήτης vel είτης desinant, hoc loco restituendum puto συνεργίτης. Quod optime formatum, ut ἀροτρίτης A. P. IX, 23. 4.

καὶ τὸν ἀροτρίτην στέρξατέ μοι βίοτον [1])

---

[1]) Si quid mutandum, malim: ἀρουρίτην, ut μῦς ἀρουρίτης Babrias f. 108. 27.

ubi vitiose Planudes *ἀροτρήτην*, *κελευθίτης* VI, 120. 3. quod Meinekius restituit pro *κελευθήτης*, et *Νισυρήτιδος* pro *Νισυρίτιδος* A. P. IX, 21. 5. Ita *Κελαινήτης* codex A. P. VII, 696. 4. et *σταλήτης* VII, 424. 1.

Μαστεύω τί σοι Ἆγις ἐπὶ σταλίτιδι πέτρᾳ
Λυσιδίκα, γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον.

Ubi codicis pravam scripturam *σταλήτιδι* sustulerunt Lobeckius ad Buttm. Gr. t. II. p. 430. et Meinekius. Pro *τί σοι Ἆγις* in membranis legitur *τίς εὐαγής*, quod emendavit Boschius ad Anth. Gr. t. V. p. 212. nisi quod *τί σεῦ Ἆγις* scripsit. Propter pronomen nomini proprio praepositum malui: *τί σοι Ἆγις*. In Apollinidis epigrammatis vs. 6 notanda secunda syllaba in *ὁρμιηβόλοις* correpta, in *ὁρμιή* produci solita.

Archias c. 696.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόμενος δέμας αὔραις
τλᾶμον ἀορτηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
αἰωρῇ· Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης
πρῶνα Κελαινίτην ναιετάων Σάτυρε·
σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκέτι Νύμφαι,
ὡς πάρος, ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

Vs. 1 *δέμας* Brunckius et Iacobsius. Sed ex codicis lectione *δέσμας* restituendum:

ἱμασσόμενος δέρας αὔραις.

Pellis enim Marsyae in pinu suspensa erat, non integrum corpus, v. Iacobs. Animadv. t. VIII. p. 262.

Diodorus c. 700.

Ἴστω νυκτὸς ἐμῆς, ἥ μ' ἔκρυφεν, οἰκία ταῦτα
λάϊνα Κωκυτοῦ τ' ἀμφιγόητον ὕδωρ,
οὔτι μ' ἀνὴρ, ὃ λέγουσι, κατέκτανεν ἐς γάμον ἄλλης
παπταίνων· τί μάτην οὔνομα Ῥουφίνιος;

ἀλλά με Κῆρες ἄγουσι μεμορμέναι· οὐ μία δήπου
Παῦλα Ταραντίνη κάτθανεν ὠκύμορος.

Vs. 4 Iacobsius Reiskii coniecturam Ῥουφίνιος pro codicis lectione Ῥουφῖνος recepit et interpretationem addidit: *cur frustra Rufinus laborat infamia?* Mihi haec sententia his verbis, quae ne recte quidem Graeca videntur, inesse non posse videtur. Nomen viri fortasse non Ῥουφίνιος fuit, de quo v. infra ad VII, 709. 6. p. 328, sed Ῥουφιανός; integrum vero distichon ita scribendum puto:

οὔτι μ' ἀνὴρ, ὃ λέγουσι, κατέκτανεν ἐς γάμον ἄλλης
παπταίνων, τὸ μάτην οὔνομα, Ῥουφιανός.

Verba: *τὸ μάτην οὔνομα* referenda ad *λέγουσι*, ut dicitur: *λόγος ταῦτα ἄλλως*, et *ὄνομα* hic est *fama* inter homines sparsa, quam falsam esse docet adverbium *μάτην*. Apte adscripsit Iacobsius Antipatr. VII, 639. *τί Κυκλάδας . . . ἠλεὰ μεμφόμεθα· ἄλλως τοὔνομ' ἔχουσιν.* Compares Paus. VIII, 3. 3. *ἔχοιεν δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες*, quae conveniunt cum Callim. A. P. VII, 272. 4. *ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε*, i. e. *ἄλλως τύμβος ὀνομαζόμενος.* Sed vide an non ibi praestet *τοὔνομα*, i. e. Lyci naufragi nomen inscriptum habeo, collato Oneste VII, 274. 3. *ἡ δὲ περισσὴ πέτρος ἐγὼ τὸ μάτην γράμμα τορευθὲν ἔχω.* In Munatii epigr. A. P. IX, 103. 5.

μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη
τῶν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ' ἔχουσα μόνον,

scribendum: *τῶν ἐν ἐμοὶ μεγάλων τοὔνομ' ἔχουσα μόνον.*

Apollonides c. 702.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἄγρη
δούνακος ἐξαμίης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη,
εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φόνιον πλάνον ἀμφιχανοῦσα

ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔφριξε πάγην·
ἀγνυμένη δ' ὑπ' ὀδόντι κατέκτανεν ἅλματι λάβρῳ
ἐντὸς ὀλισθηρῶν δυσαμένη φαρύγων.

Versu secundo I. G. Schneiderus correxit ἑξαμίτης, de quo dubitari non posse scribit Meinekius p. 200, neque in eo haeream quod hoc adiectivum nusquam alibi legitur, sed de terminatione feminina dubito, quam ἑπτάμιτος minus mobile sit et longe aliud quid valeat, ut ἑπτάμιτος κιθάρη A. P. IX, 250. 6. Gravius vero lapsus est O. Schneiderus, qui in Philol. 1851. p. 510. 7. in Philetae Ep. A. P. VI, 210. 5. pro ζώνην πολύτιμον correxit πολύμιτον, parumque reputavit hanc vocem penultima correpta metro adversari. Brunckius cum Stephano pro ἑξαμίης scripsit ἱππείης, quo epitheto usi sunt Babrias F. 6. 3. Oppian. Hal. III, 75. 151. v. Plut. de Sollert. Anim. c. 24. Equidem malim:

ἀμνείης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη.

Vs. 3 scribendum cum Meinekio:

εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φονίου πλάνον ἀμφιχανοῦσα
ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔβρυξε πάγην,

collato Oppiano Cyn. I, 56. γυραλέοις δονάκεσσι καὶ ἀγκίστροισι δαφοινοῖς. Hal. IV, 43. ὑπ' ἀγκίστροιο δαφοινοῦ. Verba ὀξείην πάγην de hamo intelligenda esse monstrat Archiae versus A. P. VI, 192. 4.

ἄγκιστρον κρυφίην εἰναλίοισι πάγην.

Ad rem vs. 5 confer Babriae F. VI, 15, ubi piscem recens captum arundine transfigere dicitur piscator. Sed verba poetae non ab omni parte sana habenda sunt.

Alexander c. 709.

Σάρδιες ἀρχαῖαι, πατέρων νομὸς, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμαν, κέρνας ἦν τις ἂν ἢ μακέλας
χρυσοφόρος ῥήσσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν

οὔνομα καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος,
καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλικωνίδας, αἵ με τυράννων
θῆκαν Δασκύλεω μείζονα καὶ Γύγεω.

Versu primo quod Plutarchus t. II, 599 E. pro ἀρχαῖαι praebet ἀρχαῖος πατέρων νομός, recepit Meinekius Anal. Alex. p. 235. Mihi vero Σάρδιες ἀρχαῖαι rectius videtur, comparatis duobus aliis epigrammatis, hoc Bianoris, illo Macedonii. Bianoris epigramma legitur A. P. IX, 423.

Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις, αἵ τ' Ἀλυάττου
Σάρδιες, αἱ βασιλεῖ Περσὶς ἐν Ἀσιάδι,
αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον
ὄλβον Πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι·
νῦν δὴ ὅλαι δύστηνοι ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι
ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανοῦς χάσματος ἠρίπετε
Βοῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλωσμένα· αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐμβυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

In cuius versu quinto scripsi νῦν δή pro νῦν δέ, quod nunc etiam Hermanno placuisse video Annal. Vindob. l. c. p. 254. qui in vs. 2 pro Περσίς praeter necessitatem coniecit τύρσις. Vulgatae enim sensus: urbs quae in Asia Minore regi patriae regionis Persiae locum tenet, i. e. ubi Persarum reges partem anni degunt, aliam vero Persepoli. Versum septimum certa coniectura mihi sanare videor corrigendo:

Βούρᾳ ἶσαι Ἑλίκῃ τε κεκλυσμένῃ.

Nimirum KAI et ICAI non differunt, et quum hoc in καί abiisset, superscriptum IC in εἰς mutatum in contextum verborum irrepsit. Aliter Meinekius Delect. p. 193. Macedonii epigramma exstat A. P. IX, 645.

Τμώλῳ ὑπ' ἀνθεμόεντι ῥοὴν παρὰ Μαίονος Ἕρμου
Σάρδιες, ἡ Λυδῶν ἔξοχός εἰμι πόλις·

μάρτυς ἐγὼ πρώτη γενόμην Διός· οὐ γὰρ ἐλέγχειν
λάθριον υἷα Ῥέης ἤθελον ἡμετέρης·
αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γενόμην τροφός· ἐν δὲ κεραυνῷ
ἔδρακον εὐρυτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον·
πρώταις δ' ἡμετέραισιν ἐν ὀργάσιν οἰνὰς ὀπώρη
οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.
πάντα με κοσμήσαντο· πολὺς δέ με πολλάκις αἰὼν
ἄστεσιν ὀλβίστοις εὗρε μεγαιρομένην.

Versu septimo *οἰνὰς ὀπώρη* est *uva matura*, ut in Nonn. Dion. V, 279. XII, 37. Recte igitur animadvertit Iacobsius insolenter uvam ipsam sive vites dici mulxisse mustum ex uberibus uvarum. Idque Macedonium coacte dixisse censuit etiam Blomfield. Gloss. Aesch. Pers. 621. p. 159. Lips. Poetam vero Iacobsius scripsisse putat *οἰνιὰς Ὥρη*, quum Horae hoc musti exprimendi negotium tribui possit quod certo anni tempore debebat peragi. Equidem subiectum verbi *ἄμελξε* esse censeo nomen *Βρόμιος*, quod si quis forte durius omissum putet, scribi possit: *πρώταις ἡμετέραις ὅδ' ἐν ὀργάσιν*; Bacchus enim primus uvas pressit et vinum bibit, v. Nonn. Dion. XII, 320 sq. Pro *οἰνὰς ὀπώρη* vero scribendum aut *οἰνάδος ὥρης*, ut substantivo *ὥρη* de uvis usus est Babrias fab. 19. 4., aut potius *οἰνάσιν ὥραις*, cl. Nonn. Dion. XX, 3. *τοῖσι δὲ δαινυμένοις ἐπεκώμασαν οἰνάδες ὧραι.* Ut igitur Sardium urbs dicitur antiquissima et a Bianore et a Macedonio, ita mihi Alexander Aetolus adiectivum *ἀρχαῖος* nomini *Σάρδιες* addidisse videtur. De substantivo *κέρνας* vel *κερνᾶς* vs. 2 dixisse Lobeckium Aglaoph. I. p. 27 annotavit Meinekius. Confer Athen. XIV, 27. *μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις κερνοφόρος καὶ μάγγας καὶ θερμαστρίς.* Idem Meinekius scripsit *ἧς τις ἂν ᾖ μακέλας*, sed prima persona in Dorica dialecto est *ἦν*, v. Ahrens. Dial. Dor. p. 325. 326. Quare pro codicis lectione scripsi *εἷς*

τις, quod apte oppositum nobili poetae civique Spartano. In caeteris scribendum puto:

κέρνας εἷς τις ἂν ἢ μακέτας

θυρσοφόρος ῥῆσσον καλὰ τύμπανα.

Pro μακέτας in codice legitur μακέλας, quod Salmasius in βακέλας, quod pro βάκηλος dictum sit, mutavit. Illud restitui ex Callixeno apud Athen. V, 198 E. μετὰ δὲ ταῦτα Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες καὶ Βασσάραι καὶ Λυδαὶ κατακεχυμέναι τὰς τρίχας, collato E. M. 587. 53. Μιμαλλόνες — διὰ Μακεδονικὴν ἱστορίαν ἥτις κεῖται ἐν τοῖς Καλλιμάχου. Sed ita non χρυσοφόρος sed θυρσοφόρος aptum habendum est sacerdotis Cybeles vel Bacchi epitheton. Adiectivo καλά ornatus tympanorum in Lydis ditissimis mihi significari videtur; Meinekius λάλα praetulit. Vs. 4 pro Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος Plutarchus Σπάρτας εἰμὶ πολίτης. Illud explica ex Pindari Isthm. I, 19 τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον καὶ λεβήτεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ, γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων. Versus sexti lectio controversa est propter primam in nomine Γύγης correptam et propter Dascylum Lydiae regibus annumeratum, quum regis Gygis fuerit pater. Transpositis igitur nominibus Iacobsius ad Delect. Epigr. p. 94. tentavit θῆκαν καὶ Γύγεω μείζονα Δασκύλεω, quo probato Meinekius correxit τύραννον pro τυράννων. Equidem maluerim:

αἵ με τυράννω

θῆκαν Δασκυλίδεω μείζονα καὶ Γύγεω.

Videtur enim prima nominis Γύγης, longa in bisyllabo, in producta forma genitivi Γύγεω corripi. In dilatatis formis hoc fieri solet, ut a χρυσός formatur χρύσεος prima brevi, et ab Ἐλευσίς, Ἐλευσῖνος, gentile Ἐλευσίνιος, antepenultima correpta, v. H. Hom. Cer. 266. intpp. Soph. Ant. 1101. Insula Σῦρος prima brevi est Συρίη Hom.

Od. XV, 403. et Σύριος Christodor. Ecphr. 351., et eadem quantitatis differentia sunt syllabae in Ποσειδῶν, Ποσιδήϊος, ὕσγινος et ὑσγινόεις, illud penultima longa, hoc brevi antepenultima, apud Nicandrum. Et σίδη priorem syllabam producit, sed σιδόεντος eadem syllaba brevi dixit Nicander Alex. 276. et Euphorio apud Athen. III, 82 A.

ὥριον οἷά τε μῆλον ὅ τ' ἀργιλώδεσιν ὄχθοις
πορφυρόειν ἐλαχείῃ ἐνιτρέφεται Σιδόεντι.

Idem observandum de adiectivis Ὑρκανός et Ὑρκάνιος, et quod ἀχαϊνέην dixit Oppian. Cyn. II, 426 et ἀχαιΐνεω Phalaecus A. P. VI, 165. 2. antepenultima brevi, id ἀχαιΐνη eadem syllaba longa in extremo choliambi pede legitur apud Babriam fab. 95, 87. Sed longius processit Lobeckius qui eandem in aliis vocabulis quantitatis diversitatem notavit ad Soph. Ai. p. 184. 13. Pathol. p. 242. 468. n. 57. huc referens adiectivum Νισυρῖτις ab insula Νίσυρος apud Incertum A. P. IX, 21.

Σοὶ, πατρὶ Θεσσαλίῃ πωλοτρόφε, μέμψιν ἀνάπτω
Πήγασος ὡς ἀδίκου τέρματος ἠντίασα,
ὃς Πυθοῖ κὴν Ἰσθμῷ ἐκώμασα κἠπὶ Νέμειον
Ζῆνα καὶ Ἀρκαδικοὺς ἤλυθον ἀκρεμόνας·
νῦν δὲ βάρος πέτρης Νισυρίτιδος ἔγκυκλον ἕλκω
λεπτύνων Δηοῦς καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

Ubi codex vs. 5 Νισυρήτιδος quod mutavit Brunckius. Sed insulae Nisyri nomen duabus primis syllabis productis est apud Homerum Il. II, 676.

οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε,

neque correptio utriusque syllabae in gentilis forma productiore defendi potest, ut in A. P. IX, 808. 5

πάνθ' ὁρόω γαίης Βιθυνηΐδος ἀγλαὰ ἔργα

cum Iacobsio scribendum puto Βιθυνίδος. Scribendum igitur Νισύριδος a Νισύριος quod Stephanus Byzantius memo-

rat in v. et restituendum est Antipatro A. P. IX, 418.

Ἴσχετε χεῖρα μυλαῖον ἀλετρίδες, εὕδετε μακρὰ,
κἢν ὄρθρον προλέγῃ γῆρυς ἀλεκτρυόνων,
Δηὼ γὰρ Νύμφαισι χερῶν ἐπετείλατο μόχθους·
αἱ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἀλλόμεναι τροχιὴν
ἄξονα δινεύουσιν· ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς
στρωφᾶται πισύρων κοῖλα βάρη μυλάκων.
γευόμεθ' ἀρχαίου βιότου πάλιν, εἰ δίχα μόχθου
δαίνυσθαι Δηοῦς ἔργα διδασκόμεθα.

In cuius epigrammatis eleganter in molas aquarias scripti versu sexto codex: *στρωφᾷ πισύρων κ. β. μ.* sed nemo facile dicat quare lapides illi molares quatuor sint numero, neque graves lapides recte dici putem *cavas*. Quapropter pro *κοῖλα βάρη* tentavi *κῶλα βάρη*, nisi malis *σκληρὰ βάρη*, sed in caeteris certa emendatione repono:

στρωφᾷ Νισυρίων κοῖλα βάρη μυλάκων.

Id quod altero epigrammate, ubi *πέτρη Νισυρῖτις* memoratur, abunde firmari videtur. Et notandum in feminino trisyllabo quantitatem propriam rursus usu venire, ut *Ἑρκύνιος* secunda syllaba correpta legitur apud Ap. Rh. IV, 640. Dionys. Per. 286. ubi tres codices *Ἑρκυναῖο*, sed eadem syllaba producta apud Parthenium in Meinekii editione p. 276.

ἀλλ' ὅτ' ἀφ' ἑσπερίης Ἑρκυνίδος ὤρετο γαίης.

Eadem syllaba adiectivi *Ἑρκύνιος* producta legitur apud Crinagoram A. P. IX, 419.

Κἢν μυχὸν Ὀρκυναῖον ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
ἔλθῃ καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων
Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος, ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ
πάντη· Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια·
οἷσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο
λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

In quo offendit et inusitata adiectivi forma Ὀρκυναῖος et coniunctio καί, quum promontorium Africae ipsum illud sit cuius nomen in versu maiore legitur Σολόεις. Sententiam autem epigrammatis hanc esse statuunt: quocunque Augustus se contulerit sive in ultimas septentrionem versus partes sive in Africae remotiores recessus, locos quos invisit nobilitat et adventu suo illustrat. Mihi vero olim longe aliter comparata fuisse videtur; poetam enim dixisse puto Augustum locos aegrotorum medicinam morbis et vulneribus quaerentium adventu nobiles aeque ac ignobiles in parem nobilitatis gradum efferre et evehere. Et μυχὸς Ἑρκυναῖος locus nobilissimus habendus, ut promontorium Soli in Africa ab hac parte omnium locorum maxime ignobilis. Recessus autem Hercynaeus est antrum Trophonii quod aegri adibant, prope quod flumen Hercyna, ut patet ex Pausania IX, 39. 2. διείργει δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ ἄλσος τοῦ Τροφωνίου. Φασὶ δὲ ἐνταῦθα Ἕρκυναν ὁμοῦ Κόρῃ τῇ Δημητρὸς παίζουσαν καὶ ἔχουσαν χῆνα ἀφεῖναι τοῦτον ἄκουσαν. — καὶ ὀνομασθῆναι τὸν ποταμὸν ἐπὶ τούτῳ λέγουσιν Ἕρκυναν κτἑ. Producitur secunda syllaba, ut intelligitur ex Lycophr. 153. Et Apollonius Lebadiae versatus ad antrum Trophonii apud Philostr. V. A. VIII, 19 τὴν μὲν ἡμέραν ἐκείνην διελέχθη περὶ τὰς πηγὰς τῆς Ἑρκύνης ὑπὲρ αἰτίας τοῦ μαντείου. Scribendum videtur:

ἢν μυχὸν Ἑρκυναῖον ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
ἔλθῃ, γῆς Λιβύων κράσπεδον Ἑσπερίων.

Promontorium enim Soli in occidentali parte Africae dicitur margo terrae ultimus; qui ab Augusto invisitatus ipsum nobilissimum Trophonii antrum fama opis aegrotis latae brevi aequabit. Unum his addam exemplum nominis Ῥουφίνιος quod ex Reiskii emendatione secunda syllaba correpta legebatur apud Diodor. A. P. VII, 700. 4. quum

eadem producatur in nomine Ῥουφῖνος A. P. VII, 558. 3, App. Ep. 313.

Ῥουφίνου τάφος οὗτος, ὃν Ἀστέριόν ποτ' ἔκληζον,

ubi scribendum ποτέκληζον, et in Ῥουφίνιον ἄλσος A. P. IX, 656. 14, et ad epigramma redibo IX, 21 in quo alia etiam vitia conspicua sunt praeter unum quod sustuli scripto Νισύριδος. Nam versu quarto offendit Ἀρκαδικοὺς ἀκρεμόνας, quum comparatis eiusdem argumenti epigrammatis c. 19 et 20. hic requiri videatur ludorum Olympicorum mentio. Occurrit tamen Lucilii versus A. P. XI, 82.

Πέντε μετ' ἄλλων Χάρμος ἐν Ἀρκαδίᾳ δολιχεύων
θαῦμα μὲν, ἀλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν,

ut coniici possit huius incerti poetae aetate in Arcadia ludos celebratos fuisse qui certamen Olympicum conventus fama aequabant. Sed ineptissimum est quod versu sexto legitur ἀπὸ σταχύων. Quod recte dictum esset de trituratione frumenti, quod equi et boves in areis terere et spicis extundere solebant. Sed hic asinorum labor molae circumagendae equo victoriis nobilitato impositus fingitur, ut ex lapidis molaris mentione patet. Scribendum puto: ὑπὲξ ἀχύρων.

Antipater c. 711.

Ἤδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίνυατο νύμφᾳ
Κλειναρέτᾳ χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων,
καδεμόνες δ' ἤλποντο διωλένιον φλόγα πεύκας
ἅψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις,
Δαμὼ καὶ Νίκιππος· ἀφαρπάξασα δὲ νοῦσος
παρθενικὰν Λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος·
ἀλγειναὶ δ' ἐκάμοντο συνάλικες οὐχὶ θυρέτρων
ἀλλὰ τὸν Ἀΐδεω στερνοτυπῆ πάταγον.

Versu tertio recte Schneiderus διωλένιοι collato Arati

Phaen. vs. 202. ἀλλ' ἔμπης κἀκεῖθι διωλενίη τετάνυσται, ubi Scholiastes: διωλενίη, ἐκτεταμένας ἔχουσα τὰς χεῖρας. Versu sexto codex θάλαμον, quod de coniectura Musgravii ad Eur. Suppl. 603. in πάταγον mutavit Brunckius. Equidem rectius puto κοπετόν.

Incertus c. 714.

Ῥήγιον Ἰταλίης τεναγώδεος ἄκρον ἀείδω,
αἰεὶ Θρινακίου γευομένην ὕδατος,
οὕνεκα τὸν φιλέοντα λύρην φιλέοντά τε παῖδας
Ἴβυκον εὐφύλλῳ θῆκεν ὑπὸ πτελέῃ,
ἡδέα πολλὰ παθόντα, πολὺν δ' ὑπὸ σήματι κισσὸν
χεύατο καὶ λευκοῦ φυταλιὴν καλάμου.

Vs. 1 codex ἰταλίη σταγανώδεος supra scripto in initio vocabuli στε, unde τεναγώδεος effinxerunt eruditi. Et ἀείδω corruptum videtur, quum ipse lapis Rheginos celebrare propter honorem, quo Ibycum prosecuti sunt, dici nequeat. Scribendum puto:

Ῥήγιον Ἰταλίης τεναγώδεος ἄκρον ἄειδε
αἰεὶ Θρινακίου γευομένην ὕδατος.

Vs. 5 corrigendum ἐπὶ σήματι, cl. Simmia A. P. VII, 22. 1. Simonid. c. 24. 2. Philodem. 222. 7. App. Ep. 306. 6.

Nossis c. 718.

Ὦ ξεῖν', εἰ τύ γε πλεῖς ποτὶ καλλίχορον Μιτυλάναν
τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐναυσόμενος,
εἰπεῖν ὡς Μούσαισι φίλα τήνα τε Λόκρισσα
τίκτειν ἴσαις δ' ὅτι μι τοὔνομα Νοσσὶς ἴθι.

Corruptissime haec omnia in codice leguntur quorum ultima vere ita emendavit Brunckius: ἴσαις δ' ὅτι μοι τοὔνομα Νοσσὶς ἴθι. Caetera Porsonus apud Gaisford. Hephaest. p. 10. ita correxit:

ὡς Μούσαισι Φιλάθην, ἅ τε Λοκρὶς γᾶ
τίκτει.

Rectius et propius ad literarum ductus Meinekius p. 96 sq. scripsit Φίλα τ' ἦν, et vs. 4 coniecit τίκτε μ'· ἴσαις κτἑ. cui praeferendum videtur τίκτει, v. Iacobs. Not. Crit. p. 320. In priore disticho Porsonus ἐναψάμενος, Brunckius ἐνοψόμενος coniecit. Neutrum probari posse videtur, quum elegantiae poetriae et sententiae recto ordini unice convenire videatur:

καλλίχορον Μυτιλάναν
γᾶν Σαπφοῦς, χαρίτων ἄνθε' ἀμασαμένας.

Et pro τᾶν restituendum esse γᾶν fere certum puto; de caeteris v. supra ad IX, 187. 1. p. 191.

Chaeremon c. 720.

Κλεῦας ὁ Τιμοκλῆος, ὑπὲρ Θυρέαν δόρυ τείνας
κάτθανες ἀμφίλογον γᾶν ἀμφιτεμνόμενος.

Vs. 1 codex corrupte κλευαςου τοιμοικλειος, quod Ruhnkenius Epist. Crit. I. p. 119. mutavit in Κλεύας Τιμοκλῆος; cui articulum addidit Iacobsius scripto Κλεύας ὁ Τιμοκλῆος, quod ipse in Addendis reiecit et ferri non posse demonstravit Meinekius p. 205. qui Θυρεᾶν et ἀποτεμνόμενος corrigens actum egit; illud iam Ruhnkenius l. c. restituerat, alterum Boeckhius ad C. I. t. I. p. 554. Nomen autem viri certa emendatione mihi revocare videor:

Κλεύας Οὐτυμοκλεῖος, ὑπὲρ Θυρεᾶν δόρυ τείνας
κάτθανες ἀμφίλογον γᾶν ἀποτεμνόμενος.

Eadem corruptela in Paus. III. 14. 7. Nomen Ἐτυμοκλῆς Xen. Hell. V, 4. 22. 32. VI, 5. 33. et saepius alibi Ἐτυμοκλείδης, v. Boeckh. ad C. I. n. 1360. p. 662.

Chaeremon c. 721.

Τοῖς Ἄργει Σπάρτῃ τ' ἴσαι χέρες, ἶσα δὲ τεύχη

συμβάλομεν· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός·
ἄμφω δ' ἀπροφάσιστα τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες
οἰωνοῖς θανάτου λείπομεν ἀγγελίαν.

Vs. 1 codex *παρθενῖσαι χέρες*, quod ex Schaeferi coniectura mutavit Iacobsius, qui olim ad Anth. t. II. p. 174. in codicis lectione *Σπάρτηθεν ἶσαι* latere putavit, rectius tamen ad sententiam putans:

Ἄργοθε καὶ Σπάρτηθεν ἶσαι χέρες.

Meinekius Delect. Epigr. p. 206. verba *τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἶσαι χέρες* interpretatus est: nos Sparta profecti, pares numero exercitus, cum Argivis conflictati sumus. Mihi Argivi non recte dici videntur *οἱ Ἄργει*, neque primi distichi constructionem a scabritiei labe immunem puto. Pro *συμβάλομεν* codex *συμβόλαμεν*. Vs. 4 aoristum pro praesente *λείπομεν* requiri quivis videt, quod vitium paulo audaciore mutatione tollere possis scripto: *θανάτων ἀγγελίαν λίπομεν.*

Callimachus c. 725.

α. Αἴνιε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, οὐκ ἐπὶ πουλὺ
ἦσθα· τί σε, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
ἦ ῥα τὸ καὶ Κένταυρον; β. ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος
ἦλθεν, ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

Vs. 1 *Αἴνιε* interpretatus est Ruhnkenius: » urbe Aeno oriunde" et mors talis egregie convenit in hominem gentis Thracum vinosissimorum. v. Call. fr. 109. 1. Mox scribendum:

καὶ σύ γ' ἄρ' ὧδε Μενέκρατες οὐκ ἐπὶ πουλὺ
ἦσθα,

de quo imperfecto cum *ἄρα* coniuncto confer Theogn. 700. 788. 1066. A. P. IX, 371. 6. 76. 5. XI, 383. 1. Leonidam VII, 661. 5. *ὁ σοφιστὴς καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.* Antiphil. IX, 310. 6. *ἧς ἄρα κὴν ἀλόγοις χρυσὲ*

κακοῦ πρόφασις, et Cratini fragmentum apud Plutarchum in Cimone:

κἀγὼ γὰρ ηὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
καὶ πάντ' ἀρίστῳ, τῶν Πανελλήνων πρόμῳ
αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν,

ubi corrigendum: *κἄγωγ' ἄρ' ηὔχουν*. In fine versus codex *οὐκέτι πουλύς*, quod emendavit Zedelius, qui vs. 2 pro *ὥστε* scripsit *λῷστε*, in verbis *ξείνων λῷστε*. Quae egregia emendatio.

Leonidas c. 726.

Ἑσπέριον κῆῳον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον
ἡ γρῆϋς πενίην Πλατθὶς ἀμυνομένη·
καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν συνέριθον ἄτρακτον
ἤεισεν πολιοῦ γήραος ἄγχι θυρῶν,
καί τι παριστίδιος δινευμένη ἄχρις ἐπ' ἠοῦς
κεῖνον Ἀθηναίης σὺν Χάρισιν δολιχὸν,
ἢ ῥικνῇ ῥικνοῦ περὶ γούνατος, ἄρκιον ἱστῷ
χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερόεσσα κρόκην·
ὀγδωκονταέτις δ' Ἀχερούσιον ηὔγασεν ὕδωρ
ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.

Versu quarto codex *ἀγχίθυρον* quod in *ἄγχι θυρῶν* mutarunt cum Reiskio Brunckius et Iacobsius, comparato Homerico *ἐπὶ γήραος οὐδῷ*. Magis convenit Gregorii versus A. P. VIII, 119.

ὤφελες ἄγχι πύλης γήραος ἐμπελάσαι.

Sed mihi *ἀγχίθυρος* i. e. *γείτων* praeferendum videtur propter sequentia quae ita scribenda puto:

κἄτι παριστίδιος διανευμένη ἄχρις ἐπ' ἠοῦν
κεῖνον Ἀθηναίης σὺν Χάρισιν δολιχόν.

Ad *ἀγχίθυρος* confer App. Ep. 50. 1. *γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης*, c. 151. 3. *ἀγχίθυρος δ' ἕστηκα Δίκης πέλας*. Sy-

nes. de Regn. p. 6. C. *ἐλευθεριότητι ἀσωτία ἀγχίθυρος.* Conferas etiam Meleagr. A. P. VII, 417. 8. *γήρως γείτων.* Vs. 5 pro *καί τι* scribendum *κἄτι*, quod in *καί τι* abiit etiam A. P. XIII, 6. 7. Hoc iunge cum *ἀγχίθυρος*, summae senectuti proxima nec tamen minus per totam noctem textis Minervae operata. Pro *δινευμένη* codex *δεινευμένη*, pro quo malim *διανευμένη*. Cursus *δολιχοῦ* virorum robore constat et velocitate, sed mulierum in opere textorio sedatior est et lentior, igitur *δολιχὸς σὺν Χάρισιν.* Pro verbis *ἐπ' ἠοῦς* in fine versus codex *ἀπ' ἠοῦς* quod mutandum in *ἐπ' ἠοῦν.* Vs. 7 recte Meinekius *ἡ* pro *ἤ* et Iacobsius *ῥικνῇ* pro *ῥικνή.* In fine verba *ἄρκιον ἱστῷ* corrupta sunt. Fortasse scripsit poeta: *ῥικνὸν περὶ γούνατος ἄτριον, ἱστοῦ — κρόκην.* Substantivum enim desideratur, cuius regimen sit genitivus *γούνατος.* Texturam pellis recte dici *ἤτριον* non dubito. Ut *ἱστοῦ κρόκην* Leonidas, ita *ἱστοῦ παρὰ κρόκαισιν* Hegesipp. A. P. VI, 266. 4. Pro *στρογγύλλουσ'* codex *στρογγυλάουσ'*. Corrigendum *στραγγαλόωσ'*. Compara Theocritum XVIII, 34.

οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ
κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων.

Pro *ἱμερόεσσα* codex *ἡμερόεσσα*, quod in *ἡ μορόεσσα* mutatum ivit Meinekius. Si quid mutandum, malim *ἡμερίοισι.* Versu decimo Iacobsius verba *ἡ — καλῶς κτέ.* interpretatus est: quae pulcra opera pulcre et eleganter texuit. Equidem, quum *καλὰ καὶ καλῶς* coniuncta ferri nequeant, corrigam:

ἠλακάτην καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.

Tymnes c. 729.

Εὐήθης Τριτωνὶς ἐπ' οὐκ ἀγαθαῖς ἐλοχεύθη
κληδόσιν· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο δαιμονίη.

ἀρτίτοκος· τὰ δὲ πολλὰ κατήγαγεν ἓν βρέφος Αΐδην
σὺν κείνῃ, δεκάτην δ' οὐχ ὑπερῆρεν ἔω.

Versu tertio codex: τὰ δὲ πολλὰ καταγῃ ἐν βρέφος ᾅδαν σὺν κλεινῇ δεκάτην οὐχ ὑπὲρ ῆιρεν ἔω, quae ita ut in textu dedi partim emendavit partim mire corrupit Planudes, in locis impeditioribus plurimas coniecturas textui inferre solitus, quibus omnis fides ne nostra quidem aetate denegata est. Equidem non dubito quin recte omnino in codice scriptum sit κατάγῃ, quod media syllaba producta dictum pro κατεάγῃ. Augmento omisso adeoque brevi priore syllaba legitur ἄγῃ Hom. Il. XVI, 801. et participium καταγέντος Anth. Plan. 187. 3. Unde intelligitur corruptum esse quod in fine choliambi legitur apud Babriam F. 47. 9.

ἑκάστης δ' εὐχερῶς καταγείσης

et 119. 5.

χρυσὸς δὲ κεφαλῆς ἐρρύη καταγείσης.

Corrige κατηγυίης utroque loco, quod legitur apud Phoenic. Athen. XI, 495 E. Fons dictionis τὰ δὲ πολλὰ κατάγῃ est Hom. Od. II, 58. τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. Choeril. App. Ep. 97. 5. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται. Theocr. XVI, 42. τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λιπόντες. Huic oppositum recte scriptum est ἕν, modo leniter in hunc modum corrigatur:

τὰ δὲ πολλὰ κατάγῃ ἐνὶ βρέφος αἴδῃ
σὺν κείνῃ,

ut verbis τὰ πολλά apposita sint βρέφος σὺν κείνῃ et mater adeo cum infante una eademque morte exstincta esse dicatur. Verbum autem κατάγνυμι aptissimum de morte qua homines fracti exstinguuntur, v. supra ad VII, 491. 2. p. 299, collato Append. Epigr. c. 102, 12.

Ἀδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ Μαυρικίου δὲ δάμαρ,
ἡ πολύπαις βασίλεια καὶ ἡ δείξασα λοχείη
ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς·
τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
αἰαῖ τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς·
ναὶ ναὶ τὸν γενέτην, τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν
ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη,
ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.

Post Brunckium Iacobsius hoc carmen Anthologiae addidit ex uno Zonara XIV. p. 79. Legitur item integrum in Crameri Anecd. Paris. t. II. p. 333. ubi vs. 2 pro δέ legitur τέ et vs. 7 τῆς Ἰοκάστης, item in codice Vindobonensi, ex quo excerptas varias lectiones dedit Schubarthus in Zimmerm. Diurn. I. p. 1143. ubi inscriptum est epigramma: Ἀγαθίου εἰς Μαυρίκιον βασιλέα. Vs. 1 scribendum ἥδ' ἐγώ et ἥ vs. 3 pro ἡ. Iacobsius coniecit καλῇ δείξασα λοχείῃ. Vs. 4 codex Vindobonensis: λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ δήμου καὶ στρατιῆς, unde concinniorem eruas lectionem:

δήμου καὶ στρατιῆς λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ.

Vs. 8 idem codex pro νέκυς praeclare exhibet λίθος, quo restituto corrigas velim:

ναὶ ναὶ τῆς Νιόβης ἄπνοος εἰμὶ λίθος.

Hoc paulo argutius dictum. Eadem perpessa sum infortunia ac Niobe, sed haec dolore et moestitia tabescens in saxum mutata vel post mortem luget. Nisi ἔμπνοος servatum malis interpretatus: ego sum Niobe et dolore in saxum mutata post mortem interitum mariti et liberorum

lugeo. Confer Lucil. A. P. XI, 253. 3. ἡ ἀπὸ πέτρης ὀρχηστὴς, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον, Antipatr. Anth. Plan. 133. 7.

ὢ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
πέτρος ἔσῃ Νιόβα κἀΐδι τειρομένα,

ubi corrige ἔμπνοος. In versu eiusdem Antipatri distichi minore si κήδεϊ corrigas, etiam τηκομένη scribendum esse Spitznero visum ad Hom. Il. XXIV, 617. P. IV. p. 374. Sed confer A. P. VII, 328. 6. στυγερῷ πένθεϊ τειρομένους, et ad Agathiae versum Macedonium A. P. V, 229. 4. ἔμπνοος Εὐίππης οὐκ ἐλέαιρε λίθος. Vs. 9 pro ἔκτειναν codex Vindob. τί δὲ καὶ τὰ νεογνὰ ἔθυσαν, unde scribendum: τί δὲ καὶ τὰ νεόγν' ἐπέθυσαν, quod recte dictum, licet alibi θύειν pro κτείνειν dictum non invenias. Iacobsius ad Anth. t. XIII. p. 141. scripsit νεόγν' ἔκτειναν; idem initio versus pro ναί, ναί corrigit εἰ καί, sed praestare videtur:

αἰαῖ τὸν γενέτην, τί δὲ καὶ τὰ νεόγν' ἐπέθυσαν;

In versu decimo pro ἀνθρώπων κακίης codex egregie ἀμπλακίης μερόπων.

Theodoridas c. 732.

Ὤιχευ ἔτ' ἀσκίπων, Κινησία, Ἑρμοῦ ἄγριε
ἐκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον,
γήρᾳ ἔτ' ἄρτια πάντα φέρων· χρήστην δὲ δίκαιον
εὑρών σε στέργει παντοβίης Ἀχέρων.

Versu primo Brunckius cum Toupio Ἑρμοῦ λάτρις, Boeckhius Ἑρμέω ἄγρα. Scribendum:

Κινησία Ἑρμοῦ, ἀνιγρῷ
ἐκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον.

Idem nomen C. I. c. 2051. 15. Ζώπυρος Ἑρμοῦ. 2130. 30. Ἑρμῆς Ἑρμοῦ. Welckeri Syll. c. 136.

Diotimus c. 733.

Αἱ νόμιμοι δύο γρῆες ὁμήλικες ἦμεν, Ἀναξὼ

καὶ Κληνὼ, δίδυμοι παῖδες Ἐπικράτεος,
Κληνὼ μὲν Χαρίτων ἱερὴ, Δήμητρι δ' Ἀναξὼ
ἐν ζωῇ πρὸ πόλεως, ἐννέα δ' ἠελίων
ὀγδωκονταέτεις ἐπιλείπομεν ἐς τόδ' ἱκέσθαι
τῆς μοίρης· ἐτέων δ' οὐ φθόνος ἰσοσίη.
καὶ πόσιας καὶ τέκνα φιλήσαμεν· αἱ δὲ παλαιαὶ
πρῶθ' ἡμεῖς Ἀΐδην πρηῢν ἀνυσάμεθα.

Vs. 1 codex *αἰνόμινοι*, quod emendavit Salmasius. Adiectivum *νόμιμος* Iacobsius interpretatus est: eximia, venerabilis. Rectius utaris notatis Geelii ad Dion. Chrys. p. 118. Vs. 3 Meinekius p. 144 sq. scripsit *ἱέρη*, quod pro *ἱέρεια* dictum sit, recepta Iacobsii coniectura vs. 4 *προπολεῦσ' ἐννέα*. Equidem aut nihil mutandum puto, collata glossa in Anecd. Bekk. I. p. 9. *ἱεράν· ἀντὶ τοῦ ἱέρειαν, Πλάτων*, ut in inscriptionibus *ἱεραί* dicuntur *ἱερόδουλοι*, servae templo addictae, v. Boeckh. C. I. t. II. p. 1076. n. 2384. aut scribendum *ἱερέη*, ut Callim. A. P. VII, 728. 1. vel *ἱερῆ* C. I. 2108. *Ἀριστονίκη Δήμητρος ἱερῆ*, v. Lobeck. Pathol. p. 44. Versu quarto haud dubie sanum *πρὸ πόλεως* v. Boeckh. C. I. t. II. p. 605. quem laudavit Meinekius. Versu quinto Brunckius *ἐλλείπομεν*, Meinekius *ἀπελείπομεν* coniecerunt. Et Meinekius quidem recte locum explicuit: » utrique novem dies ad octogenarium annorum numerum deerant, geminae igitur eodem die decesserunt." Sed activum *λείπω* genitivo iungi nequit. Corrigendum:

ἐννέα δ' ἠελίων
ὀγδωκονταέτεις ἀπελειπόμεθ' ἐς τόδ' ἱκέσθαι
τῆς μοίρης.

Nisi malis: *ἔτι λειπόμεθ' ἐς κτἑ.* Versu sexto Meinekius pro *ἰσοσίη* coniecit *ἔσθ' ὁσίης*, Iacobsius *εἰς ὁσίην*, quod verum habeo, nisi quod rectius sententia generali scribas:

ἐτέων δ' οὐ φθόνος εἰς ὁσίους.

Confer Leontium A. P. VII, 575. 5.

γρηῦς μὲν μόρον εὗρεν ὄφελλε δὲ μυρία κύκλα
ζώειν· τῶν ἀγαθῶν οὐ δεχόμεσθα κόρον,

et ad dictionem Antiphilum VI, 257. 3. τίς ὁ φθόνος εἰς ἐμὲ Βάκχου; V. 8 codex ἀνιάμεθα, ex quo certa emendatione Hermannus ἀνυσάμεθα.

Incertus c. 734.

α. Ἦ ξεν' ὁλατιτυτειδεστι· β. τί γάρ; α. νέκυς, ᾧ ποτὶ παίδων
τῶν ἀγαθῶν ἤδ' ἦν ἀρχιγέρων ὁ γέρων,
ἀλλὰ φίλος γ'. β. ὦ πρέσβυ, γένοιτό τευ ὄλβια τέκνα
ἐλθεῖν καὶ λευκῆς ἐς δρόμον ἡλικίης.

Coniecturarum quas de primo versu protulerunt critici nullam mihi arridere non diffiteor, qui non improbabili emendatione ex siglis ductibusque literarum corruptarum mihi elicere videor:

α. Ὦ ξέν' ὅρα τί τὺ τεῖδε· β. τί γάρ;

Recte enim monuit Iacobsius pronomen τί bis scriptum prioribus adhaesisse. Idem pro ἤδ' ἦν coniecit ἅλις ἦν, quod nunc praeferendum puto emendationi quam olim proposui ἄδδην. Deinde Ἀρχιγέρων viri mortui nomen. Alterum distichon ita scribendum:

β. ἀλλά; φίλος γ' ὦ πρέσβυ; γένοιτό τευ ὄλβια τέκνα
ἐλθεῖν καὶ λευκᾶς ἐς δρόμον ἁλικίας.

v. supra ad VII, 277. 1. p. 282.

Leonidas c. 736.

Μὴ φθείρευ, ὤνθρωπε, περιπλάνιον βίον ἕλκων,
ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀλινδόμενος,
μὴ φθείρευ· κενεή σε περιστέψαιτο καλιὴ
ἣν θάλποι μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον,
εἰ καί σοι λιτή γε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη

Φύστη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένῃ παλάμαις,
ἢ καί σοι γλήχων ἢ καὶ θύμον ἢ καὶ ὁ πικρὸς
ἀδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

Hoc carmen in altero cippi latere inscriptum fuisse videtur tumulo ipsius poetae impositi, in cuius adverso latere epigramma legebatur ipsius Leonidae, quod in codice Palatino Incerti est poetae sed Tarentino Leonidae tribuendum esse iam pridem perspexerunt eruditi, A. P. VII, 715.

Πολλὸν ἀπ' Ἰταλίης κεῖμαι χθονὸς, ἔκ τε Τάραντος
πάτρης· τοῦτο δέ μοι πικρότερον θανάτου·
τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος· ἀλλά με Μοῦσαι
ἔστερξαν λυγρῶν δ' ἀντὶ μελιχρὸν ἔχω·
οὔνομα δ' οὐκ ἤμυσε Λεωνίδου· αὐτά με δῶρα
κηρύσσει Μουσέων πάντας ἐπ' ἠελίους.

In prioris carminis vs. 2 offendit forma *ἀλινδόμενος* quam ab eruditis ex Nicandro enotatam invenio, sed praeter dubiam formae verbi auctoritatem suspicionem movet significatio verbi aliena. Corrigo:

ἄλλην τ' ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀμειβόμενος,

collato ad praepositionis additae usum firmandum Diodoro A. P. IX, 219. 4. *ἐπ' ὠκυρόην Θύμβριν ἀμειψάμενος*. Adde Incertum IX, 755. 3. *Σκύλλαν — ἐκ πόντου γαῖαν ἀμειψαμέναν*, Plan. c. 337. 4. *ἐξ ἑτέρων ἑτέρους αἰὲν ἀμειβόμενος*, Babrias F. 72. 11. *ἄλλο δ' ἐξ ἄλλου πτερὸν καθύγρων ἐντὸς ἁρμόσας ὤμων*. Plat. Ap. S. 37. D. ex emendatione R. B. Hirschigii: *ἀνθρώπῳ ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν ἀμειβομένῳ καὶ ἐλαυνομένῳ γῆν πρὸ γῆς*, Nonn. Dion. V, 244. *ἔσω λειμῶνος ἀπ' ἄνθεος ἄνθος ἀμείβων*, XVIII, 324. *ἀπ' ἄστεος ἄστεα βαίνων*, XVII, 32. *ἐκ πόλιος δὲ πόληα μετήϊεν*, ad quorum normam in IX, 250. *Φοιταλέη δὲ βέβηκε δι' οὔρεος οὔρεα Νύμφη*, corrigendum *βέβηκεν ἀπ' οὔρεος*, A. P. IX, 209.

1. τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου ;. Versu tertio scribendum :

μὴ Φθείρευ κἂν εἴ σε περιστέψαιτο καλιὴ
ἣν θάλποι μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον.

Codex : Φθείρ' ἐν κενεηι. Dictum κἂν εἰ, ut εἰ καί vs. 5. Verbum περιστέψαιτο in περιστέξαιτο mutandum esse male coniecit Meinekius p. 123. Confer Hom. Od. IV, 618. ἑὸς δόμος ἀμΦεκάλυψεν κεῖσέ με νοστήσαντα. Adiectivum ἀδυμιγής vs. 8 emendare nequeo.



ADDENDA ET CORRIGENDA.

Integro libro typis mandato plura quae mihi postmodo animadversa sunt, hic secundum paginarum ordinem subiungam. Simul typothetarum errata, quae satis multa in verborum contextu remanserunt, hic corrigam.

P. 6. 17. deleantur verba: et Eubulum.

— 7. 15. *ποσωχάρεος*. Corrige: *Ποσωχάρεος*.

— 10. 14. In Crinagorae versu:

τῇ καὶ ζοφώδης ἀμφιέννυται νέκυς

adiectivum *ζοφώδης* in contumeliam adhibitum mihi non satis sanum videtur. Significat enim: »Orci tenebris abditus.'' Quod in omnes mortuos, non in unum Euniciden, spurcissimum hominem, quadrat. Quamobrem fortius aliquod vocabulum desidero et coniicio:

τῇ καὶ συφώδης ἀμφιέννυται νέκυς·

Euniciden optime Crinagoras *συφώδη*, i. e. »de porcorum grege unum'' dicere potuit. Quod adiectivum secundum linguae analogiam a *συφεός* formatum. Sed Philisci versus, de quo dixi p. 55.

δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον

δῶμα κατὰ φθιμένων καὶ σοφῷ ἀθανάτῳ,

persanandus videtur recepta Marklandi coniectura:

δῶμα κατὰ φθιμένων καὶ ζόφον ἀθανάτῳ.

P. 14. 27. τιμωρὸς προγόνων. Calami lapsu irrepsit προγόνων pro μοιχῶν.

P. 20. not. Nullum dubium quin Antigonus Carystius carminum heroico metro scriptorum poeta aetate multum inferior habendus sit Antigono Carystio Vitarum scriptori, quem Ptolemaeo Philadelpho regnante floruisse statuunt. Alter vero quanam aetate vixerit non satis certo effici potest ex Pamphilae testimonio de Antigoni Metamorphoseon libris. Sed certius de ea hinc constat quod eiusdem poetae Carystii epigrammata Philippus Thessalonicensis Coronae inseruit, v. A. P. IV, 2. 12. quorum unum servatum exstat A. P. IX, 406. in Philippi Anthologiae fragmento. Eius lemma Ἀντιγόνου Καρατίου emendarunt critici. Idem fortasse libellum de Mirabilibus conscripsit et amicum vel amasium celebrasse videtur carmine Ἀντίπατρος inscripto, cuius duo hexametri corruptissimi apud Athen. III, 82 B. mihi non satis felici successu tentati videntur a Iacobsio Anth. t. VIII. p. 203.

P. 26. 5. In lemmate: ἄδηλον ἐπὶ τίνι τοῦτο γέγραπται· πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμμασιν εὑρέθη κείμενον· μήποτε δὲ Λουκιανοῦ, corruptum est ἐπὶ τίνι. Non enim de eo agitur in quem conscriptum sit hoc epigramma, sed a quo. Corrigas: ὑπὸ τίνος.

P. 28. 16. Ad verba: ταῦτα λέγει Σώδαμος conferas Nossidem A. P. V, 170.

Ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος· ἃ δ' ὄλβια δεύτερα πάντα
ἐστὶν, ἀπὸ στόματος δ' ἔπτυσα καὶ τὸ μέλι·
τοῦτο λέγει Νοσσίς· τινὰ δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλησεν
οὐκ οἶδεν κήνας τἄνθεα ποῖα ῥόδα,

quod carmen constitui de Meinekii sententia Del. Ep. p. 94. 95., et ad sententiam A. P. IX, 769. 5

δεῖ γὰρ μήτε πονεῖν ἐν ἀθύρμασι μήτε τι παίζειν
ἐν σπουδῇ· καιρῷ δ' ἴσθι νέμειν τὸ πρέπον.

P. 33. 28. scriptiones. C. inscriptiones.

— 35. 26. λήσομαι haud dubie corruptum, sed de aoristo ἐλησάμην num poetis in usu fuerit dubitare Cobetum video. Mihi nullum eius exemplum ad manum est.

P. 41. 13. Archilochi carmina elegiaca argumento valde affinia fuisse Callini et Tyrtaei carminibus intelligitur ex aliis fragmentis quae ad res bellicas spectant et disticho apud Bergkium fr. I. quo de se:

ἀμφότερον θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Et fortasse hinc repetendum quod animum suum in calamitate domestica robustiorem finxit et a luctu alienum in carmine elegiaco cuius argumentum uberius enarravi p. 38—41. Ex eodem carmine elegiaco ductum est fragmentum in Schol. Ap. Rh. I, 824. θεσσάμενοι· ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες· θέσσασθαι γὰρ τὸ αἰτῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι· καὶ Ἀρχίλοχος·

πολλὰ δ' εὐπλοκάμου πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι
θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον.

In quo male Thierschius coniecit εὐπλοΐμοις, quum de mari procellis agitato sermo sit. Quod equidem scribendum esse conieci:

Παλλάδ' εὐπλόκαμον — θεσσάμενοι,

cl. Hom. Il. VI, 380. de Minerva: εὐπλόκαμον δεινὴν θεὸν ἱλάσκονται, interpretandum puto de nautis provolutis ad genua Palladii in puppi navis collocati. Confer Ovid. Trist. I, 10. 1.

Est mihi sitque precor flavae tutela Minervae
navis et a picta casside nomen habet,

ib. vs. 11.

perque tot eventus et iniquis concita ventis
aequora Palladio numine tuta fuit.

Et videndum an fragmentis huius carminis annumerare liceat etiam duo disticha apud Bergkium fr. IV.

ἀλλ' ἄγε σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς
φοίτα καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων
ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
νήφειν ἐν φυλακῇ τῇδε δυνησόμεθα,

a quibus parvo spatio interiecto seiuncta fuisse quatuor hexametri verba

διὲξ σωλῆνος ἐς ἄγγος

monuit Spitznerus, v. fr. 154. Bergk. Putem enim nautas ventis gravibus obortis et iam membris aqua marina madidis et frigore trementibus rectoris iussu vino refectos fuisse, quo vires corporis exhaustis adderentur.

Illis autem quae de Archilocho scripsi Philolog. 1850. p. 482 haec nunc addenda habeo. De fr. 51.

ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα,
τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς,

annotavi vulgatae sententiam esse hanc: hominem qui mandatum non bene perficit neque negotium recte agit, gravi poena afficio. Poetae vero mentem fuisse: inimicum qui in me male agit, vindictae studio malis afficio. Correctioni vero quam proposui: τὸν κακῶς με δρῶντα, praeferendum existimat Schneidewinus: τὸν κακωστὶ δρῶντα. Equidem illud teneo, quum pronomen personale hic omitti non posse videatur. In fr. 63.

νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντ' ἀνεῖται, Λεωφίλου δ' ἀκούεται,

Bergkii coniectura hac maxime de causa improbanda videtur. Dativum nempe ab hoc loco alienum esse, requiri vero genitivum patet ex Herodiani verbis περὶ σχημ. p. 57.

2. ἔστι τὸ τοιοῦτον σχῆμα (πολύπτωτον) καὶ παρά τισι τῶν ποιητῶν, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ·

νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεωφίλου δ' ἀκούεται·

παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι ἐπὶ τριῶν·

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι,
Κλεύβουλον δὲ διοσκέω.

Dindorfius vero ad Ioh. Alex. p. XXXIII. quatuor deinceps casibus Archilochum usum putat propter Herodiani verba: παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι ἐπὶ τριῶν. Quae testimoniorum consecutio probabile reddit Archilochum nominativo tantum et genitivo usum esse, et quidem duplici casu in eodem versu. Quare recte me coniecisse puto:

Λεωφίλου δὲ πάντα κεῖνα,

quod cum contemtu dictum videtur de omnibus civibus Leophilo obtemperantibus. Sed non recte Archilocho abiudicavi fragmentum apud Athen. I, 14. p. 7 F. ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος, ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκην. Ad amicum enim Periclem carmen elegiacum scripsit Archilochus, alium vero cognominem maledictis lacessivit: cf. Aristid. t. II. p. 380. ed. Dind. Ἀρχίλοχος — Λυκάμβην, Χειδὸν καὶ τὸν δεῖνα τὸν μάντιν καὶ τὸν Περικλέα — καὶ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους κακῶς ἔλεγεν. In eiusdem poetae fr. 40.

ἵστη κατ' ἠκὴν κύματός τε κἀνέμου,

mihi scribendum videtur:

κατ' ἠγὴν κύματός τε κἠνεμου.

Ut Homerus: πολιῇ ἐπὶ κύματος ἀγῇ, et Athen. IX, 389 D. ὁπόταν ἴδωσιν ἢ ὄσφρωνται τῶν ἀρρένων κατ' ἄνεμον στάντων.

P. 46. 12. Elegiacos numeros μέτρον ἐρωτογράφον dixit Meleager A. P. VII, 421. 11.

P. 54. 7. Coniecturam *ἐλέγων* in Hermesianactis versu alibi latius firmaturus sum, sed *ἱρὰς* nunc videtur non mutandum esse. De versibus Sophoclis apud Plutarchum an seni sit resp. ger. c. 3. *τουτὶ δὲ ὁμολογουμένως Σοφοκλέους ἐστὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον·*

Ὠιδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὢν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα,

dubito utrum habendi sint pars epigrammatis carmini a Sophocle scripti praemissi an ex ipso carmine elegiaco ducti. Certum vero hoc carmen elegiacum a Sophocle scriptum non luctuosi argumenti fuisse, sed amico rei laetae celebrandae gratia conscriptum. Confer Suidae verba v. *Σοφοκλῆς*, Biogr. Gr. p. 132. 7. *καὶ ἔγραψεν ἐλεγείαν τε καὶ παιᾶνας καὶ λόγον καταλογάδην περὶ τοῦ χοροῦ.*

P. 58. 28. Cum Ovidii versibus qui leguntur Amor. III, 9. 29. compone alium eiusdem poetae locum ex Heroid. XV, 7.

flendus amor meus est; elegeia flebile carmen,
non facit ad lacrimas barbitos ulla meas.

P. 65. 32. Apud Dioscoridem fortasse praestat:

οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζῆν' οὐδὲ τὴν κάτω κούρην
οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης.

Ut Philaenis per Iovem eiusque filiam Proserpinam iuret. Confer Dioscorid. A. P. VII, 352. 1.

Δεξιτερὴν Ἀΐδαο θεοῦ χέρα καὶ τὰ κελαινὰ
ὄμνυμεν ἀρρήτου δέμνια Περσεφόνης.

Callim. XIII, 25. *Δήμητρι — καὶ τῇ κάτω θυγατρὶ τὰ δῶρα Τιμόδημος εἵσατο.*

P. 71. 26. Ad Mnasalcae verba *δῶρον δέδομαι* conferri potest Phalaec. App. Ep. 93. 2.

τόνδε Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ,

unde *δέδομαι* tueri possis.

P. 73. 28. In Nossidis versu:

δαιδάλεός τε γάρ ἐστι καὶ ἁδύ τι νέκταρος ὄσδει
τοῦ τῷ καὶ τήνα καλὸν Ἄδωνα χρίει,

de priore pentametri parte altera mihi in mentem venit coniectura, quae ad sententiam non differt. Fortasse enim scribendum:

τουτάκις ᾧ τήνα χρῖσεν Ἄδωνα καλόν.

Adverbium illud significat τότε, *quondam*. Legitur apud Callimachum Iov. 44. Pall. 115. Cer. 32.

ἀλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων
τουτάκις ἁ χείρων Ἐρυσίχθονος ἅψατο βωλά,

Erinnae fr. I. Nec ab hoc loco aliena interpretatio Hesychii: τουτάκις, τοσαυτάκις, ὅπερ ἐστὶ Δωρικόν, quod ultimum vocabulum addidit Lobeck. Pathol. p. 319. His addam in versibus carminis Anacreontici de Adonide vs. 30.

γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
ἐμαινόμαν φιλῆσαι·
καί μεν σίναζε κραντήρ,

in quibus conieci: ἶνας δ' ἄμερσε κραντήρ, Epist. Crit. Philolog. 1850, p. 508., leniore mutatione eandem sententiam restitui posse scripto:

κἄμερσεν ἶνα κραντήρ.

Et pro ἐμαινόμαν corrigendum: ἐμαιόμαν.

P. 77. 18. οὕνεκεν ὧν. C. ὦν.

P. 80. 21. ἤ. C. ἦ.

P. 83. 5. In versu tertio huius epigrammatis:

ἢν δὲ βάλῃς κοίλης κατὰ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ

nescio an adiectivum ἀγλαόν sanum habere liceat. Aqua enim fontis pota nocebat. In versu primo vide an pro φοβερά reponendum sit θολερά.

P. 84. 11. 15. ἤνιδε. C. ἠνίδε.

P. 84. 25. In versu tertio epigrammatis A. P. IX, 374.

πάντη δ' αὖ πλατάνοισι καὶ ἡμεροθηλέσι δάφναις
ἔστεμμαι

aliena videtur particula αὖ. Corrigo: πάντη δὲ πλατάνοισι vel δ' εὖ πλατάνοισι.

P. 88. 13. A. P. IX, 4. C. A. P. IX, 78. 4.

— 94. 30. 'Αΐδην. C. 'Αΐδην.

— 96. 29. αἰαῖ δ' Ἀριστοτέλης. C. αἰαῖ 'Α.

— 101. 22. vera elegiace. C. vero elegiaca.

— 105. 1. poetac. C. poetae.

— 111. 8. Theaetct. C. Theaetet.

— — 1. 6. ἐπ' ἐμαυτῷκλ αύσομαι. C. ἐμαυτῷ κλαύσομαι.

P. 112. 1. nlerpretatus. C. interpretatus.

— — 18. signisicare. C. significare.

— — 20. In Nicomachi versu:

ὦ χαῖρε χρυσόκλυστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν,

conieci χρυσόκλυστε, quod illud substantivo non addito non recte dici videbatur. Adiectivum est et aliis locis et in θηρίκλεια χρυσόκλυστα Athen. XI, 55.

P. 114. 4. videntur. C. Videntur.

— 115. 21. Confer A. P. XIV, 72. 4.

δή τότ' ἄγων παρὰ θῖνας ἀλιρράντους τε παρ' ἀκτάς.

Et ἀλίρραντον in Mnasalcae versu nunc praefero, quum mare tranquillum et sedatum hic rectius memorari videatur, ut ab Anyte A. P. IX, 144.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος ὀπεῖ φίλον ἔπλετο τήνᾳ
αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος.

P. 116. 12. ex accuratae doctrinae copiis. C. accuratius.

P. 118. 5. ὀπεῖι. C. ὀπεῖ.

— — 20. Broeckhius. C. Boeckhius.

— 119. 28. Interpretati. C. interpretati.

— 120. 32. Interpunctione sublata corrige:

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐκ Τέω

τοῦ πρόσθεν τι περισσὸν ᾠδοποιοῦ.

Ita τοῦτ' ἐγὼ τὸ περισσὸν εἰκόνισμα A. P. XIII, 6. 1. τὸ ξόανον τὸ περισσόν IX, 601. 1.

P. 122. 9. τάφων. C. τάφου.

— — 11. Inscriptionem. C. Inscriptionum.

— 123. 13. ratrahere. C. retrahere.

— 124. 13. Leonidam Leonidam. C. Leonidam.

— — 16. δεκάτῳ ἐπὶ μηνί. Pro ἐπὶ scripsi ἐνί. Vulgatae tamen defendendae adhiberi potest Crinagorae versus A. P. VII, 638. 3.

καὶ νέκυν οὐ σέο, τέκνον, ἐπ' ἤματι τῷδε γοήσειν

ἤλπισα.

Ad verba κατθεμένα πρὸ ποδῶν confer praeter locos allatos Theocr. XXIV, 57. γελάσας δὲ πάρος κατέθηκε ποδοῖϊν πατρὸς ἑοῦ θανάτῳ κεκαρωμένα δεινὰ πέλωρα. A. P. IX, 263. 2. Φοίβου τὸν πρὸ ποδῶν μάντιν ἄειρε λίθον. Plan. 124. 2.

Μὴ τρέσσῃς ὅτι τόξον ὁδοιπόρε καὶ νεοθηγεῖς

ἰοὺς γυμνώσας πρόσθε ποδῶν ἐθέμην.

P. 125. 11. Αἰθοπία. C. Αἰθοπίᾳ.

— 126. 9. epigrammata. C. epigrammate.

— 127. 18. versus adscripta. C. versu adscripto.

— 128. 5. epigrammata. C. epigrammate.

— — 31. Simpliciter. C. simpliciter.

— 129. 9. Τοὔνεκεν. C. τοὔνεκεν.

— — 28. vides. C. video.

— 130. 10. Symbolum. C. symbolum.

— — 12. Walcherus. C. Welckerus.

— 131. 1. In versibus epigrammatis Cyziceni:

Ἄθρησον Χαρίτων ὑπὸ παστάδι τᾷδε τριήρη
σταλίδα· τᾶς πρώτας τοῦθ' ὑπόδειγμα τέχνας;

praeterea corrigendum puto:

τᾶς πρώτας τοῦτ' ἐπίδειγμα τέχνας.

Ut in Herodoti I, 1. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, corrigendum: ἐπίδεξις. Compara Archestratum Athen. I, 7.

ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ.

P. 134. 17. Media verbi ἅπτειν forma, ubi activam exspectaveris, invenitur etiam apud Theodoridam A. P. VII, 527. 2. μέλεον πυρσὸν ἀναψάμενοι, A. P. XIV, 126. 5. τὸ γαμήλιον ἥψατο φέγγος. Call. Dian. 116. Nonn. Dion. II, 320. XXVII, 262. XXXIX, 393. Parthen. ap. Meinek. p. 277. Maneth. VI, 168. Apud Pausan. IV, 21. 3. τάς τε δᾷδας ἢ εἴ τινα λαμπτῆρα ἀλλοῖον ἅψαιτό τις, ὕων ἂν ἐσβέννυεν ὁ θεός, Porsonus emendavit ἅψαι.

P. 136. 26. Acharnensi. C. Acharnensis.

— 137. 28. videris. C. videor.

— 138. 8. Crimagoras inepto. C. Crinagoras inepte.

— 140. 6. pro ἀπ' ὠδίνων scribenduin. C. scribendum. Exemplis allatis adde Anth. Plan. 122. ἀπ' ὠδίνων δέ μιν Ἄρης ἔργα μόθων ἐδίδαξε Τύχη δ' ἐκέλευσεν ἀνάσσειν, i. e. iam infantem recens natum. App. Ep. 257. 4. μητρὸς ἀπ' ὠδίνων ὡς εἰς φάος ἤγαγον Ὧραι.

P. 140. 21. Deleantur verba: »ὑπὸ προθύρων vel" ut iungantur: παρθενίων θῆκεν ἐπὶ προθύρων.

P. 145. 19. Ancupis. C. Aucupis.

— 146. 6. Ovidianum. C. Ovid. Am. III, 5. 4.

— 150. 1). 1. foret; reponere. C. foret, reponere.

— 152. 15. Addatur Hom. Od. XIV, 402. ἐΰκλείη ἐπ' ἀνθρώπους.

P. 153. 3. discretius. C. disertius.

P. 156. 21. iu. C. in.

— 157. 20. iudicetur. C. indicetur.

— 158. 27. ingeniosa. C. ingeniose.

— 161. 8. sine. C. fine.

— 164. 22. In Philippi versu:

σοὶ Φιλοδῖτα Πρίηπε Φυτόσκαφος ἄνθετο Δάμων

ex codicis lectione Φιλοδῆτα scribendum puto:

Φιλόκηπε Πρίηπε,

quod legitimum est Priapi epitheton.

P. 165. 27. Thessalonicensis; Crinagoras. C. Thessalonicensis, Crinagoras.

P. 167. 5. Paullesenius. C. Paullsenius.

— — 14. κετεγράφη. C. μετεγράφη.

— 168. 15. Interpunctio vitiosa bis tollenda in his Agathiae versibus:

ἀλλὰ πάλιν μετ' ἐκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀείρει
ὅσσαπερ ἢ γραφίδεσσι χαράξαμεν ἤ τινι χώρῳ
εἴτε καὶ εὐποίητον ἐπὶ βρέτας,

in quibus scripsi ἀείρει pro vulgata ἀγείρει, cl. A. P. IX, 461. 3. ἠνορέῃ γὰρ ὑπέρτερον εὖχος ἀείρω, Nonn. Dion. XXVII, 340. παλαίτερον εὖχος ἐλέγξας.

P. 169. 13. Proximo. C. Proxime.

— 170. 7. In carmine de Auxentio qui ponte Cydni aquas iungi curaverat, App. Ep. 270.

ἣν πολλοὶ καὶ πρόσθεν ἀπειρεσίῃσι νόοιο
Κυδναίων ῥείθρων τεῦξαν ἀφαυροτέρην·
σοὶ δ' ὑπὲρ ἀψίδων αἰώνιος ἐρρίζωται
καὶ ποταμὸς πλήθων πρηΰτερος τελέθει·
αὐτὸς τήνδε γέφυραν ἀνασχόμενος τελέσασθαι
ἡγεμόνος πειθοῖ τοῦ διασημοτάτου,

notavi subitam constructionis mutationem vs. 9 ubi no-

minativus αὐτὸς ἀνασχόμενος pendet. Quae anomalia tollenda est scripto:

αὖτις τήνδε γέφυραν ἀνασχομένῳ τελέσασθαι
ἡγεμόνος πειθοῖ τοῦ διασημοτάτου.

Dativus ἀνασχομένῳ referendus ad σοί. Superiores hoc opus perficere non valuerunt, tu vero praetoris suada pellectus hoc iterum aggressus es et perficere sustinuisti.

P. 171. 19. comae. C. Comae.
— 172. 7. oratorem. C. viatorem.
— — 19. ct. C. et.
— 175. 2. scripsit. C. Script.
— 176. 25. δραμέσι. C. δρομέσι.
— 177. 25. Erinnae versus, quem ita restitui:

Δεῖγμ' ἀταλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα λῷστα, Προμαθεῦ,
ὅττι καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν,

nondum persanatus est. Scribendum enim ἁπαλᾶν χειρῶν, quum ἀταλός nonnisi de moribus et indole dicatur. Ita χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς App. Ep. 56. 4. Caeterum Prometheo pictam imaginem matronae, quae aedes dominae ornabat, nemo umquam dedicaturus fuisset.

P. 177. 32. quae. C. quod.
— 178. 15. Σαβαιθίδες. C. Σαβαιθίδος.
— — 26. tentari. C. tentavi.
— 179. 13. μάστις. C. μάστιξ.
— 181. 3. Ad Λυκάστειον ἔλαφον confer A. P. IX, 268. 5. Κρῆσσαι κεμμάδες et quod Euripidi restitui supra p. 98. Κρητικῆς νεβροῦ.

P. 182. 7. Simulacri. C. simulacri.
— 184. 7. inferendi erant. C. inserti sunt.
— 185. 27. Μούσαις· ἢ ῥά. C. Μούσαις ἢ ῥά.
— 187. 2. Cl. C. cl.
— — 22. scripta. C. scripto.

P. 189. 3. ἤ καὶ. C. ἢ καὶ.

— 189. 20. His epigrammatis et Crinagorae. C. Epigrammatis autem Crinagorae. Caeterum ex hoc loco constare Sapphonis carmina in novem libros descripta fuisse notavit etiam Iacobs. Anth. t. VIII. p. 274.

P. 190. 14. ἔνθεος οἷα legitur A. P. IX, 162. 5.

— — 18. μέλισσα. C. μέλισσαι.

— 192. 4. esse. C. fuisse.

— — 6. ἑλισσόμενας. C. ἑλισσόμεναι.

— — 19. εἴςαΐειν. C. εἰςαΐειν.

— — 24. Quod in Leonidae Tarentini verbis de Arato A. P. IX, 25

δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο

ex coniectura restitui δινητοὺς, id non intelligendum de planetarum motu, quod refellitur versu sequenti: ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας, sed de motu interpretor quo omnia sidera cum ipso aethere circumaguntur, v. intpp. Eur. Alc. 244. App. Ep. 176. 3. ἤ τὰ λυρώδη ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη, ubi scribendum puto: λυρῳδά. Q. Smyrn. V, 9. τείρεα πάντα ὁππόσα δινήεντα κατ' οὐρανὸν ἀμφιφέρονται. Nonn. Dion. XXXVIII, 351. αἰθέρι δινήεντι μέσος τετορημένος ἄξων. Claudian. A. P. I, 19. 2. ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην, IX, 505. 14. ἀστρῴην ἐδίδαξα παλινδίνητον ἀνάγκην, Theo App. Ep. 39. 2. οὐκ ἄστρων δὴ μοῦνον ἀειδίνητον ἀνάγκην. Nonnus vero αἰθέρος παλινδίνητον ἀνάγκην, v. Iacobs. A. P. p. 580.

P. 193. 18. u. 239. C. n. 239.

— 197. 1. Non recte tentavi vocabulum ἀρτολάγυνος in Polemonis Regis epigrammate A. P. XI, 38.

Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη, ἀρτολάγυνος
αὕτη καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος κτέ.

Ex versu enim quinto:

πῖνε, λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε καὶ περίκεισο
ἄνθεα,

ubi *πῖνε* et *ἔσθιε* legitur, sequitur vocem *ἀρτολάγυνος* non tentandam fuisse, licet de eius interpretatione ambigi possit. Sed in inscriptione quam paulo post apposui, App. Ep. c. 141.

Γραμμὰ Παρρασίοιο τέχνα Μυός· ἐμμὶ δὲ εἰκὼν
Ἰλίω αἰπεινᾶς ἂν ἕλον Αἰακίδαι,

offendit *Αἰακίδαι*. Graecos enim omnes Aeacidarum nomine dictos fuisse parum verosimile, neque de uno Pyrrho plurali uti licet. Quapropter corrigo:

ἂν ἕλεν Αἰακίδας.

Et pro *Παρρασίοιο* malim *Παρρασίω*.

P. 197. 7. exstant. C. exstat.

— 201. 32. Ap. Rl. C. Ap. Rh.

— 202. 12. *μυιόεντα*. C. *μυιόεντα*.

— 205. 4. Oculi. C. oculi.

— 207. 13. addita Brunckius. C. addita. Brunckius.

— — 26. Seidlerus Plutarch. C. Seidlerus ex Plutarcho.

P. 207. 27. nobilissima scribendum. C. nobilissima. Scribendum.

P. 211. 3. us. C. et.

— — 6. adde *ἀποικεσία* A. P. XV, 8. 2.

— 214. 32. *πτάσσει*. C. *πτώσσει*.

— 217. 18. reddendum videtur. C. reddidi supra p. 99.

— 218. 19. In Meleagri epigrammatis posterioris disticho secundo:

ἁ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἁ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἁ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος.

ubi conieci: *ἁ δ' ὀάροις τὸ γλυκύθυμον ἔπος*, animadvertendum praeterea, si epigramma per se integrum habea-

tur, dativum *λόγοις* sive *δάροις* non habere quo referatur, quum praecedat: *ἁ μὲν θεμένα ἐπὶ μορφᾶς.* Si vero duo epigrammata in unum coniungis, dativum illum rectum esse et ad *ἔδοσαν* redire, quod in prioris epigrammatis versu quarto legitur.

P. 218. 22. Scripsi. C. scripsi.

— 220. 44. quod. C. Quod.

— 221. 15. fuerit. C. fuerint.

— — 29. Ascalonidae. C. Ascalonitae.

— 223. 4. In Macedonii epigrammate:

Τὸ στόμα ταῖς Χαρίτεσσι προσώπατα δ' ἄνθεσο Κάλλει
ὄμματα τῇ Παφίῃ, τὴν χέρα τῇ κιθάρῃ

recepta Graefii coniectura, pro *τῇ κιθάρῃ* coniicio:

τὴν χέρα Τερψιχόρῃ.

Gratiis os, Pulcritudine frons, Venere oculi, Terpsichore manus digna esse dicitur. In alterius eiusdem Macedonii epigrammatis, quod exinde apposui, vs. 6.

ἐν δ' αὐτῷ δέρκομαι αὐτὸν ἐγώ,

Hermannus in Censura Delectus Meinekiani p. 252. coniecit *δέρκομ' ἐμαυτόν.* Idem vs. 7 verba *καὶ καλὸς ὡς ἐν ἔρωτι,* quae de ipso Macedonio interpretati erant, retulit ad *Ἄρης* vs. 4 hoc sensu: gladius, quem formae et venustatis gratia gesto, pulcher est.

P. 223. 28. substantivum. C. Substantivum.

— 224. 16. opposui. C. apposui.

— 228. 13. superscriptnm. C. superscriptum.

— 232. 17. *παστάδι τᾷ δ'.* C. *τᾷδ'.*

— 234. 29. sententia Cobeti in Leonidae versu:

αἰδοῖ πᾶν τὸ πρόσωπον ἐρεύθομαι

scribendum esse, mihi nunc minus probabilis videtur. Graeci enim ut plurimum plurali numero dicebant: *τὰ πρόσωπα, τὰ νῶτα, τὰ στήθεα.*

P. 246. 12. ταῦτα. C. ταύτᾳ.

— 265. 16. Διονύσῳ. C. Διωνύσῳ.

— 266. 13. In Dioscoridis versu verbum ἀναβλύζοιεν rectius intransitivum haberi videtur. Quamobrem praestabit scribere:

αὐτόματαί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἀκρήτου
κὴκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου.

P. 271. 23. De urbe Macedoniae Arethusa confer Plut. Vit. Lycurg. c. 31. κεραυνὸν εἰς τὸν ταφὸν κατασκῆψαι οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν πλὴν Εὐριπίδῃ συμπεσεῖν ὕστερον τελευτήσαντι καὶ ταφέντι τῆς Μακεδονίας περὶ Ἀρέθουσαν, Moschopul. Biogr. Gr. p. 142. 23. ἕτεροι δ' ἱστόρησαν οὐχ ὑπὸ κυνῶν ἀλλ' ὑπὸ γυναικῶν αὐτὸν διασπασθῆναι πορευόμενον ἀωρὶ πρὸς Κράτερον τὸν ἐρώμενον Ἀρχελάου, οἱ δὲ πρὸς τὴν γαμετὴν Νικοδίκου τοῦ Ἀρεθουσίου. Pro forma feminina Μακέτῃ ne quis Μακέτι, i. e. Μακέτιδι requirat, prohibent Stephani Byzantii verba a Brunckio adscripta v. Μακηδονία· λέγεται καὶ Μακέτης ἀρσενικὸν καὶ Μακέτις γυνὴ καὶ Μάκεσσα ἐπιθετικῶς, ὡς Ἡρακλείδης, καὶ Μάκεττα διὰ δύο τ καὶ δι' ἑνός, Callixen. Ath. V. 198 E.

P. 274. 7. Deleantur verba: ultima — moneam.

— 276. 25. ἐγω. C. ἐγώ.

— 296. 17. Vocabulum *non* alieno loco insertum sententiam pervertit. Corrige: Nec tamen minus apte corrigas: τριετηρίσιν ἱραῖς. Graece enim recte dicitur: αἱ τριετηρίδες.

P. 303. 23. tribuit Callimachus. C. tribuisset C.

— 305. 31. πολλαδίου. C. παλλαδίου.

— 311. 7. Aristoclem. C. Aristocratem.

— 316. 17. duxit. C. dixit.

— 319. 10. ἐν Ἰταλοῖς. C. ἐν Ἀσίδι.

— 320. 21. ὡς πάρος. C. τὼς πάρος.

INDEX SCRIPTORUM.



Hecker, Alphons
Commentationis criticae
de Anthologia graeca

